ipſius naturae eſt haec tempeſtas, calida ſiquidem et ſicca eſt.

Aeſtate et praeſertim per ipſius initia plerisque ſanguis abundat vere auctus, ut qui ab ambientis aëris calore nondum ſit diſcuſſus. Augeſcit autem bilis, quod hac anni tempeſtate corpus praeter naturam incaleſcat. Caeterum nominavit hic rurſus bilem citra adjectionem coloris vocabuli *flavam*, nunquam atram ſimpliciter nominans, verum ſemper cum adjectione coloris nominis. Particularia in oratione manifeſta iis ſunt, qui animum adhibent.

XXXIV.

At ſanguis per autumnum pauciſſimus in homine gignitur, ſiccus ſiquidem eſt autumnus et hominem jam refrigerare incipit. Atra autem bilis autumno tum plurima tum vehementiſſima eſt.

Κατὰ μὲν τὴν πρὸ ταύτης ῥῆσιν εἴρηται, ἐν τῷ φθινοπώρῳ τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίγνεται, ἐναντίον γὰρ αὐτοῦ τὸ φθινόπωρον τῇ φύσει ἐστίν. ἡμεῖς δὲ ὅπως ἐναντίον ἐστὶν ἐδιδάξαμεν. εἴπερ γὰρ τὸ μὲν αἷμα θερμὸν καὶ ὑγρόν ἐστιν ὁμοίως τῷ ἦρι, τὸ δὲ φθινόπωρον, ὡς αὐτὸς ἔφη, ξηρόν τέ ἐστι καὶ ψύχειν ἤδη ἄρχεται τὸν ἄνθρωπον, εἰκότως ἐναντίον τ' ἐστὶ τὸ φθινόπωρον τῷ ἦρι καὶ τὸν χυμὸν ἔχει τὸν ἐναντίον τῷ αἵματι πλεονάζοντα, τὸν ξηρὸν καὶ ψυχρόν. ἐγένετο δ' εἰκότως τοιοῦτος διὰ τὸ προκατωπτῆσθαι τοὺς χυμοὺς ἐν τῷ θέρει· τὸ δ' ὑπόλειμμα τῶν ὀπτηθέντων, ὅταν δηλονότι σβεσθῇ τὸ θερμὸν, αὐτίκα γίγνεται ψυχρόν τε καὶ ξηρόν· ψυχρὸν μὲν διὰ τὴν τοῦ θερμοῦ σβέσιν, ξηρὸν δὲ, ὅτι κατὰ τὴν ὄπτησιν ἐξεδαπανήθη πᾶν τὸ ὑγρὸν ἐξ αὐτοῦ.

λε'.

[121] *Ὁκόταν δὲ ὁ χειμὼν καταλαμβάνῃ, ἥ τε χολὴ ψυχομένη ὀλίγη γίνεται καὶ τὸ φλέγμα αὔξεται πάλιν ἀπό τε τῶν ὑετῶν τοῦ πλήθεος καὶ ἀπὸ τῶν νυκτῶν τοῦ μήκεος.*

Superiore contextu dictum erat, ſanguinem in autumno paucum generari, ut qui naturam autumno contrariam habeat. Nos autem quomodo contrariam habeat edocuimus. Si enim ſanguis calidus et humidus eſt veri ſimiliter, autumnus autem, ut ipſe dixit, ſiccus eſt et refrigerare jam hominem incipit, merito autumnus veri contrarius eſt et humorem redundantem ſanguini contrarium obtinet, ſiccum et frigidum. Generatus autem eſt talis bona ratione, quod in aeſtate humores prius adurantur: reliquiae vero aduſtorum humorum, reſtincto ſcilicet calore, ſtatim frigidae ſiccaeque redduntur; frigidae quidem propter calorem extinctum, ſiccae, quod totus ipſius humor, quum aſſaretur, ſit conſumptus.

XXXV.

Quum vero hiems ingruit, bilis refrigescens pauca gignitur et pituita rurſus augetur tum ab imbrium copia, tum a noctium longitudine.

(15) *Τὸν ἐπικρατοῦντα χυμὸν ἐν ἑκάστῃ τῶν τεττάρων ὡρῶν ὅμοιον εἶναι βούλεται κατὰ τὴν κρᾶσιν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ· καὶ διὰ τοῦτο ψυχρὸν μὲν καὶ ὑγρὸν ὀνομάζεται τὸ φλέγμα παραπλησίως τῷ χειμῶνι, θερμὸν δὲ καὶ ὑγρὸν τὸ αἷμα, καθάπερ τὸ ἔαρ. τὴν δὲ ξανθὴν χολὴν, ὥσπερ τὸ θέρος, εἶναί φησι θερμὴν καὶ ξηρὰν, καὶ τὴν μέλαιναν ὁμοίως τῷ φθινοπώρῳ ψυχρὰν καὶ ξηράν. ὅτι μὲν οὖν ἐν αἷς εἶπεν ὥραις ἕκαστος τῶν χυμῶν αὔξεται πρόσθεν ἐπιστώσατο· νυνὶ δὲ τὴν αἰτίαν λέγει, δι' ἣν χειμῶνι πλεονάζον ἐστὶ τὸ φλέγμα. ὑπό τε γὰρ τῶν ὑετῶν τοῦ πλήθεος, φησὶ, καὶ τῶν νυκτῶν τοῦ μήκεος, ὅπερ ἐστὶ διὰ τὸ τὴν ὥρην ταύτην ὑπάρχειν ὑγρὰν καὶ ψυχράν. ὑγρὰ μὲν οὖν εἶναι δηλοῦται διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὑετῶν, ψυχρὰ δὲ διὰ τὸ μῆκος τῶν νυκτῶν. τῆς γὰρ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος θερμασίας, ἣν ἴσχει κατὰ τὸ θέρος, ὁ ἥλιος αἴτιος, ἐγγύς τε τῶν κατὰ κορυφὴν ἡμῖν ἀφικνούμενος καὶ μακροτέραν τὴν ἡμέραν ποιούμενος. οὕτω δὲ καὶ τῆς ἐν χειμῶνι ψυχρότητος ὁ αὐτὸς αἴτιος λοξὸς καὶ ταπεινὸς ἐν ὀλίγῳ τε χρόνῳ τὴν ὑπὲρ γῆς φορὰν ποιούμενος. ὁ δ' Ἱπποκρά-*

Humorem in ſingulis quatuor anni tempeſtatibus exuperantem vult ipſi tempeſtati ſimilem eſſe temperamento; ideoque pituita quidem frigida et humida nominatur hiemi ſimilis, ſanguis autem calidus et humidus, ut ver; flavam bilem calidam et ſiccam eſſe dicit, uti aeſtatem, et nigram, ſicut autumnum, frigidam et ſiccam. Quod igitur dixit, quibus anni tempeſtatibus ſinguli humores augentur, antea probavit: nunc vero cauſam reddit, cur pituita hieme exuperet. *Ex crebris*, inquit, *pluviis et noctium longitudine*, eo quod haec anni tempeſtas humida ſit et frigida. Humida quidem eſſe monſtratur pluviarum copia, frigida vero noctium longitudine. Nam caloris, quem aeſtate ambiens nos aër obtinet, ſol auctor eſt, dum prope ſupra verticem noſtrum emergit et diem longiorem efficit. Ita etiam hieme frigoris idem auctor eſt, quum obliquus demiſſusque et brevi tempore ſupra terram feratur. Hippocrates autem vult animantium corpora pro

τῆς βούλεται συνδιατίθεσθαι τὰ τῶν ζώων σώματα τῇ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος καταστάσει, ξηραινόμενα μὲν ἐν ταῖς ξηραῖς αὐτοῦ κράσεσιν, ὑγραινόμενα δ' ἐν ταῖς ὑγραῖς, οὕτως δὲ καὶ θερμαινόμενα ἐν ταῖς θερμαῖς, ψυχόμενα δ' ἐν ταῖς ψυχραῖς. εἴπερ οὖν ὁ χειμὼν ὑγρὸς καὶ ψυχρός ἐστιν, εὐλόγως ἐν αὐτῷ τὸ φλέγμα πλεονεκτεῖ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν ὑπάρχον. ἔδειξε γὰρ καὶ τοῦτο πρόσθεν αὐτός. ὁμολογεῖν δὲ ὁ λόγος αὐτῷ φαίνεται καὶ ταῖς ἄλλαις ὥραις, ἐν μέν γε τῷ θέρει τῆς ξανθῆς χολῆς πλεοναζούσης, ἐπειδὴ ξηρὰ καὶ θερμὴ τὴν δύναμίν ἐστιν, ἐν ἦρι δὲ τοῦ αἵματος, ὑγροῦ καὶ θερμοῦ χυμοῦ, καὶ γὰρ καὶ τὸ ἔαρ ἔφη θερμὸν εἶναι καὶ ὑγρὸν, ἐν φθινοπώρῳ δὲ τῆς μελαίνης χολῆς, ξηρᾶς ὑπαρχούσης ὁμοίως τῇ ὥρᾳ. ἔστι μὲν οὖν τις οὐ σμικρὰ ζήτησις καὶ περὶ τῆς τοῦ ἦρος κράσεως, ὅπως λέγεται θερμὸν καὶ ὑγρόν· ἣν διῆλθον ἐπιδεικνὺς ἄμεινον εἶναι λέγειν εὔκρατον αὐτό. καὶ δῆλον ὅτι καὶ τὸ αἷμα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οὐ θερμὸν καὶ ὑγρὸν, ἀλλ' εὔκρατον. ἔτι δὲ μείζων ἂν ζήτησις γένοιτο παραλελειμμένη τοῖς ἐξηγησα-

ambientis nos aëris constitutione affici ita, ut siccentur quidem in siccis ipsius temperamentis, humectentur autem in humidis: ita vero ut incalescant in calidis, refrigerentur in frigidis. Si igitur hiems humida et frigida est, bona ratione in ipsa pituita superat, quum sit frigida et humida: id quod etiam prius ipse ostendit. Ratio autem ipsi et aliis anni temporibus consentire videtur. Nam aestate flava bilis praecellit, quoniam sicca et calida facultate est, vere sanguis, humidus calidusque humor, siquidem et ver calidum esse et humidum praedicavit: in autumno autem atra bilis, quae frigida et sicca est, tempori respondens. Proinde non exigua quaestio de veris temperamento oritur, quomodo calidum et humidum dicatur: quam cum tractarem, ostendi melius esse temperatum ipsum dicere. Qua ratione constat et sanguinem non calidum et humidum, sed temperatum appellari. Praeterea major adhuc quaestio erit ab interpretibus libri omissa, nempe de pituita, quae humida quidem et frigida

μένοις τὸ βιβλίον περὶ τοῦ φλέγματος, ὑγροῦ μὲν καὶ ψυχροῦ τὴν σύστασιν ὄντος, ἐν χειμῶσι δὲ γεννωμένου. διὰ τί δὲ ἔφην οὐ σμικρὰν ἔσεσθαι ζήτησιν, ἤδη σοι φράσω. κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης εἶπεν· αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσι τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον, καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πολύ. τροφῆς οὖν πλείονος δεῖται. σημεῖον δὲ αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ ἀθληταί. καὶ πάλιν θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥήϊστα, ἦρος δεύτερον. εἴπερ οὖν ἀληθῆ ταῦτά ἐστι γινώσκομέν τε τὸ φλέγμα, ψυχρὸν ὄντα χυμὸν, οὐκ εὔκρατον, ὥσπερ τὸ αἷμα, πῶς ἐν χειμῶνι γενήσεται πλεῖον; [122] ἐχρῆν γὰρ ἐκ τῆς καλῶς πεφθείσης τροφῆς αἷμα γεννᾶσθαι μᾶλλον, οὐ φλέγμα. τίς οὖν ἡ λύσις τῆς ἀπορίας; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, θερμόταται μὲν αἱ κοιλίαι χειμῶνός εἰσι τῷ κατὰ φύσιν θερμῷ, τουτέστιν εὐκρατόταται. τὰ δὲ μόρια τοῦ σώματος ψύχεται μᾶλλον ἐν χειμῶνι· τισὶ δὲ καὶ ἡ γαστὴρ αὐτὴ δι' ὁδοιπορίαν, ἢ ἔνδειαν ἀμφιεσμά-

consistentia est, sed in hieme generatur. Cur autem dixerim non exiguam fore quaestionem, jam tibi aperiam. Hippocrates ipse in Aphorismis inquit: *ventres hieme et vere natura calidissimi sunt et somni longissimi: itaque per ea tempora cibi liberalius dari debent. Caloris enim nativi copia magna inest, ut cibus proinde plenior requiratur. Argumento aetates sunt et athletae. Et iterum aestate et autumno cibos difficillime ferunt, hieme facillime, mox vere.* Si igitur haec sunt vera et pituitam frigidum humorem, non temperatum novimus, quemadmodum sanguinem, quomodo in hieme copiosior generabitur? Conveniebat enim ex alimento probe concocto sanguinem potius generari quam pituitam. Quae igitur dubitationis solutio? Meo quidem judicio ventres hieme calidissimi sunt naturali calore, hoc est temperatissimi: partes autem corporis refrigerantur magis in hieme: quibusdam et venter ipse ex itinere aut vestium penuria aut studiorum

των, ἢ ἐπιτηδευμάτων ἰδέαν, ἤ τοιοῦτό τι. καταδύεται γοῦν ἅπασα μὲν ἡ τοῦ περιέχοντος ψύξις ἕως πλείστου· τισὶ δὲ καὶ μέχρι τῶν κατὰ τὴν γαστέρα χωρίων, ὡς εἴρηται· ὥστε, κἂν πεφθῇ καλῶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τὰ ληφθέντα σιτία, κατά γε τὴν ἐν ἥπατι μεταβολὴν οὐκ ἀκριβῆ τὸν τῆς αἱματώσεως λαμβάνει κόσμον, ἀλλ' ἀποτυγχάνεταί τι κατ' αὐτήν· ἔτι δὲ μᾶλλον αἱ καθ' ὅλον τὸ σῶμα φλέβες οὐχ ὁμοίως αὐτὸ μεταβάλλουσιν ἐψυγμέναι. προσέρχεται δὲ τούτῳ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐδεσμάτων ὧν προσφέρονται χειμῶνος ἅμα ταῖς ποιότησι φλεγματικωτέραις οὔσαις. χέδροπα γὰρ ἐσθίουσιν ἐν χειμῶνι πολλὰ ἄρτου τε πολὺ πλέον ἢ κατὰ τὰς ἄλλας ὥρας, σεμίδαλίν τε καὶ ῥυήματα καὶ λάχανα, γογγυλίδας τε καὶ κρέα πολλὰ, τινὰ μὲν ἄντικρυς φλεγματώδη, καθάπερ τὰ προβάτεια, τινὰ δὲ, εἰ μὴ καλῶς κατεργασθείη, καθάπερ τὰ τῶν ὑῶν καὶ μάλιστα τῶν χοίρων, καὶ βολβοὺς δὲ καὶ κοχλίας καὶ τυρὸν ἄλλα τέ τινα τοιαῦτα πολλὰ δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος ἐσθίουσιν ἑτοίμως φλεγματούμενα. καὶ μέντοι καὶ πίνουσι πλεῖστοι τὸν νέον οἶνον, ἐπιτήδειον ὄντα καὶ αὐτὸν εἰς φλέγματος

genere aut hujusmodi aliquo. Penetrat igitur universum ambientis aëris frigus in corpus quam penitissime, quibusdam etiam usque ad ventris regiones, ut expositum est. Quare licet in ventriculo cibi assumpti probe concocti sint, certe in jecinore dum mutantur, non absolutum sanguinis facti ornamentum recipiunt, sed aliqua ipsius parte frustrantur. Praeterea multo minus totius corporis venae ipsum transmutant refrigeratae. Accedit huc etiam copia ciborum, qui hieme offeruntur, qualitatibus simul pituitosiores. Nam legumina hieme multa comedunt panisque multo amplius quam in aliis anni temporibus, similaginem, placentas seu liba, olera, rapas sativas carnesque multas, quasdam ex iis manifesto pituitosas, sicut ovillas, quasdam, nisi probe conficiantur, uti porcorum et praesertim aprorum. Item bulbis, cochleis, caseo aliisque hoc genus multis per totam hiemem vescuntur, quae facile in pituitam transeunt. Quin etiam bibunt complures vinum

γένεσιν, ὥστε καὶ διὰ ταῦτα φλέγμα πλεονάζει κατὰ τὸν χειμῶνα.

λστ'.

Ἔχει μὲν οὖν ταῦτα πάντα ἀΐδια τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου. ὑπὸ δὲ τῆς ὥρης περιϊσταμένης ποτὲ μὲν πλείω γίγνεται σφοῖν αὐτὰ ἑωυτέων, ποτὲ δὲ ἐλάσσω, ἕκαστα κατὰ μέρος τε καὶ κατὰ φύσιν.

Ἅπαντα, φησὶν, ἔχει τὰ εἰρημένα, τουτέστι τοὺς τέσσαρας χυμοὺς, τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου διὰ παντὸς τοῦ βίου· τοῦτο γὰρ αὐτῷ σημαίνει τὸ ἀΐδια· πλείω δὲ γίγνεται καὶ ἐλάττω ταῦτα κατὰ τὰς τῶν ὡρῶν μεταβολάς. τὸ γὰρ ὑπὸ τῆς ὥρης περιϊσταμένης ταὐτὸ δηλοῖ τῷ μεθισταμένης, ὅπερ ἐστὶ μεταβαλλούσης τε καὶ καθισταμένης εἰς ἑτέραν τινὰ τὴν ἐχομένην αὐτῆς. πλείω δὲ καὶ ἐλάττω ταῦτα γίγνεσθαί φησι κατὰ μέρος τε καὶ κατὰ φύσιν. ἔνιοι μὲν ἤκουσαν τὸ κατὰ μέρος ἐπὶ τῶν τοῦ σώματος εἰρῆσθαι

recens, quod et ipſum pituitae generandae idoneum eſt. Quare his de cauſis pituita hieme redundat.

XXXVI.

Haec igitur omnia perpetua hominis habet corpus, verum prout conſtituitur obſidens anni tempeſtas, interdum quidem ipſa tum ex parte tum ex natura ſe ipſis ſingula ampliora, interdum vero parciora redduntur.

Omnia, inquit, commemorata, hoc eſt, quatuor humores corpus humanum toto vitae curriculo continet: id enim ſignificat ipſi *perpetua.* Augeſcunt autem imminuunturque haec, prout anni tempora mutantur. Nam *prout conſtituitur anni tempeſtas* idem ſignificat ac transmutatur, hoc eſt, transfertur et migrat in alterum quem ipſa induit ſtatum. Porro quod augeſcere haec et imminui ſecundum partem et ſecundum naturam dicit, nonnulli quidem *ſecundum partem* intelligunt de corporis partibus eſſe

μορίων, ἔνιοι δὲ τὸ ἐναντίον τῷ κατὰ φύσιν, ἵν' ὁ λόγος ᾖ τοιοῦτος· τοὺς εἰρημένους τέτταρας χυμοὺς ἔχει μὲν ἀεὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, πλείους δὲ καὶ ἐλάττους κατά τε τὰ μέρη τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ κατὰ τὴν φύσιν. ὅπερ, ἂν ἐξαλλάξας τις τὴν λέξιν εἴπῃ, τὴν διάνοιαν ἕξει χρησίμην τε καὶ ἀληθῆ. τὸ γὰρ πλῆθος τῶν χυμῶν ὑπαλλάττεται κατά τε τὰς ὥρας κατὰ φύσιν διοικουμένου τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ κατὰ τὰ μέρη τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ· κἂν μὴ κατὰ φύσιν διοικῆται, διαφορὰ κατὰ τὴν ποσότητα γίγνεται τῶν χυμῶν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ κατὰ τῶν ὡρῶν ἀκοῦσαι τὰ μέρη.

λζ'.

[123] Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐνιαυτὸς μετέχει μὲν πᾶς πάντων καὶ τῶν θερμῶν καὶ τῶν ψυχρῶν καὶ τῶν ξηρῶν καὶ τῶν ὑγρῶν. οὐδὲ γὰρ ἂν μείνειε τουτέων οὐδὲν οὐδένα χρόνον ἄνευ πάντων τῶν ἐνεόντων ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ἀλλ' εἰ ἕν τι ἐκλίποι, πάντα ἂν ἀφανισθείη. ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτέης ἀνάγκης πάντα ξυνέστηκέ τε καὶ τρέφεται ἀπ' ἀλλήλων.

dictum, nonnulli vero ei quod ſecundum naturam dixit contrarium, ut oratio ſit talis. Quatuor humores memoratos humanum corpus ſemper obtinet, copioſiores autem et pauciores pro anni partibus et pro natura. Quod ſi mutata oratione quis dicat, ſenſum habebit tum utilem tum verum. Nam humorum copia ſecundum anni tempora variat, ſi annus ſecundum naturam diſpenſetur, et ſecundum totius anni partes, etiamſi non ſecundum naturam gubernetur, humores quantitate differunt. Poſſunt etiam de anni temporibus partes intelligi.

XXXVII.

Ut enim univerſus annus omnium quidem et calidorum et frigidorum et ſiccorum et humidorum eſt particeps: neque enim eorum quicquam ne minimo quidem tempore ſine omnibus, quae hoc in mundo exiſtunt, conſiſteret, imo, ſi unum quidpiam deſit, omnia aboleantur. Nam eadem neceſſitate omnia et conſtituta ſunt et ab invicem aluntur.

(16) Τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν οὐ τὸ κατὰ τὴν ἐπικράτειαν ὀνομαζόμενόν τε καὶ νοούμενον, ἀλλὰ τὸ στοιχειῶδες λέγων καὶ κατὰ τὴν προκειμένην λέξιν ἐδήλωσε τὸν ἐνιαυτὸν εἰπὼν ἅπαντα πάντων μετέχειν. οὐ γὰρ τῶν κατ᾽ ἐπικράτειαν ἁπάντων ἅπας ὁ ἐνιαυτὸς μετέχει, ἀλλὰ τῶν στοιχειωδῶν, ὅλος μὲν χειμὼν ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, τὸ δὲ θέρος τῶν ἐναντίων, ξηροῦ τε καὶ θερμοῦ, ὁ δὲ φθινόπωρος ψυχροῦ τε καὶ ξηροῦ. ἔτι δὲ σαφέστερον ἐδήλωσε τοῦτο κἀν τῷ φάναι διαφθαρήσεσθαι καὶ τὰ ἄλλα φθάσαντος ἑνὸς ἐξ αὐτῶν ἀπολέσθαι, τῶν μὲν γὰρ στοιχείων ἑνὸς ἀπολλυμένου διαφθαρήσεσθαι τὸ ἐξ αὐτῶν συγκείμενον ἀληθὲς φάναι, τῶν δὲ κατ᾽ ἐπικράτειαν οὐκ ἀληθές. αὐτὸ γὰρ τοὐναντίον ἀληθές ἐστιν, ὅταν ἀπόληταί τι τῶν κατ᾽ ἐπικράτειαν λεγομένων, σώζεσθαι τὸ ἀντικείμενον αὐτῷ. θέρους μὲν γὰρ οὐκ ὄντος ὁ χειμών ἐστι, χειμῶνος δὲ τὸ θέρος, καὶ τοῦ μὲν ἦρος τὸ φθινόπωρον, τοῦ δὲ φθινοπώρου τὸ ἔαρ. εἰ δὲ τελέως ἀπόλλυται τὸ θερμὸν στοιχεῖον, παγήσεται μὲν τὸ ὑγρὸν, ὅτι μηκέτι θερμὸν

Calidum, frigidum, ſiccum et humidum non quod per exuperantiam nominatur conſideraturque, ſed elementarium intelligens etiam in propoſita oratione indicavit, ubi inquit, annum univerſum omnium eſſe participem. Non enim eorum omnium, quae per excellentiam dicuntur, univerſus annus compos eſt, ſed elementarium: tota quidem hiems humidi et frigidi, aeſtas contrariorum, ſicci et calidi, autumnus frigidi et ſicci. Praeterea manifeſtius hoc innuit, quum diceret interitura etiam alia, ſi unum ex ipſis interierit. Etenim quum unum ex elementis perit, id quod ex ipſis compoſitum eſt corruptum iri vera eſt oratio: quum ex his, quae per excellentiam nominantur, falſa. Quippe contrarium ipſum verum eſt: quum aliquid ex illis perit, quae ex dominio appellationem ſortiuntur, oppoſitum ipſi conſervari. Quum enim aeſtas non eſt, hiems eſt; quum hiems non eſt, aeſtas eſt; quum ver abeſt, autumnus eſt; quum autumnus non eſt, ver eſt. At ſi omnino calidum elementum perierit, humidum qui-

ὑπάρχει, ἀπολεῖται δὲ παντάπασιν ὁ ἥλιος, οὐδὲν δὲ οὔτε φυτὸν οὔτε ζῶον ὑπολειφθήσεται. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, εἰ τὸ ψυχρὸν ἀπόλοιτο στοιχεῖον, ἅπαντα πῦρ ἔσται, καὶ εἰ τὸ ξηρὸν, ὕδωρ ἔσται πάντα, καὶ οὕτω διαφθαρήσεται τὰ κατὰ τὸν κόσμον ἅπαντα γεννητὰ σώματα. διὰ τοῦτ' οὖν ἐξ ἀλλήλων ἔφη τρέφεσθαι τὰ κατ' αὐτὸν σώματα στοιχειώδη. τὸ μὲν γὰρ ἀκριβὲς στοιχεῖον ἐπινοεῖται μᾶλλον ἢ ὑπάρχει. τὸ δ' ὀλίγου δεῖν ἐκείνῳ ταὐτὸ ἕν τι τῶν ὑπαρχόντων ἐστίν. ἐὰν γοῦν ἀκριβῶς ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν ἐπινοήσῃς γιγνόμενον τὸ ὕδωρ, οὐδὲ ὕδωρ ἔτι φυλαχθήσεται· παγήσεται γὰρ αὐτίκα καὶ στήσεται καὶ ῥέον παύσεται. κἂν τὴν γῆν ὡσαύτως νοήσῃς ἀκριβῶς ξηρὰν καὶ ψυχρὰν, σκληρότερον ἀδάμαντος ἔσται τὸ τοιοῦτο σῶμα. καὶ μὴν εἰ τοιαύτη γένοιτο, τῶν φυτῶν ἡ γένεσις παύσεται· παυσαμένης δ' αὐτῆς καὶ ἡ τῶν ζώων διαφθαρήσεται τροφὴ, καὶ εἴπερ αὐτὴ, δηλονότι καὶ αὐτὰ τὰ ζῶα. κατ' ἐπικράτειαν οὖν νοουμένου στοιχείου τοῦ ξηροῦ καὶ ψυχροῦ καὶ

dem concrescet, quoniam non amplius calidum est. Sin autem sol omnino interit, nulla planta neque animal relinquetur. Eadem ratione, si frigidum elementum pereat, omnia ignis erunt, et si siccum, aqua erunt omnia, atque sic universa in mundo generata corpora corrumpentur. Idcirco dixit elementaria in ipso corpora ex se invicem nutriri: nam exactum elementum intelligitur magis quam sit. Quod vero cum illo propemodum idem est, unum aliquod est ex eorum numero, quae subsistunt. Si igitur absolute humidam frigidamque aquam fieri cogites, non aqua adhuc servabitur: quippe statim concrescet, subsistet et fluere cessabit. Item si terram simili modo ad amussim siccam frigidamque consideraveris, durius adamante tale corpus erit. Atque si ejusmodi evaserit, stirpium generatio desinet. Ubi autem haec desierit, etiam animalium nutrimentum abolebitur, et si hoc, nimirum ipsa etiam animantia. Quum igitur elementum per excellentiam intelligitur siccum et frigidum et terra quae in mundo est, siccum esse et frigidum corpus dicitur et aqua humidum.

ἡ ἐν τῷ κόσμῳ γῆ λέγεται ξηρὸν εἶναι καὶ ψυχρὸν σῶμα καὶ τὸ ὕδωρ ὑγρόν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ πῦρ μετέχει τινὸς ἀερώδους οὐσίας, ὥσπερ καὶ καπνώδους, καὶ μέντοι καὶ προφανῶς ὑγρότητος εἰς θρέψιν δεῖται, καθάπερ αἱ κατὰ τοὺς λύχνους φλόγες δηλοῦσι. τὰ τοῦ κόσμου οὖν στοιχεῖα τὴν τροφὴν ἐξ ἀλλήλων ἔχοντά ἐστι καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ Πλάτων εἶπεν· αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τροφὴν τὴν ἑαυτοῦ καὶ φθίσιν παρέχον καὶ πάντα ἐν αὐτῷ καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ πάσχον καὶ δρῶν ἐκ τέχνης γέγονεν.

λη'.

[124] *Οὕτω δὲ καὶ εἴ τι ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκλίποι τουτέων τῶν συγγεγονότων, οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ ἄνθρωπος.*

Συγγεγονότα κέκληκε τὸ αἷμα καὶ τὸ φλέγμα καὶ τὰς χολὰς, ἐπειδὴ τὴν πρώτην διάπλασιν ἔσχε τὸ κυούμενον ἐκ τοῦ τῆς μητρὸς αἵματος, ἁπάντων μετέχοντος, αὔξησίν τε καὶ τροφὴν ὁμοίως. ἐὰν μὲν οὖν ἀπόλλυται παντάπασιν ἐκ τοῦ σώματος ἡμῶν ἤτοι τὸ ὑγρὸν, ἢ τὸ ξηρὸν, ἢ τὸ

Verum ignis ipſe cujusdam aëriae etiam ſubſtantiae, ſicut et fumoſae particeps eſt, quin et humiditatis ad nutritionem manifeſto indiget, ſicuti in lucernis flammae oſtendunt. Quapropter mundi elementa alimentum ex ſe mutuo obtinent, atque ideo Plato quoque dixit: idem enim ut ſibi alimentum ſuum et corruptionem exhibeat ac omnia in ſe et a ſe tum patiatur tum agat artificioſe fabricatum eſt.

XXXVIII.

Ita etiam ſi quid ex his quae in homine ſunt connata defecerit, is utique vivere nequeat.

Cognata vocavit ſanguinem, pituitam et utramque bilem, quandoquidem primam conformationem habuit conceptum ex materno ſanguine omnium participe, item incrementum alimentumque ſimiliter. Si igitur omnino ex corpore noſtro vel humidum vel ſiccum vel calidum vel

θερμὸν, ἢ τὸ ψυχρὸν, αὐτίκα οἱ χυμοὶ διαφθαρήσονται, κατ' ἐπικράτησιν, οὐκ εἰλικρινῶς οὐδ' ἀκριβῶς ὄντες ὑγροὶ καὶ ξηροὶ καὶ θερμοὶ καὶ ψυχροί. τὸ γοῦν φλέγμα ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν εἶναι λέγομεν, οὐχ ὡς μὴ μετέχον τῶν ἐναντίων, ἀλλ' ὡς ἐπικρατούμενον ὑπὸ τούτων. καὶ εἴ γε ψυχρὸν ἀκριβῶς ἦν μόνον, ὡς κρύσταλλος ἂν ἐπεπήγει, καθάπερ γε καὶ εἰ ἀκριβῶς ὑγρὸν ἦν, οὐκ ἂν εἶχε πάχος οὐδὲ γλισχρότητα. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ κἀπὶ τῶν χολῶν· ἥ τε γὰρ ξανθὴ ξηρὰ ἥ τε μέλαινα ξηρὰ καὶ γεώδης εἶναι λέγεται, μετέχουσα δηλονότι καὶ ὑγρότητος, ἢ οὐκ ἂν ἦν χυμὸς, ἀλλὰ καὶ στερεὸν σῶμα, ὡς ὁ ἀδάμας. οὕτω δὲ καὶ ψυχρὰ λέγεται, διότι πλέον ἐν αὐτῇ ψυχρότητός ἐστιν, ἢ θερμότητος. εἰ γοῦν ἀκριβῶς ἦν ψυχρὰ, κρυστάλλου ἂν δίκην ἐπεπήγει. καὶ τί δεῖ περὶ τούτων λέγειν; αὐτὸ γὰρ τὸ αἷμα τὸ δοκοῦν εὐκρατότατον λέγεται τοιοῦτο, ὅτι μηδὲν ἐπικρατεῖ μεγάλως ἐν αὐτῷ τῶν ἐναντίων ἀλλήλοις, μήτε τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ, μήτε τὸ ψυχρὸν τοῦ θερμοῦ, μήτε τὸ ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ, μήτε τὸ ξηρὸν τοῦ ὑγροῦ. ἐπεὶ τοίνυν

frigidum interit, ſtatim humores corrumpentur, qui per exuperantiam, non ſincere neque abſolute ſunt humidi, ſicci, calidi et frigidi. Nam pituitam humidam et frigidam eſſe dicimus, non ceu contrariorum expertem, ſed veluti ab his ſuperatam. Et ſi frigida abſolute eſſet ſolum, glaciei modo concreſceret: ſicut etiam, ſi humida ad amuſſim eſſet, non haberet craſſitiem neque lentorem. Eadem ratione dicitur et de utraque bile: nam flava ſicca, nigra ſicca et terrea eſſe dicitur, humiditatis etiam nimirum particeps: alioqui non eſſet humor, ſed ſolidum corpus, ut adamas. Sic autem et frigida dicitur, quod plus in ea frigoris ſit quam caloris: nam ſi abſolute eſſet frigida, glaciei inſtar concreſceret. Sed quid opus eſt de iis verba facere? Ipſe namque ſanguis, qui videtur temperatiſſimus, talis dicitur, quod nihil in ipſo contrariorum inter ſe admodum praepolleat, neque calidum frigido, neque frigidum calido, neque humidum ſicco, neque ſiccum humido. Quoniam igitur et ſanguis ipſe quatuor indiget

δεῖται καὶ τὸ αἷμα αὐτὸ τῶν τεττάρων ποιοτήτων, ὑγρότητος καὶ ξηρότητος καὶ θερμότητος καὶ ψυχρότητος, εὔδηλον ὅτι καὶ τῆς τῶν ἄλλων χυμῶν δεήσεται μίξεως. καὶ διὰ τοῦτο τὸ εὐκρατότατον αἷμα μεθέξει τι καὶ φλέγματος καὶ χολῆς ξανθῆς καὶ μελαίνης. ἔστι δὲ καὶ ἕτερός τις λόγος φυσικὸς, οὐ σμικρὰν ἔχων πιθανότητα, καθ᾽ ὃν εἰς ἠθῶν ἐπιτηδείων γένεσιν οἱ τέτταρες ἀποδείκνυνται χυμοὶ χρήσιμοι. προαποδεῖξαι δὲ χρὴ πάλιν ἐν αὐτῷ ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἑπόμενα τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη, περὶ οὗ καὶ ἡμῖν ἑτέρωθι γέγραπται. τούτου τοίνυν ὑποκειμένου τὸ μὲν ὀξὺ καὶ συνετὸν ἐν τῇ ψυχῇ διὰ τὸν χολώδη χυμὸν ἔσται, τὸ δ᾽ ἑδραῖον καὶ βέβαιον διὰ τὸν μελαγχολικὸν, τὸ δ᾽ ἁπλοῦν καὶ ἠλιθιώτερον διὰ τὸ αἷμα. τοῦ δὲ φλέγματος ἡ φύσις εἰς μὲν ἠθοποιΐαν ἄχρηστος, ἀναγκαίαν δὲ φαίνεται τὴν γένεσιν ἔχειν ἐν τῇ πρώτῃ μεταβολῇ τῶν σιτίων.

λθ'.

Ἰσχύει δὲ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ποτὲ μὲν ὁ χειμὼν μάλιστα, ποτὲ

qualitatibus, humiditate, ſiccitate, calore et frigore, conſtat aliorum quoque humorum mixtionem ipſum requirere; atque ob id temperatiſſimus ſanguis particeps erit et pituitae et bilis flavae et atrae. Jam vero eſt alia quaedam ratio naturalis non parvam habens probabilitatem, qua humores quatuor ad morum idoneorum generationem utiles demonſtrantur. Verum prius demonſtraſſe in ipſa rurſum oportet animi mores corporis temperaturam ſequi, de quo a nobis etiam alibi ſcriptum eſt. Itaque hoc ſtatuto acumen animi et ſolertia ex bilioſo humore proficiscetur; conſtantia vero et ſtabilitas ex melancholico, ſimplicitas autem et ſtoliditas, ex ſanguine: pituitae vero natura ad mores formandos inutilis. Neceſſariam vero in prima ciborum mutatione generationem habere videtur.

XXXIX.

Ut autem in anno modo hiems maxime, interdum ver, in-

δὲ τὸ ἔαρ, ποτὲ δὲ τὸ θέρος, ποτὲ δὲ τὸ φθινόπωρον. οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ποτὲ μὲν τὸ φλέγμα ἰσχύει, ποτὲ δὲ τὸ αἷμα, ποτὲ δὲ χολὴ, πρῶτον μὲν ἡ ξανθὴ, ἔπειτα δὲ ἡ μέλαινα καλεομένη.

Σαφὴς ἡ ῥῆσίς ἐστιν ἐπιδεικνύναι πειρωμένου τἀνδρὸς, ὥσπερ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ποτὲ μὲν ὑγρὸν καὶ τὸ ψυ- [125] *χρὸν ἐπικρατεῖ καὶ καλεῖται χειμὼν ἡ τοιαύτη τοῦ ἔτους ὥρα, ποτὲ δὲ τὸ ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ἡνίκα τὸ ἔαρ ἐστὶ, ποτὲ δὲ τὸ ξηρὸν καὶ θερμὸν, ὅπερ ὀνομάζεται θέρος· ὕστατον δ' ἐπ' αὐτοῖς τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐν τῷ φθινοπώρῳ· οὕτω καὶ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἐπικρατεῖ φλέγμα μὲν ἐν χειμῶνι, ψυχρὸς καὶ ὑγρὸς χυμός· αἷμα δὲ ἐν ἦρι, θερμὸς καὶ ὑγρὸς χυμός. καὶ χολὴ ξανθὴ μὲν ἐν τῷ θέρει, ξηρὰ καὶ θερμὴ τὴν δύναμιν οὖσα, μέλαινα δ' ἐν τῷ φθινοπώρῳ ξηρὰ καὶ ψυχρὰ, καθάπερ καὶ αὐτὸ τὸ φθινόπωρον.*

---

terdum aeſtas, nonnunquam autumnus viget, ſic quoque in homine modo quidem pituita invaleſcit, modo ſanguis, interdum etiam bilis, primum quidem flava, deinde quae atra vocatur.

Clara eſt viri ſententia, qui oſtendere nititur, quemadmodum in anno alias humidum et frigidum praepollet, vocaturque tale anni tempus hiems, alias humidum et calidum, quando ver eſt, alias ſiccum et calidum, quae aeſtas nominatur; poſtremo ad haec ſiccum et frigidum in autumno; ſic et in homine praevalet pituita quidem hieme, humor frigidus et humidus: ſanguis in vere calidus et humidus; flava bilis aeſtate, ſicca et calida facultate praedita; nigra in autumno, ſicca et frigida, quemadmodum et ipſe autumnus exiſtit.

μ'.

Μαρτύριον δὲ σαφέστατον, εἰ ἐθέλεις δοῦναι τῷ αὐτέῳ ἀνθρώπῳ τὸ αὐτὸ φάρμακον τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐμέεταί σοι τοῦ μὲν χειμῶνος φλεγματωδέστατα, τοῦ δὲ ἦρος ὑγρότατα, τοῦ δὲ θέρεος χολωδέστατα, τοῦ δὲ φθινοπώρου μελάντατα.

(17) *Μαρτύριον δὲ σαφέστατον εἶναί φησι τοῦ προειρημένου λόγου, καθ' ὃν ἐπικρατεῖν ἐν ἑκάστῃ τῶν ὡρῶν ἕνα τινὰ τῶν χυμῶν εἰρήκει, τὸ δοθέντος ἐμετικοῦ φαρμάκου αὐτῷ τετράκις ἐν μὲν τῷ χειμῶνι φλεγματωδέστερον εἶναι τὸν ἔμετον, ὑγρότερον δὲ ἐν ἦρι, καὶ χολωδέστερον μὲν ἐν τῷ θέρει, μελάντερον δὲ ἐν τῷ φθινοπώρῳ.*

μα'.

Ὀφείλει οὖν τουτέων οὕτως ἐχόντων, ὁκόσα μὲν τῶν νουσημάτων τοῦ χειμῶνος αὔξεται, θέρεος λήγειν, ὁκόσα δὲ θέρεος αὔξεται, χειμῶνος λήγειν, ὁκόσα μὴ αὐτέων ἐν περιόδῳ ἡμερέων ἀπαλλάσσεται. τὴν δὲ περίοδον αὖθις

XL.

Cujus rei evidentiſſimum eſt teſtimonium, quod ſi eidem homini idem medicamentum quater in anno exhibere voles, hieme quidem maxime pituitoſa tibi evomet, vere autem valde humida, aeſtate admodum bilioſa et autumno nigerrima.

Teſtimonium praedicti ſermonis manifeſtiſſimum eſſe dicit, in quo ſingulos humores ſingulis anni temporibus dominari docuerat, nempe quod vomitus, ſi medicamentum quater in anno quod illum citet propinetur, hieme ſit pituitoſior, vere humidior; aeſtate bilioſior et autumno nigrior.

XLI.

Quum igitur haec ita ſe habeant, quicunque morbi hieme augeſcunt, eos aeſtate deſinere neceſſe eſt, et qui aeſtate increſcunt, eos hieme ceſſare, niſi certo dierum circuitu ſolvantur; dierum autem circuitum quis ſit *alias ſum*

φράσω τὴν τῶν ἡμερέων. ὁκόσα δὲ ἦρος γίνεται νουσήματα, προσδέχεσθαι χρὴ φθινοπώρου τὴν ἀπάλλαξιν ἔσεσθαι αὐτέων. ὁκόσα δὲ φθινοπωρινὰ νουσήματα, τουτέων τοῦ ἦρος ἀνάγκη τὴν ἀπάλλαξιν γενέσθαι. ὅ τι δ' ἂν τὰς ὥρας ταύτας ὑπερβάλλῃ νούσημα, εἰδέναι χρὴ ἐνιαύσιον αὐτὸ ἐσόμενον.

Ἡ ἀρχὴ τῆς ῥήσεως διττὴν ἔχει γραφήν. ἐνίων μὲν ὀφείλει, ἐνίων δὲ γραφόντων φιλεῖ γοῦν τουτέων οὕτως ἐχόντων, ἐν ἴσῳ τῷ προσήκει. χρῶνται γὰρ ἐνίοτε τῇ φωνῇ ταύτῃ κἀπὶ τοῦ προσήκει. τὰ δ' ἄλλα τῆς ῥήσεως δῆλα. βούλεται γὰρ αὐτὸς ὅσα χρονίζει νοσήματα καὶ μὴ κατὰ περιόδους ἡμερῶν, ἀλλὰ μηνῶν γίνεται, λύεσθαι ταῦτα κατὰ τὴν ἐναντίαν ὥραν ᾗ συνέστη, τουτέστιν ἑβδόμῳ μηνί. μὴ λυθέντων δ' αὐτῶν, οὕτως ἐνιαύσιον γίγνεσθαί φησι τὸ νόσημα. τὸ δ' ἐνιαύσιον ὄνομα δύναται μὲν δηλοῦν καὶ τὸν μετὰ ἐνιαυτὸν τῆς πρώτης ἑαυτοῦ γενέσεως λυόμενον. δύναται δὲ καὶ τὸ κατὰ περίοδον ἐνιαυτῶν ἑπτὰ,

explicaturus. Quicunque autem morbi vere fiunt, eorum futurum diſceſſum autumno expectare oportet: qui vero autumnales morbi ſunt, eorum diſceſſum vere fieri neceſſe eſt. At qui morbus eas anni tempeſtates ſuperarit, hunc annuum fore ſciendum eſt.

Initium ſententiae duplicem habet ſcripturam. Nonnulli legunt *ὀφείλει* (convenit); nonnulli *φιλεῖ*, quod idem valet ac par eſt, ſeu convenit. Utuntur enim nonnunquam voce hac pro convenit. Reliqua perſpicua ſunt. Vult enim auctor morbos qui diuturni redduntur et non dierum, ſed menſium circuitibus fiunt, hos contrario anni tempore ei quo generati ſunt, hoc eſt ſeptimo menſe finiri: in quo ſi non ſoluti fuerint, annuum fieri morbum pronunciat. Porro annuum nomen poteſt ſignificare etiam eum, qui poſt annum primae ſuae generationis ſolvitur. Poteſt etiam eum innuere, qui ſeptem annorum circuitu

ὡς τὰ μηνῶν. ἔλεγε γοῦν καὶ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ὧδε. τὰ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δ᾽ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς ἥβην προσάγουσιν.

μβ'.

[126] *Καὶ τὸν ἰητρὸν οὕτω χρὴ ἵστασθαι πρὸς τὰ νουσήματα, ὡς ἑκάστου τουτέων ἰσχύοντος ἐν τῷ σώματι κατὰ τὴν ὥρην τὴν ἑωυτοῦ κατὰ φύσιν ἐοῦσαν μάλιστα.*

Τὸ χρήσιμον ἅπαντος τοῦ προκειμένου κατὰ τὰς ὥρας λόγου νῦν ἐδίδαξεν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει, δηλῶν ὅτι καὶ τὴν αὐτὴν χρείαν ἔχει καὶ ὁ περὶ τῶν ἡλικιῶν καὶ χωρῶν ἐπιτηδευμάτων τε καὶ τῆς ἐφημέρου διαίτης λόγος. πρὸς ἅπαντα γὰρ ταῦτα τὸν ἰατρὸν ἀποβλέποντα χρὴ στοχάζεσθαι τίς ἐπικρατῶν ἐστιν ὁ χυμὸς ἤτοι κατὰ τὸ ποσὸν, ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ἔν τινι τε μορίῳ τοῦ σώματος μάλιστα πλεονάζει; τὴν γάρ τοι θεραπείαν ἄριστα

ut ſeptem menſium finitur. Etenim in aphoriſmis ita quoque dixit: *plurimi affectus puerorum judicantur aut intra quadrageſimum diem, aut intra ſeptimum menſem, aut intra ſeptimum annum, aut quum ad pubertatem itur.*

XLII.

Atque ita medicum adverſus morbos inſurgere oportet, ut non ignorantem *morbum in corpore pro anni tempeſtate illi maxime naturali et analoga invaleſcere.*

Ad quid tota ſuperior de anni temporibus disputatio valeat, nunc in praeſenti oratione edocuit indicans eundem quoque uſum praebere de aetatibus, locis, vitae ſtudiis et quotidiana victus ratione enarrationem. Namque medicum ad haec omnia reſpicientem oportet conjicere, quis humor dominetur aut quantite, aut ipſius facultate in aliqua potiſſimum corporis parte redundet? Sic enim curationem optime obierit, ſicut in medendi inſtitutionibus

ἂν οὕτω ποιοῖτο, καθάπερ κἀν τοῖς θεραπευτικοῖς λογισμοῖς δείκνυται. ὁ Ἱπποκράτης τοῦ σώματος ἡμῶν τὴν φύσιν ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ προθέμενος εὑρεῖν, ἐχρήσατο μεθόδῳ πρὸς τὴν εὕρεσιν τῇδε. πρῶτον μὲν ἐζήτησε πότερον ἁπλοῦν, ἢ πολυειδές ἐστιν, ἔπειθ᾽ εὑρὼν ὅτι πολυειδὲς, ἐσκέψατο τῶν ἁπλῶν ἐν αὐτῷ τὴν οὐσίαν, ὁποία τίς ἐστι, τουτέστιν ἥντινα δύναμιν ἔχει πρὸς τὸ παθεῖν ὑπό τινος, ἢ δρᾶσαι, καὶ διὰ τοῦτο τῶν θ᾽ ὡρῶν τῶν θ᾽ ἡλικιῶν ἐμνημόνευσεν, ἐπισκοπούμενος ὅπως ἔχει τὰ εὑρεθέντα στοιχεῖα πρὸς αὐτάς. εὗρε δὲ καὶ ὅτι τάς τε προῤῥήσεις τῆς λύσεως τῶν νοσημάτων καὶ τὰς θεραπείας ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἀναφέρειν χρὴ σκοπούς. ἐν δὲ τῷ ζητεῖν τὰ συνθετικὰ τοῦ σώματος ἡμῶν στοιχεῖα καὶ τῶν τοῦ παντὸς ἐμνημόνευσεν, ἅπερ ὄντως ἐστὶ στοιχεῖα. λέγεται γὰρ ἐνίοτε καταχρωμένων ἡμῶν καὶ τὰ καθ᾽ ἕκαστον πρᾶγμα πρὸς διάρτησιν, ἁπλᾶ καὶ πρῶτα μόρια, στοιχεῖα τοῦ πράγματος ἐκείνου, καθάπερ ἁρμονικὰ στοιχεῖα καὶ ῥυθμητικὰ καὶ γεωμετρικὰ καὶ ἀριθμητικὰ καὶ λόγου καὶ φωνῆς καὶ ἀποδείξεως εἰρή-

docetur. Hippocrates quum corporis noſtri naturam hoc in libro propoſuiſſet invenire, hac methodo ad inventionem uſus eſt. Primum ſane disquiſivit utrum ſimplex, an multiplex eſſet; deinde ubi inveniſſet eſſe multiplex, ſimplicium in eo ſubſtantiam qualis ſit inſpexit, hoc eſt quam facultatem habeat, ut ab aliquo patiatur aut agat. Et hujus rei gratia anni temporum aetatumque meminit, conſiderans quomodo elementa a ſe inventa ipſis reſpondeant. Item invenit et morborum ſolutionis praedictiones et curationes ad eosdem referendas eſſe ſcopos. At dum elementa corpus noſtrum conſtituentia inveſtigaret, etiam univerſi mundi elementorum commeminit, quae revera ſunt elementa. Dicuntur enim nonnunquam per abuſionem vocabuli, cujusque rei ad compoſitionem ſimplices et primae partes, illius rei elementa: quemadmodum muſica elementa, rhythmica, geometrica, arithmetica, orationis, vocis et demonſtrationis dixerunt.

κασιν. οὕτω δὲ καὶ ἁμάξης ἑκατὸν εἶναι στοιχεῖά φησιν ὁ Πλάτων ὑφ' Ἡσιόδου λελέχθαι γράψαντος

Ἑκατὸν δέ τε δούραθ' ἁμάξης.

ἅπαντα μὲν τὰ οὕτω λεγόμενα στοιχεῖα καθ' ἕκαστον τῶν πραγμάτων οὐκ ἀκριβῶς ἐστιν ἁπλᾶ καὶ πρῶτα. τὰ δὲ κοινὰ πάντων τῶν ὄντων ἁπλᾶ τε καὶ πρῶτα κατ' ἀλήθειάν εἰσι καὶ κυρίως ὀνομάζεται στοιχεῖα. καλεῖ δὲ ἀπὸ τῶν ποιοτήτων ὁ Ἱπποκράτης αὐτὰ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὑγρόν τε καὶ ξηρὸν, οὐ τὰ μεταξὺ τῶν ἄκρων, ἀλλ' αὐτὰ τὰ ἄκρα, πῦρ δηλονότι καὶ γῆν ὕδωρ τε καὶ ἀέρα. ταύτην οὖν τὴν μέθοδον ὁ Πλάτων ἀξιοῖ μιμεῖσθαι καὶ τὸν περὶ φύσεως ψυχῆς ἐπισκοπούμενον. οὐδὲν γὰρ δύνασθαι τῶν κατὰ μέρος ἄνευ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως ἀκριβῶς γνωσθῆναι. παραγράφω δέ σοι καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ Πλάτωνος ῥῆσιν ἔχουσαν οὕτως. ΣΩ. ψυχῆς οὖν φύσιν ἀξίως λόγου κατανοῆσαι οἴει δυνατὸν εἶναι ἄνευ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως; ΦΑΙ. εἰ μὲν οὖν Ἱπποκράτει τῷ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δεῖ

Similiter etiam plaustri centum elementa ab Hesiodo esse dicta Plato commemorat in eo hemistichio

Centum lignaque plastri.

Omnia sane quae sic dicuntur singularum rerum elementa non ad amussim simplicia sunt et primaria, communia vero omnium rerum simplicia et prima vere existunt et proprie nominantur elementa. Hippocrates autem a qualitatibus ipsa denominat, calidum, frigidum, humidum et siccum, non quae media extremorum sunt, sed ipsa summa, ignem videlicet et terram et aquam et aërem. Hanc igitur methodum Plato censuit sibi imitandam, quum de natura animae consideraret. Nullum enim particulare citra totius naturam exacte posse cognosci. Adscribam autem tibi ipsam Platonis dictionem, quae hunc in modum habet. *SO. Animae igitur naturam sine totius natura intelligere te, ut convenit, posse arbitraris? PHAE. Si sane Hippocrati ex Asclepiadarum genere credendum est,*

τι πείθεσθαι, οὐδὲ περὶ σώματος ἄνευ τῆς μεθόδου ταύτης. ΣΩ. καλῶς γὰρ ὦ ἑταῖρε λέγει. χρὴ μέντοι πρὸς τῷ Ἱπποκράτει τὸν λόγον ἐξετάζοντας σκοπεῖν εἰ συμφωνεῖ. ΦΑΙ. φημί. [127] ΣΩ. καὶ τί ποτε λέγει Ἱπποκράτης τε καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος, ἆρ' οὐχ ὧδε; διανοεῖσθαι χρὴ περὶ ὁτιοῦν φύσεως πρῶτον μὲν εἰ ἁπλοῦν, ἢ πολυειδές ἐστιν, οὗ πέρι βουλησόμεθα εἶναι αὐτοὶ τεχνικοὶ καὶ ἄλλους δυνατοὶ ποιεῖν· ἔπειτα δὲ, ἂν μὲν ἁπλοῦν ᾖ, σκοπεῖν τὴν δύναμιν αὐτοῦ, τίνα πρὸς τί πέφυκεν εἰς τὸ δρᾷν ἔχον, ἢ τίνα εἰς τὸ παθεῖν ὑπὸ τοῦ. ἐὰν δὲ πλείω εἴδη ἔχῃ, ταῦτα ἀριθμησάμενοι, ὅπερ ἐφ' ἑνὸς, τοῦτ' ἰδεῖν ἐφ' ἑκάστου, τὸ τί ποιεῖν αὐτὸ πέφυκεν, ἢ τὸ τί παθεῖν ὑπὸ τοῦ. ἀλλὰ ταῦτα Πλάτωνος οὑτωσὶ γράψαντος ἐπιδειξάτω τις ἡμῖν ἐν τίνι βιβλίῳ τοῦ Ἱπποκράτους ἑτέρῳ παρὰ τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου τὴν μέθοδον ταύτην ἐστὶν εὑρεῖν, ἢ εἴπερ οὐκ ἔχει, μηδένα ζητείτω Πλάτωνος ἀξιοπιστότερον μάρτυρα τοῦ γνήσιον εἶναι τὸ βιβλίον τοῦτο. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τοῖς χρόνοις ἐγγυτάτω γέγονεν ὁ Πλάτων τοῖς Ἱππο-

ne corporis quidem naturam citra hanc methodum possis. SO. Recte quidem, o amice, dicit, attamen praeter Hippocratem ratio inspiciunda examinandaque est, an ipsi consentiat. PHAE. Assentior. SO. Et quid tandem Hippocrates dicit veraque ratio? an non sic? Considerandum est de cujuslibet rei natura: primum sane simplexne sit, an multiformis, cujus nos periti esse voluerimus quamque alios docere studeamus: postea vero si simplex fuerit, facultas ipsius inspicianda est, quam videlicet ad quid agendum, item quam ad patiendum ab alio habeat. Quod si multas habeat species, his dinumeratis in singulis similiter, ut in una, naturalis et agendi et patiendi vis inquirenda. Verum quum haec Plato sic conscripserit, ostendat aliquis nobis in quo Hippocratis libro alio quam qui de natura hominis inscribitur methodum hanc sit invenire: aut si non possit, nullum quaerat fide digniorem Platone testem ejus, quod hic liber sit germanus. Nam praeter alia Plato proxime Hippocratis discipulis tempore

κράτους μαθηταῖς, ὧν εἴ τινος ἦν τὸ βιβλίον, ἐπεγέγραπτο ἂν τοῦ γράψαντος αὐτὸ τοὔνομα. πρὶν γὰρ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Περγάμῳ γενέσθαι βασιλεῖς, ἐπὶ κτήσει παλαιῶν βιβλίων φιλοτιμηθέντας, οὐδέπω ψευδῶς ἐπεγέγραπτο σύγγραμμα. λαμβάνειν δ' ἀρξαμένων μισθῶν τῶν κομιζόντων αὐτοῖς συγγράμματα παλαιοῦ τινος ἀνδρὸς, οὕτως ἤδη πολλὰ ψευδῶς ἐπιγράφοντες ἐκόμιζον. ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ βασιλεῖς μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου γεγόνασι θάνατον. ὁ δὲ Πλάτων ἀνωτέρω τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας ἐγεγράφει ταῦτα μηδέπω πεπανουργευμένων τῶν ἐπιγραφῶν, ἀλλ' ἑκάστου βιβλίου τὸν ἴδιον γραφέα διὰ τοῦ προγράμματος δηλοῦντος. Πλάτων μὲν οὖν ὁμολογεῖ κατὰ τὴν Ἱπποκράτους μέθοδον ἐπισκοπεῖσθαι περὶ ψυχῆς φύσεως, ὡς ἐκεῖνος περὶ σώματος, ἀδύνατόν τέ φησιν ἄλλως τοῦτο γενέσθαι πρὸ τοῦ γνῶναι τὴν φύσιν τοῦ παντός. ἔνιοι δὲ τοσοῦτον ἡμαρτήκα-(18)σιν, ὡς τὴν οὕτω θαυμαστὴν μέθοδον ἄλλου τινὸς εἶναι νοεῖν, τῷ μήδ' ἀποκνῆσαι γράψαι τὸν εὑρόντα πρῶ-

successit, quorum si cujus liber esset, ipsum auctoris nomen fuisset inscriptum. Nam prius quam in Alexandria et Pergamo reges essent creati, qui veteribus libris comparandis vincere se mutuo contendebant, nondum opus falso fuit inscriptum: verum postquam praemium capere incoeperunt, qui vetusti cujusdam scriptoris monumenta ipsis offerrent, hac tandem ratione multa falso titulo inscribentes attulerunt. Verum hi reges post Alexandri mortem extiterunt: Plato autem ante Alexandri principatum haec memoriae mandaverat, quum nullae adhuc inscriptiones essent dolo effictae, sed suum quisque liber scriptorem titulo repraesentaret. Itaque Plato fatetur se secundum Hippocratis methodum de animae natura considerare, ut ille de corpore: fierique hoc aliter posse negat, antequam totius naturam habeas cognitam. Nonnulli tantum aberrarunt, ut tam mirabilem methodum alterius cujusdam esse censerent, eo quod is qui primum rem adeo magnam et gravem invenit, demonstrationem ipsius scribere non sit gravatus. Quomodo enim non magnum et grave censeas,

τον οὕτω μέγα καὶ σεμνὸν πρᾶγμα τὴν ἀπόδειξιν αὐτοῦ. πῶς γὰρ οὐ μέγα καὶ σεμνὸν, ἁπάντων γεννητῶν καὶ φθαρτῶν σωμάτων εὑρεῖν στοιχεῖα; πῶς δὲ οὐ πολὺ μεῖζον ἀποδείξεσι πιστώσασθαι; καὶ ταῦτα μηδ' ἐν στίχοις ὅλοις τριακοσίοις, ἀλλ' ἐλάττοσι πολλῷ παραληφθῆναι δυναμένῳ; οὐ γὰρ εἰκός ἐστιν ἐν ἅπασι τοῖς θεραπευτικοῖς καὶ προγνωστικοῖς εὑρήμασιν ὡς ἀποδεδειγμένοις χρῆσθαι τοῖς στοιχείοις τὸν Ἱπποκράτην, μηδαμόθι τὴν ἀπόδειξιν αὐτῶν εἰρηκότα. ταῦτα μὲν οὖν ἐκ περιουσίας εἴρηταί μοι, δεικνύντι γνήσιον Ἱπποκράτους εἶναι τὸ βιβλίον. οὐ μὴν ὡς ἐν ἔργῳ γε τοῦτο σπουδαστέον, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀληθείας τῶν ἐν αὐτῷ γεγραμμένων σκεπτέον ἀκριβῶς. τοῦτο δ' ἡμεῖς ἐν τῷ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτους στοιχείων ἐπράξαμεν, ὃ παρὰ πᾶσι τοῖς πεπαιδευμένοις εὐδοκιμοῦν ὁρῶντες οἱ βάσκανοι ψυχρὰν αὐτοῦ ἀπολογίαν ἐποίησαν, οὐκ εἶναι φάσκοντες Ἱπποκράτους τὸ βιβλίον. ἀλλ' ὅτι γε ταῦτα ἐτίθετο καὶ πρὸς ταῦτα ἀποβλέπων ἀεὶ τὰ κατὰ μέρος ἔγραψε πάντα τῶν ὁμολογουμένων ἐστίν. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ ἀναισχυντίας

omnium generatorum corruptibiliumque corporum elementa invenire? quomodo non multo magis demonſtrationibus fidem facere? Atque haec in verſibus ne totis quidem trecentis, ſed multo paucioribus complecti potuerit. Non enim veriſimile eſt, Hippocratem in omnibus medicandi praenoſcendique inventis elementis tanquam demonſtratis uti, nusquam vero demonſtrationem ipſorum explicaſſe. Haec igitur ex ſuperfluo mihi dicta ſunt, ut oſtenderem germanum Hippocratis eſſe librum. Non tamen in hoc ceu ſerio ponendum eſt ſtudium, ſed de veritate eorum quae in ipſo conſcripta ſunt accurate conſiderandum eſt. Id autem nos in opere de elementis ex Hippocratis ſententia factitavimus: quod quum invidi apud omnes eruditos in pretio haberi viderent, frigidam defenſionem attulerunt, cur librum Hippocratis non eſſe dicerent. Porro quod haec ſtatuerit ad illaque ſemper reſpiciens omnia particularia opera conſcripſerit pro confeſſo habetur. Quoniam vero aemuli, ut ſunt impudentes, etiam iis quae

καὶ τοῖς ὑπὲρ πάντων ὁμολογουμένοις τε καὶ συμφωνουμένοις ἀντιλέγουσιν οἱ βάσκανοι, διὰ τοῦτο πραγματείαν ἑτέραν ἐποίησα, τοὐπίγραμμα τοιοῦτο ἔχουσαν, ὅτι καὶ κατ᾽ ἄλλα συγγράμματα τὴν αὐτὴν δόξαν ὁ Ἱπποκράτης ἔχων φαίνεται τῇ κατὰ τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου.

apud omnes in confeſſo ſunt et omnium conſenſu probantur, contradicunt; idcirco alterum opus edidi, tali inſcriptum titulo, Quod etiam in aliis operibus Hippocrates eandem habere opinionem quam in libello de natura hominis videatur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟ ΥΠΟΜΝΗΜΑ Β.

Ed. Chart. III. [128.] Galen. V. (18.)

[128] *Προοίμιον Γαλήνου.* Αὐτὸ μὲν τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου βιβλίον ἐν τῷ προτέρῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ἐξήγημαι. νυνὶ δὲ τὰ προσκείμενα κακῶς αὐτῷ προχειριοῦμαι, συγκείμενα καὶ αὐτὰ μετὰ διασκευῆς. ἓν μὲν γάρ ἐστι μικρὸν βιβλίον ἐν ᾧ περὶ τῆς τῶν ὑγιαινόντων διαίτης γέγραπται καὶ δοκεῖ Πολύβου εἶναι σύγγραμμα

HIPPOCRATIS DE NATURA HOMINIS LIBER ET GALENI IN EUM COMMENTARIUS II.

Prooemium Galeni. Ipſum quidem de natura hominis librum in priori horum commentariorum opere expoſui; nunc vero quae illi prave adjecta ſunt in medium profero, eaque probo ordine compoſita. Unus etenim parvus eſt liber, in quo de victu ſanorum *a me* ſcriptum eſt, qui Polybi Hippocratis discipuli opus eſſe videtur.

τοῦ Ἱπποκράτους μαθητοῦ. τὸ δὲ μεταξὺ τούτου τε καὶ τοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου, διεσκεύασται παρεγγεγραμμένον ὑπὸ τοῦ πρῶτον συνθέντος ἐς ταὐτὸ τὰ δύο ταῦτα βιβλίδια, τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου τοῦ Ἱπποκράτους αὐτὸ σύγγραμμα καὶ τὸ Πολύβου περὶ διαίτης ὑγιεινῆς. ἐν γὰρ τῷ κατὰ τοὺς Ἀτταλικούς τε καὶ Πτολεμαϊκοὺς βασιλέας χρόνῳ πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως βιβλίων ἡ περὶ τὰς ἐπιγραφάς τε καὶ διασκευὰς αὐτῶν ἤρξατο γίγνεσθαι ῥᾳδιουργία τοῖς ἕνεκα τοῦ λαβεῖν ἀργύριον ἀναφέρουσιν ὡς τοὺς βασιλεῖς ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα. μικρῶν οὖν ὄντων ἀμφοτέρων τῶν βιβλίων τοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου καὶ τοῦ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς, εὐκαταφρόνητον ἑκάτερον τοῦτο εἶναί τις δόξας διὰ τὴν σμικρότητα συνέθηκεν ἐς ταὐτὸ ἄμφω. καί τις ἴσως ἄλλος, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ πρῶτος αὐτὰ συνθεὶς, παρενέθηκέ τινα μεταξὺ τῶν δύο ταυτὶ τὰ νῦν προχειρίζεσθαι μέλλοντα.

Quod autem inter hunc et illum de natura hominis eſt interpoſitum, ab eo qui primum hosce duos libros de natura hominis Hippocratis et Polybi de ſalubri victus ratione in *unum* et eundem collegit, conſcriptum et collocatum eſt. Quo enim tempore Attalus et Ptolemaeus reges certatim inter ſe de comparandis ſibi libris contendebant: ab his qui ex oblatis celebriorum virorum ſcriptis pecuniam a regibus reportabant, coepere inſcriptiones et digeſtiones librorum vitiari. Quum itaque uterque liber tum de natura hominis tum de ſalubri victus ratione parvus extiterit, arbitratus aliquis ob parvitatem neutrum ipſorum multi ducendum ambos in *unum* et eundem ſimul contulit. Pari vero ratione alius quidam vel ille idem etiam qui hos primum in unum redegit, haec ipſa illis interpoſuit, quae nunc exponenda ſuſcepturi ſumus.

α΄.

[129] *Εἰδέναι χρὴ καὶ τάδε πρὸς ἐκείνοισιν, ὅτι ὁκόσα πλησμονὴ τίκτει νουσήματα, κένωσις ἰῆται· ὁκόσα δὲ ἀπὸ κενώσιος γίνεται νουσήματα, πλησμονὴ ἰῆται· ὁκόσα δὲ ἀπὸ ταλαιπωρίης γίνεται, ἀνάπαυσις ἰῆται· ὁκόσα δὲ ὑπερτέρη ἀργίη νουσήματα τίκτει, ταλαιπωρίη ἰῆται. τὸ δὲ ξύμπαν γνῶναι δεῖ τὸν ἰητρὸν ἐναντίον ἵστασθαι τοῖσι καθεστηκόσι καὶ νουσήμασι καὶ εἴδεσι καὶ ὥρῃσι καὶ ἡλικίῃσι καὶ τὰ ξυντείνοντα λύειν καὶ τὰ λελυμένα ξυντείνειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ κάμνον ἀναπαύοιτο, ἥ τε ἴησις τοῦτό μοι δοκέει εἶναι.*

Ταύτης ὅλης τῆς ῥήσεως ἑκάστου στίχου Διοσκουρίδης προέγραψε σημεῖον ὃ καλοῦσιν ὀβελὸν, οἵῳ σημείῳ καὶ Ἀρίσταρχος ἐχρήσατο παρὰ τῷ ποιητῇ πρὸς τοὺς ὑποπτευομένους ὑπ᾽ αὐτοῦ στίχους. ταῦτα μὲν ὁ Διοσκουρίδης ἔγραψεν, εἰκάζων εἶναι τὴν προκειμένην ῥῆσιν Ἱπποκράτους τοῦ Θεσσαλοῦ υἱέος. δύο γὰρ υἱοὶ οὗτοι γεγόνασι τοῦ με-

I.

Noſſe vero praeterea oportet, quod quoscunque repletio parit morbos, ſanat evacuatio: qui vero ab evacuatione oboriuntur, eos curat repletio. Atque qui ex labore fiunt, eos quies ſanat: quique ex otio gignuntur, labore tolluntur. Omninoque noſſe medicum oportet et morbis et ſpeciebus et tempeſtatibus et aetatibus contrarium ſtatuere contentaque ſolvere et ſoluta contendere. Sic enim maxime morbum ſedaverit; atque curandi ratio hoc ipſum mihi eſſe videtur.

Singulis hujusce contextus verſibus Dioſcorides ſignum praefixit quod obeliscum vocant, quo ſigno et Ariſtarchus notabat verſus quos apud poetam ſuſpectos habebat. Haec quidem ſcripſit Dioſcorides, quod ſuſpicaretur hunc propoſitum contextum eſſe Hippocratis Theſſali filii. Nam duo hi magni Hippocratis filii extiterunt, Theſſalus et

γάλου Ἱπποκράτους, Θεσσαλὸς καὶ Δράκων, ὧν ἑκάτεροι πάλιν Ἱπποκράτεις ἐγέννησαν. ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν ῥῆσιν εἰρημένα. προσήκει δέ που καὶ ἡμῖν ἐπισκέψασθαι περὶ αὐτῶν, ἑκάστην τῶν λέξεων ἰδίᾳ προειρησαμένοις, ὁκόσα πλησμονὴ τίκτει νουσήματα, κένωσις ἰῆται. οὐ ταὐτόν ἐστι φάναι συνεκτικὸν αἴτιον νόσων εἶναι πλησμονήν τε καὶ κένωσιν, ἕκαστόν τε καὶ τῶν ἐφεξῆς εἰρημένων, τῷ γίγνεσθαί τι διὰ πλησμονὴν, ἤ τι τῶν ἄλλων. ἀληθὲς μὲν γὰρ τὸ γίγνεσθαί τινα νοσήματα διὰ πλησμονὴν, ἢ ὑπὸ πλησμονῆς. οὐδὲν γὰρ διήνεγκεν οὕτως ἢ ἐκείνως εἰπεῖν, οὐκ ἀληθὲς δὲ συνεκτικὸν αἴτιον εἶναι νοσήματος πλησμονήν. ἡ μὲν γὰρ νόσος αὐτὴ διάθεσίς τίς ἐστιν ἐν ζώου σώματι, πρώτως βλάπτουσα τὴν ἐνέργειαν, ὡς ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς γράμματι δέδεικται. πλησμονὴ δὲ πρώτως μὲν ἐνέργειαν οὐ βλάπτει, καθότι δέδεικται καὶ τοῦτο πάλιν ἐν τῷ περὶ πλήθους λόγῳ· διὰ μέσης δέ τινος ἑτέρας διαθέσεως, ἥντινα διάθεσιν Ἐρασίστρατος μὲν ἑτέρως, Ἀσκληπιάδης δ' ἑτέρως, οἱ πνευματικοὶ δ' ὀνομασθέντες

Draco, qui ambo deinceps *alios* Hippocrates procrearunt. Haec ſane hoc in textu divulgata ſunt. At conſentaneum eſt nobis et de ipſis obſervationem inſtituere et unamquamque dictionem peculiariter examinare. *Quoscunque repletio parit morbos, ſanat evacuatio.* Idem non eſt ac dicere continentem morborum cauſam eſſe et repletionem et evacuationem et unumquodque eorum deinceps commemorata ſunt, aut quod a repletione, aut ab aliorum quodam quippiam fiat. Etenim quod quidam morbi per repletionem vel a repletione oboriantur (nihil enim differt hoc vel illo modo dicere) verum eſt; ſed continentem morbi cauſam eſſe repletionem, non verum eſt. Morbus ſiquidem ipſe affectus quidam eſt in animalis corpore primum functionem laedens, ut in libro de morborum differentiis demonſtratum eſt. Repletio vero ipſa, ut et id in libro de plenitudine oſtendimus, primum minime laedit actionem, ſed intermedio quodam alio affectu, quem affectum quidem aliter Eraſiſtratus, aliter Aſclepiades, etiam pneuma-

ἰατροὶ κατ᾿ ἄλλον τρόπον προτίθενται γίγνεσθαι. λέλεκται δὲ καὶ ἡμῖν ἐπὶ πλέον, ὅπως ὑφ᾿ ἑκατέρου πλήθους νοσήματα γίγνεται. διττὸν γὰρ ἐδείχθη τὸ πλῆθος, ὡς μὲν πρὸς τὴν δύναμιν ἕτερον, ὡς δὲ πρὸς τὴν κοιλότητα τῶν ἀγγείων ἕτερον. τὸ μὲν οὖν ὡς πρὸς τὴν δύναμιν εἰς διαφθοράς τε τοὺς χυμοὺς ἄγει καὶ ῥεῦμα τοῖς ἀσθενεστέροις ἐν τῷ σώματι μορίοις ἐπιπέμπει. τὸ δ᾿ ὡς πρὸς τὸ ἔγχυμα τάς τ᾿ ἀναστομώσεις τε καὶ τὰς ῥήξεις τῶν ἀγγείων ἐργάζεται καί ποτε θανάτους ἐξαιφνιδίους, ὅταν ἀποφράξῃ τὰς διαπνοὰς τοῦ σώματος. ἴασις οὖν λέγεται καὶ τῶν ποιούντων τὰς νόσους, οὐ μόνον αὐτῶν τῶν ἤδη γεγενημένων νόσων. εἰ δὲ τῷ κυρίῳ κατ᾿ αὐτῶν ὀνόματι χρῷτό τις, προηγούμενα τῶν νόσων ἐρεῖ τὰ τοιαῦτα τῶν αἰτιῶν, ὥσπερ Ἀθήναιος. ὑφ᾿ οὗ δὲ πάλιν αὐτὰ ταῦτα τὰ προηγούμε- (19) να γίγνεται, προκαταρκτικά τε καὶ προκατάρχοντα καλέσεις. [130] *πλῆθος γὰρ ἐδεσμάτων, ἀπεψίαι τε καὶ λουτρὰ καὶ γυμνάσια μὴ κατὰ καιρὸν γιγνόμενα καὶ πανθ᾿ ὅσα διῆλθον ἐν τῷ περὶ τῶν προκαταρκτικῶν αἰτιῶν ὑπο-*

tici medici appellati alio modo procreari conſtituerunt. Dictum autem eſt a nobis pluribus, quomodo ab utraque plenitudine morbi exoriantur. Duplex enim prodita eſt plenitudo, altera quidem quoad vires, altera vero quoad vaſorum cavitatem. Quae igitur quoad vires, ea quidem et humores ad corruptionem ducit et fluxionem ad imbecilliores corporis partes immittit. Quae vero quoad affuſionem, ea et vaſorum ora aperit et eorum rupturas molitur, interdum etiam repentinam mortem infert, quum corporis perſpirationes obſtruat. Itaque curatio dicitur non ſolum eorum qui jam procreati ſunt morborum, *verum* etiam eorum quae morbos procreant. At ſi quis proprio cauſarum ipſarum nomine uti voluerit, antecedentes morborum cauſas ejusmodi appellabit, quemadmodum Athenaeus. Eas vero unde rurſum hae ipſae antecedentes ordinem ducunt, primitivas ſeu evidentes vocabis. Ciborum enim copia, cruditates, balnea et exercitationes quae intempeſtive fiunt et quaeque omnia in commentario

μνήματι, τῶν προηγουμένων αἰτιῶν ἑκάστης νόσου γίνεται ποιητικά. ὁκόσα δὲ ὑπὸ κενώσιος γίγνεται νουσήματα, πλησμονὴ ἰῆται. οὐ κυρίως δοκεῖ κεχρῆσθαι τῷ τῆς πλησμονῆς ὀνόματι νῦν ὁ γράψας τὴν ῥῆσιν ταύτην, πάντων εἰωθότων οὐ μόνον ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τὸ τῆς πλησμονῆς ὄνομα μᾶλλόν πως ἐπιφέρειν ταῖς ὑπερβολαῖς τῆς συμμέτρου ποσότητος, οὐ μήν γε τὴν κένωσιν ἐπανορθοῦσθαι διὰ τῆς ἐναντίας ἀμετρίας. ἄκουσον οὖν ἐφεξῆς τὸν συναγορεύοντα ταῖς ἀμετρίαις λόγον. ὄντων γάρ τινων συμμέτρων σιτίων, ὡς πρὸς τὴν τοῦδέ τινος ἕξιν, ὑγιαίνοντος μὲν ἔνδεια καὶ ὑπερβολὴ κατὰ τὴν πρὸς ταῦτα παραβολὴν νοηθήσεται, ὁ δὲ κενωθεὶς εἰ μέλλοι πληροῦσθαι, τὴν ποσότητα τῆς ἔμπροσθεν ὑπαρχούσης αὐτῷ συμμετρίας αὐξηθήσεται. ἐὰν γὰρ ὅσα πρὶν κενωθῆναι προσεφέρετο τὰ σιτία, τοσαῦτα καὶ νῦν προσφέρηται, τὸ κενωθὲν οὐδέποτε ἀναπληρώσει. τεχνίτου δέ ἐστι μετρίως ποιήσασθαι τὴν παραύξησιν αὐτῶν, καὶ μήτε παρὰ καιρὸν ἐμπιπλάναι μήτ᾽ ἐξαίφνης τε καὶ ἀθρόως τὸ κενωθέν. δο-

de procatarcticis caufis recenfuimus, antecedentium caufarum cujusque morbi fiunt effectrices. *Qui vero ab evacuatione oboriuntur, eos curat repletio.* Non proprie ufus effe videtur praefenti *repletionis* vocabulo qui hanc fententiam fcripfit, quum omnes non modo medici, fed et caeteri Graeci id repletionis nomen utcunque magis adhibere exceffibus commoderatae quantitatis confueverint, non autem evacuationem per contrariam immoderationem corrigere. Audi igitur fubfequentem rationem quae immoderatis exceffibus favet. Sunt cibi quidam qui ut ad alicujus jam fani habitum moderati funt, horum collatione exceffum et defectum intelliges. Qui vero vacuatus eft, fi id quod de fuae prioris mediocritatis quantitate detractum eft refarcire velit, cibum adaugebit, qui fi tantundem nunc alimenti ingerat quantum antequam vacuaretur folitus erat, nunquam id quod exinanitum eft replebit. Ad artificem fane pertinet moderate incrementum id afferre, ut neque intempeftive repleat quod demptum eft, ne-

κοῦσι δ' ἔνιοι τῶν ἰατρῶν τὰς κενώσεις μηδέποτε νόσων αἰτίας γίγνεσθαι. μόνας γὰρ ἐργάζεσθαί φασιν αὐτὰς τῆς μὲν δυνάμεως ἀῤῥωστίαν, τῆς δ' ἕξεως τοῦ σώματος ἰσχνότητα, μηδὲν δὲ τῶν νοσημάτων ὑπ' ἐνδείας γίγνεσθαι. ἀλλ' οὗτοί γε οὐχ ὁρῶσι τὰς γιγνομένας νόσους τοῖς ἀμέτρως κενωθεῖσιν. ἑτοίμως τε γὰρ καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις προφάσεσι καταψύχονται καὶ πάλιν ἐκκαίονται ταχέως καὶ κόποις ἁλίσκονται ῥᾳδίως καὶ πᾶσι τοῖς ἔξωθεν αἰτίοις, ὥσπερ γε καὶ ὑπὸ ἀγρυπνίας καὶ λύπης καὶ ἀπεψίας καὶ ὀργῆς εἰς νόσους ἄγονται μᾶλλον οὗτοι τῶν εὐεκτούντων. ὁκόσα δὲ ἀπὸ ταλαιπωρίης γίγνεται, ἀνάπαυσις ἰῆται. ταλαιπωρίας δηλονότι κέκληκε τὰς κατὰ τὰς ἀμέτρους κινήσεις γινομένας. ὅτι δ' ἀναπαύεσθαι χρὴ τοὺς οὕτω διατεθέντας ἅπαντες οἱ ἄνθρωποι γινώσκουσι καὶ πράττουσι, μηδὲ πυθέσθαι τῶν ἰατρῶν δεόμενοι. δέδεικται δ' ἡμῖν ὅτι καὶ τὰ ἄλογα ζῶα, οὐ μόνον ἄνθρωποι, διὰ τῶν ἐναντίων τοῖς βλάψασι τὰς βλάβας ἐπανορθοῦνται. ὁκόσα δὲ

que confertim atque repente. Sunt nonnulli ex medicis qui nolint in caufis morborum ponendas effe vacuationes, quas dicunt tum virium imbecillitatem tum habitus gracilitatem folummodo parere et quod nullus unquam morbus ex defectu oritur. Hi profecto non animadvertunt qui morbi eos arripiant, qui immoderate vacuantur. Nam facillime ex quacunque occafione refrigerantur, itemque parvo negotio uruntur, faciles etiam ut in laffitudines incurrant omnibusque externis caufis obnoxii fint et longe praeterea magis ii ex vigilia, triftitia, cruditate et ira, quam qui bono funt habitu, in morbos decidunt. Quos labores gignunt, quies remedio eft. Labores eos appellat qui in motionibus fiunt praeter modum. At vero qui in hunc modum affecti funt, quod quiete fint reficiendi: nemo mortalium eft qui hoc nefciat, quique id etiam non agat ut neque in hac re medici confilium expectent: imo et bruta etiam, ut jam oftendimus, nedum homines, noxam per ea quae contraria funt laedentibus auferunt. Quos

ὑπερτέρη ἀργίη νουσήματα τίκτει, ταλαιπωρίη ἴηται. οὐδ' ἡ ἀργία πρώτως τε καὶ δι' ἑαυτῆς, ἀλλὰ διὰ μέσου τοῦ πλήθους ἐργάζεται τὰς νόσους. ἧττόν τε γὰρ διαφοροῦνται τοῖς ἀργοῦσι τὰ τοῦ σώματος μόρια, ἀῤῥωστότερά τε γίγνονται ὡς ἑκάτερον ὑπ' αὐτῆς γίγνεσθαι πλῆθος. ἡ τοίνυν ἀμετροτέρα κίνησις ἰσχυροτέραν μὲν οὐκ ἐργάζεται τὴν δύναμιν, ἐκκενοῖ δὲ τὴν περιουσίαν τῶν ἀθροισθέντων ὑγρῶν. εὔδηλον οὖν ὅτι εἰ καὶ κατ' αὐτὴν βραχὺ πλεονάσειεν ἢ προσήκει τῆς συμμέτρου κινήσεως, κοπώδη μὲν ἠρέμα διὰ ταύτης γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, οὐ μὴν πυρέξαι γε. τὸ δὲ ξύμπαν γνῶναι δεῖ τὸν ἰητρὸν ἐναντίον ἵστασθαι τοῖσι καθεστηκόσι νουσήμασι καὶ εἴδεσι καὶ ὥρησι καὶ ἡλικίῃσιν. εἴδεσιν ἔοικε λέγειν ταῖς τοῦ σώματος φύσεσιν, ὧν τὴν οὐσίαν ἐν τῇ τῶν τεττάρων στοιχείων κράσει δεδείχαμεν εἶναι. νοσήματα μὲν οὖν ἅπαντα διὰ τῶν ἐναντίων ταῖς δυνάμεσιν, οὐ ταῖς προχείροις φαντασίαις ἐδείχθη θεραπευόμενα. φύσις δὲ σώματος, ὅπερ ἐστὶν ἡ κρᾶσις, οὐ πᾶσα διὰ τῶν ἐναντίων ἐπανορθοῦται, ὥσπερ οὐδ' ὧραι καὶ ἡλικίαι.

nimium induxit otium, labor tollit. Neque primum et per ſe otium morbos excitat, ſed media plenitudine; otioſis enim minus corporis particulae digeruntur et praeterea imbecilliores redduntur, ut inde utraque gignatur plenitudo. Itaque immoderatior motus vires quidem nequaquam validiores reddit, humores tamen qui redundant evacuat. Liquet igitur quod ſi in his motus qui modum parumper excedat adhibeatur, ſenſim a latitudine capietur homo, ut tamen non illico febricitet. Summatim vero ſciendum quod oportet medicum praeſentibus morbis, formis, anni tempeſtatibus aetatibusque contrarium opponere. Formas appellare videtur corporum naturas, quarum ſubſtantiam oſtendimus in temperatura quatuor elementorum ſitam eſſe. Morbi itaque curantur ab his quae facultatibus contraria ſunt, ut jam monſtratum eſt, non autem apparentibus imaginationibus. Porro natura corporis quae temperamento idem eſt, non omnis per contraria corrigitur: quem-

γίγνονται μὲν γάρ τινες εὔκρατοι, καθάπερ καὶ δύσκρατοί τινες ἕτεραι, τῶν μὲν εὐκράτων ἡ εὐκρασία φυλάττεται διὰ τῶν ὁμοίων, τῶν δὲ δυσκράτων ἡ δυσκρασία διὰ τῶν ἐναντίων ἐπανορθοῦται. διώρισται δὲ [131] περὶ τούτων ἐν τῇ τῶν ὑγιεινῶν πραγματείᾳ. καὶ τὰ ξυντείνοντα λύειν καὶ τὰ λελυμένα ξυντείνειν. οὐ κατὰ τὸ πρέπον ἐποιήσατο τὴν τῶν νοσημάτων ἀντίθεσιν. τῷ μὲν γὰρ ξυντείνοντι τὰ λύοντα, τῷ δὲ λελυμένῳ τὰ ξυντεταμένα κατὰ ἀντίθεσιν οἰκείως ὀνομάζεται. λέγεται δὲ τὰ μὲν ξυντείνοντα καὶ λύοντα κυρίως ἐπὶ τῶν αἰτιῶν, οὐκέτ᾽ ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν βλαπτομένων σωμάτων, ἔμπαλιν δὲ τὰ συντεταμένα καὶ λελυμένα, κατὰ τῶν ἤδη βεβλαμμένων, ἔπειτα τὰ συντεινόμενα καὶ λυόμενα σωμάτων ἐστὶν, οὐ νοσημάτων ὀνόματα συντεινομένων καὶ λελυμένων, ὥσπερ γε καὶ τὸ σκληρὸν καὶ τὸ μαλακὸν, ἀραιόν τε καὶ πυκνὸν, ὑπὲρ ὧν εἴρηται κάλλιον ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐν τῇδε τῇ λέξει· δέρματος σκληροῦ μάλαξις, συντεταμένου χάλασις. εἴρηται δὲ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ κατὰ τὸ συνεχὲς καὶ περὶ τοῦ στεγνῶσαι,

admodum neque anni tempora aut aetates; ſunt enim in ipſis temperatae quaedam, ſicuti multae etiam intemperatae; unde temperatarum ſimilibus ſervatur temperies, contrariis vero intemperies intemperatarum emendatur. Haec quippe in libris de tuenda ſanitate definita ſunt. Atque contendentia laxare, laxata vero contendere. Nequaquam ut decebat morborum oppoſitionem conſtituit: contendenti enim laxans, laxato contentum proprie opponitur; contendentia vero et laxantia proprie de cauſis et non de laeſis dicuntur corporibus: contenta autem et laxata ad ipſa laeſa jam corpora referuntur. Praeterea etiam contenta et laxata corporum nomina ſunt, minime vero morborum contentorum aut laxatorum: quemadmodum durum et molle, rarum et denſum: de quibus a nobis probe in ſexto epidemiorum libro actum eſt eo loco. Cutis durae mollitio, contentae remiſſio; quo etiam in libro ſubinde de condenſando quod rarefactioni contrarium eſt, ſermo-

ὅπερ ἐστὶν ἐναντίον τῷ ἀραιῶσαι. τοῦτο δ' αὖ πάλιν τῷ πυκνουμένῳ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, ὥσπερ γε καὶ τὸ πεπυκνωμένον τῷ ἐστεγνωμένῳ.

β'.

Αἱ δὲ νοῦσοι γίγνονται αἱ μὲν ἀπὸ διαιτημάτων, αἱ δ' ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ εἰσαγόμενοι ζῶμεν.

Διαιτήματα καλοῦσιν ἐνίοτε μὲν αὐτὰ μόνα τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ, πολλάκις δὲ περιλαμβάνουσιν ἐν τῇ προσηγορίᾳ καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ νῦν οὕτως εἰρῆσθαι νομιστέον. οὐ γὰρ ἀπὸ μόνων ὧν ἐσθίομέν τε καὶ πίνομεν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ λουτρῶν καὶ γυμνασίων, ἀργίας τε καὶ ἀγρυπνίας καὶ λύπης καὶ θυμοῦ καὶ ψύξεως καὶ ἐγκαύσεως αἱ νόσοι γίγνονται. πολλάκις δ' ἀπὸ τοῦ πνεύματος μόνου κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἡ βλάβη γίγνεται, καθάπερ ἐν τοῖς χαρωνείοις ὀνομαζομένοις χωρίοις.

nem habuimus: id autem cum incrassare idem est, sicut incrassatum et densatum.

II.

Morbi vero oriuntur partim quidem ex vivendi ratione, partim vero ex spiritu quem introducendo vivimus.

Victum nonnunquam solum cibum potumque appellant, saepe etiam hoc nomine omnia vitae instituta comprehenduntur, qua significatione hic usurpatum esse est arbitrandum. Neque enim ex his solum quae comedendo vel bibendo ingerimus, verum ex balneis quoque et exercitationibus, otio, vigiliis, moerore, ira refrigerationeque et aestu morbi ortum habent, quandoque etiam ex solo spiritu quo respiramus, laedimur, ut in locis qui charonii dicuntur.

γ΄.

Τὴν δὲ διάγνωσιν ἑκατέρων ὧδε χρὴ ποιέεσθαι. ὁκόταν μὲν ὑπὸ ἑνὸς νουσήματος πολλοὶ ἄνθρωποι ἁλίσκωνται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, τὴν αἰτίην χρὴ ἀνατιθέναι τουτέῳ ὅ τι ἂν κοινότατόν ἐστι καὶ μάλιστα αὐτέῳ πάντες χρεώμεθα. ἔστι δὲ τοῦτο ὃ ἀναπνέομεν. φανερὸν γὰρ δὴ ὅτι τά γε διαιτήματα ἑκάστου ἡμέων οὐκ αἰτία ἐστὶν, ὅτε ἅπτεται πάντων ἡ νοῦσος ἑξῆς καὶ τῶν νεωτέρων καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν θωρησσομένων καὶ τῶν ὑδροποτεόντων καὶ τῶν μᾶζαν ἐσθιόντων καὶ τῶν ἄρτον σιτεόντων καὶ τῶν πολλὰ ταλαιπωρεόντων καὶ τῶν ὀλίγα. οὐκ ἂν οὖν τά γε διαιτή- (20) ματα αἴτια εἴη, ὁκόταν διαιτώμενοι οἱ ἄνθρωποι πάντα τρόπον, ἁλίσκωνται ὑπὸ τῆς αὐτέης νούσου.

Ὅτι μὲν τὸ κοινὸν πολλοῖς νοσήμασι κοινὴν ἔχει τὴν αἰτίαν ὀρθῶς εἶπεν, ὥσπερ γε καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ

III.

At utrorumque cognitionem ita facere oportet. Quum multi homines uno morbo eodem tempore corripiuntur in id quod maxime commune est quoque omnes utimur potissimum rejicienda causa est. Id autem est quod inspirando trahimus. Quod enim vivendi cujusque nostrum ratio in causa non sit jam liquido constat, quum morbus omnes continenter attingat et juvenes et senes et mulieres et viros, perindeque temulentos et abstemios, tam eos qui maza quam qui pane victitant et eos qui multis, quam qui paucis exercitationibus utuntur. Non igitur victus rationi assignanda causa est, quum cujusvis generis victu utentes eodem modo corripiuntur, sua procuidubio cuique vivendi ratio in causa est.

Quod communem causam habeat si quid multis morbis commune sit, probe profecto ab eo dictum est, perinde

κατὰ τὴν ῥῆσιν, οὐ μὴν ὀρθῶς εἰς μόνον τὸν ἀέρα τὴν τῶν κοινῶν νοσημάτων ἀναφέρει γέ- [132] νεσιν, εἴπερ οἱ ἐν Αἴνῳ ἐν λιμῷ ὀσπριοφαγέοντες σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο, ἀτὰρ καὶ οἱ ὀροβοφαγέοντες, γουναλγέες. ἴσμεν δ' ὅτι καὶ πυροὺς ἡμισαπεῖς διὰ λιμὸν ἀναγκασθέντες ἐσθίειν τινὲς κοινὸν ἀπὸ τῆς κοινῆς αἰτίας ἐνόσησαν νόσημα καί που στρατόπεδον ὅλον ὕδατι μοχθηρῷ χρησάμενον ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς στρατιώταις τὴν βλάβην ἔσχε. τὰ δ' ἄλλα τῆς ῥήσεως δῆλα.

δ'.

Ὁκόταν δ' αἱ νοῦσοι γίνωνται παντοδαπαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, δῆλον ὅτι τὰ διαιτήματά ἐστιν αἴτια ἕκαστα ἑκάστοισιν. καὶ τὴν θεραπείην χρὴ ποιέεσθαι ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τῆς νούσου, ὥσπερ μοι πέφρασται καὶ ἑτέρωθι, καὶ τῇ τῶν διαιτημάτων μεταβολῇ. δῆλον γὰρ δὴ ὅτι οἷσί γε εἴωθε χρέεσθαι ὁ ἄνθρωπος διαιτή-

ac caetera hujus orationis: ut tamen id non omnino recte dictum ſit, *quod ortus communium morborum in aërem ſolummodo ſit referendus, quando prae fame in Aeno leguminibus vescentes crura imbecillia habuere, qui vero ervo, illis genua dolebant.* Jam etiam novimus quod comeſſe ſemiputridum triticum famis neceſſitate compulſi quidam, communi morbo ex communi cauſa arrepti ſunt. Sed et exercitus quandoque dum pravis uterentur aquis, ſimili in omnibus militibus noxa vexatus eſt. Caetera hujus capitis clara ſunt.

IV.

Quum vero eodem tempore cujusque modi morbi oriuntur, ſua proculdubio cuique vivendi ratio in cauſa eſt; adhibendaque curatio adverſus morbi cauſam inſtando, quemadmodum alias etiam a nobis dictum eſt, et victus rationem immutando. Quandoquidem conſtat victus genus quo quis utitur, aut ex toto, aut magna ex parte,

μασιν, οὐκ ἐπιτήδειά οἵ ἐστιν ἢ πάντα, ἢ τὰ πλείω, ἢ ἕν γέ τι αὐτέων. ἃ χρὴ καταμανθάνοντα μεταβάλλειν καὶ σκεψάμενον τοῦ ἀνθρώπου τὴν φύσιν τήν τε ἡλικίην καὶ τὸ εἶδος καὶ τὴν ὥρην τοῦ ἔτεος καὶ τῆς νούσου τὸν τρόπον, τὴν θεραπείην ποιέεσθαι ποτὲ μὲν ἀφαιρέοντα, ποτὲ δὲ προστιθέντα, ὥσπερ μοι καὶ πάλαι εἴρηται, πρὸς ἑκάστας τῶν ἡλικιέων καὶ τῶν ὡρέων καὶ τῶν εἰδέων καὶ τῶν νούσων, ἔν τε τῇ φαρμακείῃ προτρέπεσθαι καὶ ἐν τοῖσι διαιτήμασιν. ὁκόταν δὲ νουσήματος ἑνὸς ἐπιδημίη καταστῇ, δῆλον ὅτι οὐ τὰ διαιτήματα αἴτιά ἐστιν, ἀλλ᾽ ὃ ἀναπνέομεν, τοῦτ᾽ αἴτιόν ἐστι καὶ τοῦτο δῆλον ὅτι νοσερήν τινα ἀπόκρισιν ἔχον ἂν εἴη. τοῦτον οὖν χρὴ τὸν χρόνον τὰς παραινέσιας ποιέεσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισι τοιάσδε. τὰ μὲν διαιτήματα μὴ μεταβάλλειν, ὅτι γε οὐκ αἴτιά ἐστι τῆς νούσου. τὸ δὲ σῶμα ὁρῆν ὅκως ἔσται ὡς ἀογκότατον καὶ ἀσθενέστατον, τῶν τε σιτίων ἀφαιρέοντα καὶ τῶν ποτῶν οἷς εἰώθει χρέεσθαι κατ᾽ ὀλίγον. ἢν γὰρ μεταβάλλῃ ταχέως τὴν δίαιταν,

aut in eorum aliquo minime ei esse accommodatum. Quo cognito immutare et adhibita in considerationem cujusque natura, aetate, forma, anni tempore et morbi genere ad curationem aggredi oportet, nunc quidem detrahendo, nunc vero addendo, ita ut (quemadmodum jamdudum a me dictum est) ad singulas aetates et anni tempora et naturas et morbos contrariam tum medicamentorum tum victus rationem adhibeas. At vero ubi morbus aliquis populariter grassatus fuerit non victus rationem in causa esse, sed quod spirando ducimus, manifestum est, ipsumque morbosam quandam excretionem plane obtinere. Eo igitur tempore his exhortationibus homines sunt admonendi, ut ne victus quidem rationem immutent, quum morbi causa minime existat. Provideant etiam ut corpus quam minime intumescat, sitque attenuatissimum tum cibos tum potus quibus uti consueverint sensim demendo. Si quis enim subito victus rationem immutet, ne quid in corpore ex immutatione

κίνδυνος καὶ ἀπὸ τῆς μεταβολῆς νεώτερόν τι γενέσθαι ἐν τῷ σώματι. ἀλλὰ χρὴ τοῖσι μὲν διαιτήμασιν οὕτω χρῆσθαι, ὅτε γε φαίνεται, οὐδὲν ἀδικέοντα τὸν ἄνθρωπον. τοῦ δὲ πνεύματος, ὅκως ῥεῦσις ὡς ἐλαχίστη εἰς τὸ σῶμα εἰσίοι καὶ ὡς ξενοτάτη ἔσται προμηθέεσθαι. τῶν δ᾽ αὖ χωρίων τοὺς τόπους μεταβάλλοντα εἰς δύναμιν, ἐν οἷσιν ἂν ἡ νοῦσος καθεστήκῃ, καὶ τὰ σώματα λεπτύνοντα. οὕτως γὰρ ἂν ἥκιστα πολλοῦ τε καὶ πυκνοῦ πνεύματος χρήζοιεν οἱ ἄνθρωποι.

Ἐλλιπῆ τὴν ἴασιν ἔγραψε τῶν κοινῶν νοσημάτων, ὅταν ὑπὸ τοῦ περιέχοντος γίγνηται. πολλάκις μὲν γὰρ ἀναθυμιάσεις τινὲς ἐξ ἑλῶν, ἢ λιμνῶν, ἢ τελμάτων, ἢ γῆς τοιαύτης αἰτίαι γίγνονται τῶν τοιούτων νοσημάτων, ἔστι δ᾽ ὅτε μόνη τῶν ὡρῶν ἡ κρᾶσις. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀναθυμιάσεων ἰδιότητι μᾶλλον ὅλης τῆς οὐσίας, οὐχ ἁπλῇ ποιότητι λυμαινομένων τοῖς σώμασιν, ὀρθῶς ἔγραψε τὴν θεραπείαν, εἰς διττοὺς ἀνάγων σκοποὺς, ἀμοιβήν τε τοῦ χωρίου

innovetur periculum eſt. Sed ſolita victus ratio ſervanda eſt, ubi nihil quidem laedere videtur, atque inſuper ut aëris quam minimum in corpus influat, isque ut maxime peregrinus ſit providendum, tum regionum loca, in quibus morbus conſiſtit, quoad ejus fieri poterit permutando, tum corpora extenuando. Ita enim minime multum ac frequentem ſpiritum homines ex neceſſitate attrahent.

Mancam communium morborum quorum cauſa ſit circumfluus aër, curationem protulit. Nonnunquam enim halitus ſtagnorum, paludum et coenoſorum locorum vel hujuscemodi alicujus terrae iſtiusmodi gignendis morbis occaſionem praeſtat: interdum vero ſola anni temporum intemperies. Recte igitur cum halitus ſola potius ſubſtantiae proprietate quam ſimplici aliqua qualitate corporibus noxii ſint, curandi rationem explicuit, rem hanc in duos

καὶ χρείαν ὀλίγης τῆς εἰσπνοῆς, ἐπὶ δὲ τῶν ἀπὸ ποιότητος βλαπτομένων οὐ μόνον [133]-ἡ θεραπεία τῶν γεγονότων ἤδη νοσημάτων, ἀλλὰ καὶ ἡ προφυλακὴ τοῦ μηδ᾽ ὅλως συστῆναι, διὰ τῶν ἐναντίων ἔσται ποιοτήτων. εἰ μὲν ἀπὸ θερμότητος ἀμέτρου βλάπτοιτό γε τὸ σῶμα, διὰ τῶν ψυχόντων. εἰ δὲ ὑπὸ ψύξεως, διὰ τῶν θερμαινόντων, ἐπί τε τῶν ἄλλων ποιοτήτων ἁπλῶν τε καὶ συνθέτων ἀνάλογον. περὶ δὲ τῆς ἀπό τε τῶν ἡλικιῶν καὶ τῶν ὡρῶν καὶ τοῦ σώματος κράσεων ἐνδείξεως εἴρηταί μοι πρόσθεν. τὸ δὲ τῇ φαρμακείῃ προτρέπεσθαι δοκεῖ μοι λελέχθαι νῦν ἀντὶ τοῦ προσφέρεσθαι τοῖς νοσήμασιν ἐξ ὑπεναντίου. λέγεται δὲ καὶ νῦν ἔτι κατὰ τὴν Ἀσίαν ὅδε τις ἄνθρωπος προσφέρεσθαι τῷδε χρηστῶς, ἢ φιλικῶς, ἢ ἀπίστως, ἢ ἀπηνῶς.

ε.

Ὁκόσα δὲ τῶν νουσημάτων γίνεται ἀπὸ τοῦ σώματος τῶν

referens ſcopos, locorum mutationem ac uſum modicae reſpirationis. At vero in his qui ex qualitate laeduntur, non morborum modo jam dum factorum curatio, verum et cuſtodia ne illi ſuboriantur, per contrarias perficitur qualitates, quia ſi corpus ab immoderato offendatur calore, per refrigerantia; ſi ex frigore, per calefacientia, et pari etiam modo in aliis tam ſimplicibus quam compoſitis qualitatibus. Jam autem a nobis de his indicationibus, quae ab aetatibus, anni temporibus corporumque temperamentis ſumendae ſunt, actum eſt. Illud vero *τῇ φαρμακείῃ προτρέπεσθαι* dictum arbitror pro *προσφέρεσθαι*, id eſt occurrere morbis per contraria. Nam nunc etiam in Aſia dicunt aliquem alicui *προσφέρεσθαι χρηστῶς, ἢ φιλικῶς, ἢ ἀπίστως, ἢ ἀπηνῶς*, bene cum eo agere, vel amice, vel perfide, vel crudeliter.

V.

Morbi autem a robuſtiſſima corporis parte orti graviſſi-

μελέων τοῦ ἰσχυροτάτου, ταῦτα δεινότατά ἐστι. καὶ γὰρ ἢν αὐτοῦ μένῃ ἔνθα ἂν ἄρξηται, ἀνάγκη τοῦ ἰσχυροτάτου τῶν μελέων πονεομένου πᾶν τὸ σῶμα ὀχλέεσθαι. καὶ ἢν ἐπὶ τῶν ἀσθενεστέρων τι ἀφίκηται ἀπὸ τοῦ ἰσχυροτάτου, χαλεπαὶ αἱ ἀπολύσιες γίνονται. ὁκόσα δ' ἂν ἀπὸ τῶν ἀσθενεστέρων ἐπὶ τὰ ἰσχυρότερα ἔλθῃ, εὐλυτώτερά ἐστιν· ὑπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος ἀποκλείζεται ῥηϊδίως τὰ ἐπιῤῥέοντα.

Εἴτε μόριον εἴτε σῶμα λέγειν ἐθέλοι τις ἰσχυρότατον, κυρίως μὲν ἐρεῖ τὸ πρὸς τὰς δραστικὰς ἐνεργείας κάλλιστα κατεσκευασμένον, ὥς που καὶ τὸν Ἡρακλέα λέγομεν ἰσχυρότατον γεγονέναι. καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ὡς πρὸς (21) τήνδε μέν τινα ἐνέργειαν ἰσχυρὸν τουτὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ μόριον, ὡς πρὸς ἑτέραν δὲ ἄλλο, καὶ κατὰ μὲν πάντα ἰσχὺς ἐν ἑκάστῃ τῶν ἐνεργειῶν ἐστι τῷ δεῖνι, ἄλλο δὴ κατ' ἄλλην αὐτῶν ἰσχυρὸν γίγνεται. μία μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἐνέργεια τῶν καθ' ὁρμὴν τοῦ ζώου κινήσεων, ὡς ἤτοι

mi existunt. Etiamsi unde originem sumpserunt, isthic perstiterint, quam pars robustissima laboret, corpus universum laborare necesse est. Quod si ad imbecilliorem aliquam ex robustissima devenerint, difficiles habent solutiones. Quicunque vero ab imbecillioribus ad robustiores veniunt, facilius solvuntur, quod quae influunt facile per vim liberantur.

Sive membrum, sive corpus valentissimum quis dicat, id proprie dicet quod ad actiones validiores obeundas sit optime constructum: quo pacto Herculem fuisse robustissimum dicimus. Altero etiam modo validum esse hoc corpus dicimus vel hoc membrum pro hac certa actione, quemadmodum aliud pro alia et in omnibus alicui quidem singularum actionum robur adsit, ita tamen ut aliud in eorum alio robur habeat; una itaque actio earum motionum quae in animante voluntariae sunt, ut si aut currat

τρέχοντος, ἢ συμπλεκομένου ζώοις τισὶν, ἢ διασπῶντός τι τῶν σωμάτων τῶν ἐμψύχων, ἢ τῶν ἀψύχων, ἢ ἀποσπῶντος ὡσαύτως ὁτιοῦν. μία δ' ἄλλη δύναμις καὶ κατ' αὐτὴν ἐνέργειαν ζωτικὴν, καθ' ἣν αἱ ἀρτηρίαι καὶ ἡ καρδία σφύζουσιν. ἐπὶ δὲ ταῖς κατὰ γένος ἀλλήλων διαφερούσαις ἄλλαι τινές εἰσιν ἀνομογενεῖς οὐκ ἐν τοῖς ζώοις μόνον, ἀλλὰ κἂν τοῖς φυτοῖς, διὸ καὶ φυσικὰς ὀνομάζομεν αὐτὰς, ἑλκτικὴ καὶ ἀλλοιωτικὴ καὶ καθεκτικὴ καὶ ἀποκριτική. δύναται τοιγαροῦν ἄλλοτε κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο σῶμα ἡ γαστὴρ εἰ τύχῃ δύναμιν ἰσχυροτάτην ἔχειν, ὡς πρὸς τήνδε τὴν ἐνέργειαν, οἷον ἤτοι τὴν καθεκτικὴν ἢ τὴν ἀλλοιωτικὴν, ποτὲ δὲ τὸ ἧπαρ ἢ σπλὴν ἤ τι τῶν ἄλλων. ἔμπαλιν δὲ κατὰ τὸ αὐτὸ ζῶον ἡ μὲν γαστὴρ ἀσθενεστάτην ἔχει ἤτοι τὴν ἑλκτικὴν, ἢ τὴν ἀποκριτικὴν δύναμιν, ἰσχυροτάτην δὲ τὸ ἧπαρ. παρῆκε δὲ νῦν ὁ γράψας τὴν προκειμένην ῥῆσιν. ἰσχυρὸν δ' ἐννοεῖν μοι δοκεῖ, ᾧ πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως πάσχειν ὑπὸ τῶν τὰς νόσους ἐργαζομένων αἰτιῶν. ἔτι νὴ Δία καὶ

aut cum aliis animantibus congrediatur, aut corpus aliquod animatum vel inanime divellat aut quicquam avellat. Eſt et una alia facultas quae ad actiones vitales pertinet, unde arteriae et cor habent quod pulſent. In his praeterea quae genere inter ſe differunt, ſunt aliae quaedam diſſimiles, quae non modo in animalibus, ſed etiam in plantis reperiuntur; quapropter naturales eas nominamus, attractrix, contentrix, alteratrix et expultrix. Poteſt itaque alias quidem in alio atque alio corpore venter verbi gratia facultatem, quantum ad unam quampiam actionem ſpectat, robuſtiſſimam habere, ut ad contentricem aut alteratricem: nonnunquam etiam vel jecur vel lien vel aliorum aliquod. Contra etiam in animante eodem invalida erit ventris vel expultrix facultas, quas tamen jecur robuſtiſſimas obtinebit. Sed is auctor qui haec litteris mandavit, iſta praetergreſſus eſt. Mihi vero robuſtum videtur intelligere id, quod praeter hoc quod a cauſis quae morbos pariunt haud facile afficitur, habet etiam ut ſi in ipſo aliqua humorum excreſcat redundantia,

τοῦτο πρόσεστι τὸ διὰ τῆς ἀποκριτικῆς δυνάμεως, ὅταν ἐν αὐτῷ τις ἀθροισθῇ περιουσία χυμῶν, εἰς ἕτερον αὐτὴν ἀποπέμπειν μόριον. εἶναι δὲ δηλονότι χρὴ τοῦ δεξαμένου τὸ πέμπον ἰσχυρότερον. ἔσται τοιγαροῦν καθ᾽ ἕκαστον σῶμα τὸ μέν τοι ἀσθενέστατον μόριον, τὰ δ᾽ ἰσχυρότατα, ὥσπερ ἀμέλει καὶ πᾶσιν ὡμολόγηται τοῖς ἰατροῖς καὶ τοῖς ἰδιώταις. ἀσθενεστάτους μὲν γὰρ εἶναι λέγουσι τοὺς πόδας τοῖς ποδαγρικοῖς, ὥσπερ γε σύμπαν τὸ τῶν ἄρθρων γένος τοῖς ἀρθριτικοῖς, [134] ἀσθενεστάτην δὲ κεφαλὴν τοῖς κεφαλαλγικοῖς. οὕτως δὲ καὶ τὸν σπλῆνα τοῖς φύσει σπληνώδεσι καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὅσοι ῥᾳδίως ὀφθαλμίαις ἁλίσκονται καὶ καθ᾽ ἕκαστον μέρος ὡσαύτως. ὄντων δὲ κατὰ γένος διττῶν τῶν τὰς νόσους ἐργαζομένων αἰτιῶν, τὰ μὲν γὰρ ἔξωθέν ἐστι, τὰ δὲ ἐξ αὐτῶν ἡμῶν ὁρμᾶται, καὶ πρὸς μὲν τὰς ἔξωθεν βλάβας ἄλλα μόρια τῶν ἐν ἡμῖν ἐστιν ἐνίοτε ἀσθενῆ, πρὸς δὲ τὰς ἔνδοθεν ἄλλα. διότι καὶ τῶν αἰτιῶν αὐτῶν αἱ δυνάμεις ἑτερογενεῖς εἰσιν. ἐξ ἡμῶν γὰρ κατὰ πλῆθος χυμῶν ἢ μοχθηρίαν αἱ νόσοι γίγνονται. τὰ

in alind quodpiam membrum ope expultricis facultatis propellat, ſed eſt ſane manifeſtum quod oportet ut valentius ſit id quod propellit eo quod recipit. Erit quippe in omni corpore hoc quidem membrum infirmiſſimum, alia vero validiſſima: in quo omnes tam medici quam vulgares conſentiunt. Et proinde podagricis pedes ajunt eſſe invalidiſſimos, univerſum autem articulorum genus his qui arthritidi obnoxii ſunt; infirmum etiam caput eſſe quibus id dolet et lien lienis vitio laboranti, oculos quoque illis qui in lippitudinem proclives ſunt, eodemque in caeteris partibus modo. Praeterea vero ut duplices ſunt cauſae morborum effectrices, aliae externae, aliae vero quae a nobis ipſis prodeunt, ſic ad externas interdum offenſiones nonnullae in nobis partes imbecilliores ſunt, ad internas aliae: quando et cauſarum ipſarum non eadem genere vis eſt. In nobis etenim morbi vel ex humorum multitudine, vel ex eorumdem ſuboriuntur pravitate. Externae item cauſae corporibus animantium nocuae ſunt,

δ' ἔξωθεν αἴτια τὰ μὲν τῷ δυσκρασίαν τινὰ ἐργάζεσθαι, τὰ δὲ τῷ θλᾶν, ἢ τέμνειν ἀδικεῖ τὰ τῶν ζώων σώματα. τὸ γὰρ τῶν ἐξαρθρημάτων πάθος ὑπ' ἀμφοτέρων ἔοικε γίγνεσθαι. καὶ γὰρ αὐτὸς εἷς μόνος ἄνευ συμπλοκῆς τῆς πρὸς ἕτερον ἔξαρθρον ἐποίησεν, ἤτοι γόνυ βαδίζων, ἢ γένυν χασμώμενος, ἤ τι τῶν ἄλλων ἄρθρων, ἢ ὁπωσοῦν ἐνεργῶν, ἢ περιστρεφόμενος, ἤδη δὲ καὶ κάταγμά τις ἔπαθεν ἄνευ τῆς ἔξωθεν αἰτίας, ἐν περιστροφαῖς ἀθρόαις, ἢ τῷ πηδῆσαι σφοδρότερον· ὥσθ' ὅσα γένη τῶν αἰτιῶν ἐστι, τοσαῦτα καὶ τῆς τῶν πασχόντων ῥᾳδίως, ἢ μὴ πασχόντων μορίων ἀσθενείας τε καὶ ἰσχύος. αἱ μὲν οὖν ἐκ τῶν χυμῶν ὁρμώμεναι νόσοι κατὰ τὴν ῥώμην τε καὶ ἀσθένειαν ἅπασι γίγνονται τῶν ἀποκριτικῶν δυνάμεων. συμπεφυκότων γὰρ ἀλλήλοις τῶν τοῦ ζώου μορίων ἐκ τῶν ἀπωθεῖσθαι δυνατωτέρων εἰς ἕτερα μεταῤῥέουσιν οἱ νοσοποιοὶ χυμοὶ καὶ πάλιν ἐξ ἐκείνων εἰς ἕτερα, μέχρις ἂν τινι τῶν ἀσθενεστέρων στηριχθῶσιν, ὃ μηκέτ' ἔχει μηδὲν ἀσθενέστερον ἑαυτοῦ μέρος, ὥστε πέμψειν τὸν λυποῦντα χυμόν. ἐὰν

tum quod intemperiem quampiam gignant, tum quod contundant vel incidant. Luxatio enim et ab utrisque videtur habere occaſionem: ſolus enim absque alterius congreſſu quispiam ambulans interdum genu aut mentum oſcitans luxavit, ſic et alium aliquem articulum aliud quidpiam agens aut ſe contorquens, ſed et ſine ulla externa cauſa aliquibus infractum eſt membrum aliquod, dum ſubito contorquetur aut vi majore ſalit: unde totidem ſunt membrorum facile aut aegre patientium, totidem etiam firmitatis vel infirmitatis genera, quot videlicet ſunt cauſarum: morbi ſiquidem qui ex humoribus habent originem, ipſi etiam a robore vel imbecillitate expultricis facultatis ortum habent. Nam cum omnes animalis particulae naturali quadam connexione inter ſe devinctae ſint, a robuſtioribus repulſi noxii humores ad alias confluunt et inde rurſus ad alias, donec in imbecilliorem partem quampiam delati ibi figantur, quod nullam ſe praeterea invalidiorem habeat quo morboſum humorem propellat. Haec ſi perinde ac inteſtina, venter,

μὲν οὖν ἐκροὰς ἔχῃ τοῦτο τὸ μόριον, ὡς ἔντερά τε καὶ γαστὴρ καὶ κύστις καὶ μήτρα, δι᾽ ἐκκρίσεως ἐκκενωθῇ τὸ λυποῦν αἴτιον. ἐάν γε λεπτότερον ᾖ κατὰ τὴν σύστασιν τῶν ἐκροῶν τοῦ μορίου, πολλάκις καὶ ἀναῤῥαγέντων, ἢ καὶ ἀναστομωθέντων ἀγγείων, ἐπὶ πλέον ἡ κένωσις ἐγένετο, καθάπερ ἐν ταῖς χωρὶς τραυμάτων αἱμοῤῥαγίαις. ἐὰν δὲ μὴ ἀναστομωθῇ, μήτ᾽ ἀναῤῥαγῇ, παχὺς ἢ γλίσχρος κατασκήψας χυμὸς ὄγκον ἐργάζεται παρὰ φύσιν ἐν τῷ μορίῳ. τοιαύτη μὲν οὖν τίς ἐστιν ἰσχὺς καὶ ἀσθένεια τῶν μελῶν τοῦ σώματος ἐν τοῖς πάθεσιν, ὅσα τὴν γένεσιν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν ἔχει· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτιῶν πάσχοντα κατὰ τὸ θερμαίνεσθαι καὶ ψύχεσθαι καὶ ξηραίνεσθαι καὶ ὑγραίνεσθαι τοὐπίπαν ἔοικε πάσχειν. σπάνια γάρ ἐστι τὰ διὰ τοῦ θλᾶν, ἢ τέμνειν, ἤ τι τοιοῦτο ποιεῖν εἰς νόσους ἄγοντα τὰ τῶν ζώων σώματα. γενήσεται τοίνυν ἐν ταῖς τοιαύταις νόσοις ἄλλο πρὸς ἄλλην αὐτοῦ ἀσθενές τε καὶ ἰσχυρόν. ὅσα μὲν γάρ ἐστι φύσει ψυχρότερα μόρια, ταῦτα πείσεται ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν ψυχόντων αἰτίων, ὅσα δὲ θερμό-

vesica uterusque effluxus habeat, inde excreta noxia causa vacuatur, quae tamen si consistentia tenuior sit, saepe canalibus quae in ea parte sunt disruptis aut vasorum ostiis reseratis, copiosior subsequitur evacuatio: in quem modum fiunt sanguinis, quae absque vulnere sunt, profluvia. Si vero ea neque disrumpantur neque aperiantur, sed crassus sit humor aut tenax, qui in aliquam incumbat particulam, tumorem aliquem in ea parte praeter naturam excitat. Sic ergo haec est membrorum nostri corporis imbecillitas et eorumdem robur in affectibus illis qui ex nobis ipsis prodeunt. Qui vero ex externa causa, ii dum calefiunt vel refrigerantur, exiccantur aut humectantur, plurimum affici videntur. Alioqui enim quae aut contundunt aut incidunt vel aliud quodpiam hujuscemodi agunt, raro admodum corporibus animalium morbos afferunt. Quo fit ut aliud membrum ad aliud in hujuscemodi morbis collatum sit vel imbecille vel robustum; membra siquidem natura frigidiora, faciliora etiam sunt ut a refrigerantibus

τερα, πρὸς τῶν θερμαινόντων. ἀνάλογον δὲ τούτοις ἐπὶ τῶν καθ' ὑγρότητα καὶ ξηρότητα δυσκράτων· ἐνδέχεται δὲ αὐτῶν τούτων ἔνια μὲν ὑπὸ τῶν θερμαινόντων, ἢ ψυχόντων, ἢ ξηραινόντων, ἢ ὑγραινόντων αἰτίων ἑτοίμως πάσχειν, ἰσχυροτέραν δ' ἕτερον μόριον ἔχον τὴν ἀποκριτικὴν δύναμιν, εὐθέως ἀποπέμπειν εἰς ἐκεῖνα τὸ σφέτερον κακόν. ἐπεὶ τοίνυν οὐχ ἁπλῶς γίγνεταί τε καὶ νοεῖται μόριον ἰσχυρότερον, ἢ ἀσθενέστερον, ἀλλὰ κατὰ πλείονας τρόπους ἑτερογενεῖς, οὐχ οἷόν τέ ἐστι κρῖναι τὴν προκειμένην ῥῆσιν, οὐδ' ἀποφήνασθαι πότερον ἀληθὴς ἢ ψευδής. ἐκεῖνό γε μὴν ἔστι καὶ περὶ τῆσδε καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν εἰπεῖν, [135] ὅσαι περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων τε καὶ νοουμένων ἀδιορίστως ἀποφαίνονται, συγκεχυμένην τε καὶ ἀδιάρθρωτον εἶναι τὴν ἀπόφασιν αὐτῶν, ὡς μηδένα τῶν ἀκουσάντων αὐτῆς ὠφελεῖσθαι. καὶ μέντοι καὶ ἀντιλογίαν ἰσχυρὰν ἔχει τὸ κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν εἰρημένον, ἔνθα φησίν· ὁκόσα δ' ἂν ἀπὸ τῶν ἀσθενεστέρων ἐπὶ τὰ ἰσχυρότερα ἔλθῃ, εὐλυτώτερά ἐστιν. ὑπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος

caufis afficiantur, calidiora vero a calefacientibus. Nec fecus etiam ea fe habent quae prae ficcitate aut humiditate funt intemperata. Sunt porro in his nonnulla quae etfi non aegre a calfacientibus refrigerantibusve exiccantibusque aut humectantibus caufis afficiantur, quia tamen vim expultricem obtinent valentiorem, in aliam partem fuum impellunt malum. Quum igitur non unus nec fimplex modus fit quo membrum robuftum aut debile aut fit aut intelligatur, fed multi potius ac genere varii: nemo eft qui poffit pronuntiare praefens pars verane fit necne. Verum enim vero ut de hac; ita de aliis omnibus, quae modis pluribus dici et accipi poffunt, id fane dixerim, quod, cum ita indiftincte proferantur, confufam ac minime articulatam habent interpretationem, ut inde nequeant auditores aliquem fructum referre. Praeterea nec levem objectionem id patitur, quod praefens infinuat oratio, ubi ait: *Quae vero ab infirmioribus ad fortiora deveniunt, folutu faciliora funt*; influxus enim a robore facile ἀπο-

Ed. Chart. III. [135.] Galen. V. (21.)

ἀποκλείζεται ῥηϊδίως τὰ ἐπιῤῥέοντα, διὸ καὶ διαφόρως ἔγραψαν οἱ ἐξηγηταὶ τὴν τοῦ ἀποκλείζεται ἐξήγησιν, ἔνιοι μὲν ἀποκλείζεται γράψαντες, ἔνιοι δὲ ἀποκλείεται· τινὲς δὲ ἀποπαγιώσεται, τὴν τρίτην συλλαβὴν τοῦ ἀποπαγιώσεται ῥήματος διὰ τοῦ ω προενεγκάμενοι, τινὲς δὲ διὰ τοῦ η καὶ σ, καθάπερ ὁ Διοσκουρίδης, ἀπὸ τοῦ παγήσεσθαί φασιν, ἀντὶ τοῦ ἀποκρούεσθαι εἰρῆσθαι τοῦτο τὸ ῥῆμα. ἀλλ' εἴπερ ἀπὸ τῶν ἀσθενεστέρων μορίων ἐπί τι τῶν ἰσχυροτέρων ἀφικνούμενος ὁ λυπῶν χυμὸς ἀποκρουσθείη, πάλιν ὑπ' αὐτοῦ πλέον οὐδὲν οὕτω γε τῷ κάμνοντι γένοιτο. βέλτιον οὖν γράφειν τὴν λέξιν ὧδέ πως. ἀπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος ἀναλώσεται τὰ ἐπιῤῥέοντα, τουτέστιν ἀναλωθήσεται πεττόμενά τε καὶ διαφορούμενα. τινὲς δὲ τὰ κυριώτατα μόριά φασιν εἰρῆσθαι νῦν ἰσχυρότατα, ψευδῆ ποιοῦντες τὸν λόγον. ἀπὸ γὰρ τῶν κυριωτέρων μορίων εἰς ἀκυρώτερα μεθίστασθαι τοὺς λυποῦντας χυμοὺς, οὐκ ἀπὸ ἀκυρωτάτων εἰς τὰ κυριώτατα βέλτιόν ἐστι. πολλάκις δ' ἤδη τεθεάμεθα τῶν ἐπὶ τὰ κῶλα φερομένων χυμῶν ἐν ἀρθρίτισί τε καὶ

κλείζεται et proinde expofitores varii in exponendo illud ἀποκλείζεται fuere; nam quidam ἀποκλείζεται fcripfere, alii ἀποκλείεται, fuere et qui ἀποπαγιώσεται, tertia fcilicet iftius verbi fyllaba per ω fcripta: ficut alii, in quibus eft Diofcorides, per η et σ ἀποπαγήσεται dicunt, ita ut pro repelli fit pofitum hoc verbum. At vero fi ab infirmioribus particulis ad validiores propulfus noxius humor, ab illis rurfum repellatur, nihil inde aegrotus proficiet. Quare melius fane erit ut hoc modo fcribatur locus ifte. A robore enim quae influunt expendentur, hoc eft concocta ac digefta confumentur. Quidam autem validiffimas partes eas appellari hic quae principes funt, autumant et falfam reddunt hanc fententiam. Satius enim eft ut humores pravi, relictis principalioribus partibus, in ignobiliores ferantur, quam quod ab ignobilioribus in principes impellantur. Afpeximus etenim faepe in his qui articulari morbo aut podagrae obnoxii erant, quod repulfis

ποδάγραις ἀποκρουσθέντων ἐκεῖθεν, εἶτ' ἐπί τι κύριον ἐλθόντων, ἀποθανόντα (22) τὸν ἄνθρωπον, εἶναί τε μίαν ἐλπίδα σωτηρίας, ἐὰν δυνηθῶμεν αὖθις ἐπὶ τὸ κῶλον αὐτοὺς ἀντισπάσαι.

ϛʹ.

Αἱ παχύταται δὲ τῶν φλεβῶν ὧδε πεφύκασιν· τέσσαρα ζεύγεά ἐστιν ἐν τῷ σώματι καὶ ἓν μὲν δὴ αὐτέων ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν διὰ τοῦ αὐχένος, ἔξωθεν ἐπὶ τὴν ῥάχιν, ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν ἐς τὰ ἰσχία ἀφικνέεται καὶ ἐς τὰ σκέλεα, ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων, ἕως τῶν σφυρῶν τὰ ἔξω καὶ ἐς τοὺς πόδας διήκει. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας τὰς ἐπὶ τῶν ἀλγημάτων τῶν ἐν τῷ νώτῳ καὶ τοῖσιν ἰσχίοισιν ἀπὸ τῶν ἰγνύων ποιέεσθαι καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔξωθεν. αἱ δὲ ἕτεραι φλέβες ἔχουσαι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ οὔατα διὰ τοῦ αὐχένος αἱ σφαγίτιδες καλεόμεναι, ἔσωθεν ἀπὸ τῆς κοίλης παρὰ τὴν ῥάχιν ἑκατέρωθεν φέρουσαι παρὰ τὰς ψόας καὶ ἐς τοὺς ὄρχιας

ab artubus humoribus eo delatis, illi in principem aliquam partem contendentes homini interitum attulere: cui ea ſola relinquebatur ſpes ſalutis, ſi iterum poſſent ad artus revelli.

VI.

At venas craſſiſſimas ſic natura condidit. Quatuor ipſarum paria ſunt in corpore; ac unum quidem a capite retro per cervicem, parte exteriore ad utraque ſpinae latera, in iſchia et crura pervadit, deinde per tibias et exteriores malleolos ad pedes pervenit. In dorſi itaque et iſchiorum doloribus ex poplitibus et malleolis exterioribus venae ſectiones facere oportet. Alterum autem venae exordium ducentes a capite juxta aures per cervicem, quae jugulares vocantur, intro ſecundum ſpinam utraque ex parte ad pſoas et in teſtes et femora

καὶ ἐς τοὺς μηροὺς καὶ διὰ τῶν ἰγνύων ἐκ τοῦ εἴσωθεν μέρους, ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων παρὰ τὰ σφυρὰ τὰ εἴσωθεν μέρεος καὶ ἐς τοὺς πόδας. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας ποιέεσθαι πρὸς τὰς ὀδύνας, τὰς ἀπὸ τῶν ψοῶν καὶ τῶν ὄρχεων, ἀπὸ τῶν ἰγνύων καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν εἴσωθεν. αἱ δὲ τρίται φλέβες ἐκ τῶν κροτάφων διὰ τοῦ αὐχένος ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας, ἔπειτα ξυμφέρονται ἐπὶ τὸν πνεύμονα καὶ ἀφικνέονται ἡ μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν εἰς τὰ ἀριστερὰ, ἡ δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιά. καὶ ἡ μὲν δεξιὰ ἀφικνέεται καὶ ἐκ τοῦ πνεύμονος ὑπὸ τὸν μαζὸν καὶ ἐς τὸν σπλῆνα καὶ ἐς τὸν νεφρὸν, ἡ δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ ἐκ τοῦ πνεύμονος ὑπὸ τὸν μαζὸν καὶ ἐς τὸ ἧπαρ καὶ ἐς τὸν νεφρόν. [136] τελευτῶσι δὲ ἐς τὸν ἀρχὸν αὗται ἀμφότεραι. αἱ δὲ τέταρται ἀπὸ τοῦ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑπὸ τὸν αὐχένα καὶ τὰς κληῖδας, ἔπειτα δὲ ὑπὲρ τῶν βραχιόνων ἄνωθεν ἐς τὰς ξυγκαμπτὰς, ἔπειτα δὲ διὰ τῶν πήχεων καὶ ἐπὶ τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς δακτύλους, ἔπειτα ἀπὸ τῶν δακτύλων πάλιν διὰ τῶν πήχεων καὶ τῶν χειρῶν ἄνωθεν ἐς τὰς ξυγκαμπτὰς καὶ διὰ βραχιόνων τοῦ κάτω-

et per poplites interiori ex parte, indeque per tibias ad malleolos internos et ad pedes deferuntur. Proinde in psoarum et testium doloribus ex poplitibus et malleolis interioribus venae secandae sunt. Tertium par venarum ex temporibus per cervicem sub scapulis et inde ad pulmonem defertur: haec quidem ex dextris ad sinistra, illa vero a sinistris ad dextra pervenit. Ac dextra quidem ex pulmone mammam subiens ad lienem et renem tendit: quae vero a sinistris ad dextra procedit, ex pulmone mammam subiens et hepar et renem petit. Utraque postremo in rectum intestinum ac anum desinit. Quartum par ab anteriore capitis parte et oculis sub cervicem et claviculas desinit, deinde vero per superiora in brachiorum flexus, posteaque per cubitos et superiores manuum partes in flexuras et per inferiorem bra-

θεν μέρεος ἐς τὰς μασχάλας καὶ ἀπὸ τῶν πλευρέων ἄνωθεν ἡ μὲν ἐς τὸν σπλῆνα ἀφικνέεται, ἡ δὲ εἰς τὸ ἧπαρ, ἔπειτα ὑπὲρ τῆς γαστρὸς ἐς τὸ αἰδοῖον τελευτῶσιν ἀμφότεραι. καὶ αἱ μὲν παχύταται τῶν φλεβῶν ὧδε ἔχουσιν. εἰσὶ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κοίλης φλέβες ἀνὰ τὸ σῶμα πάμπολλαί τε καὶ παντοῖαι καὶ δι' ὧν τῷ σώματι τροφαὶ ἔρχονται.

Τῶν κατὰ τὰς τέχνας ἀμφισβητουμένων ἔνια μὲν αἴσθησις, ἔνια δὲ ἀπόδειξις κρίνει. τὰ μὲν οὖν αἰσθήσει κρινόμενα τῆς κρινούσης αἰσθήσεως ἐῤῥωμένης δεῖται, τὰ δ' ἀποδείξει τοῦ λογισμοῦ γεγυμνασμένου. περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν σιτίων πέψεως τῆς ἐν γαστρὶ καὶ τῆς μετὰ ταύτην τῶν χυμῶν γενέσεως, ἀναδόσεώς τε καὶ θρέψεως, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, λογισμοῦ δεόμεθα τοῦ κρίνοντος τὰς εἰρημένας ὑπὸ τῶν παλαιῶν δόξας. εἰ δὲ τέτταρας ἔχει κοιλίας τὰ μηρυκάζοντα ζῶα, τὰ δ' ἀμφόδοντα μίαν, αἰσθήσεως, οὐκ ἀποδείξεως χρεία. ἔμπαλιν οὖν ἔχει τὸν ἔλεγχον

chiorum partem ad axillas perque ſummas coſtas, haec quidem ad lienem, altera vero ad jecur devenit, poſtea ſupra ventrem in pudendum utraque deſinit. Atque hae quidem craſſiſſimae venae ita ſeſe habent; ſunt autem et ex ventriculo venae per corpus multae ac variae et per quas corpori accedunt alimenta.

Ea quae in artibus in controverſiam veniunt, partim ſenſu, partim demonſtratione dijudicantur. Quae ad judicium ſenſus pertinent, vigentem a quo judicentur ſenſum expoſcunt: ſed quae ad demonſtrationes, rationem exercitatione elaboratam. Jam igitur ſi de ciborum concoctione, tum ea quae in ventriculo fit, tum vero quae hanc excipit, humorum generatione, diſtributione nutricationeque et id genus reliquis ſermo habeatur: ratione qua veterum opiniones judicentur, egemus. At vero an quae ruminant animalia quatuor ventres habeant, quae

τῶν ψευδομένων τά τε αἰσθήσει κρινόμενα καὶ τὰ τῷ λογισμῷ. τὰ μὲν γὰρ αἰσθήσει κρινόμενα τοῖς διαλεγομένοις πρὸς ἀλλήλους ἑτοιμοτάτην φέρει τὴν κρίσιν, ἐπὶ τὸ φαινόμενον ἐν ταῖς ἀνατομαῖς ἀφικνουμένοις. τὰ δ' ἀποδείξει καὶ χωρὶς ἀνατομῆς κρίνασθαι δύναται, γραφομένης τῆς ἀποδείξεως. ἐὰν οὖν τις ἀναγκάζηται διὰ γραμμάτων ἀντιλέγειν τοῖς ἀναισχυντότατά τε καὶ ἀμαθέστατα τολμήσασιν ἀποφήνασθαι περί τινος ἀνατομικοῦ θεωρήματος, αἰσθήσει τὴν κρίσιν ἔχοντος, οἱ μὴ γινώσκοντες τὸ φαινόμενον ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, ἀδυνατοῦσι διακρίνειν ἀπὸ τῶν ἀληθευόντων τοὺς ψευδομένους. ὥσπερ γὰρ ἐάν τις λέγῃ Κρήτην οὐκ εἶναι νῆσον, ὑπὸ πάντων τῶν ἀκουόντων καταγινώσκεται, διότι γινώσκουσιν αὐτὴν εἶναι νῆσον, οὕτως ἐάν τις λέγῃ τέτταρας μὲν ἔχειν τὰς κοιλίας τοὺς κύνας, μίαν δὲ τὰ μηρυκάζοντα, καταγελᾶται πρὸς τῶν ἑωρακότων ἐν μὲν τοῖς μηρυκάζουσι τέτταρας, ἐν δὲ τοῖς κυσὶ μίαν. ταὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ περὶ τῆς τῶν φλεβῶν ἀνατομῆς ἐστιν.

autem utrinque ſunt dentata unum, a ſenſu hoc, non ex demonſtratione petendum. Unde diverſus modus eſt, quo convincendi falſitatis ſint qui aberrant in his quorum ſenſus et in illis quorum ratio judex eſt. Eorum enim quae ad ſenſum attinent, quum inter ſe aliqui diſputant: ad id quod in corporum diſſectionibus conſpicitur ſi ſe contulerint, facile erit judicium. Sed qui demonſtrationem requirunt, poſſunt ſine ulla etiam diſſectione, ſola aſcripta demonſtratione judicari. Igitur cum ſcriptis cogimur cum his contendere, qui de aliquo diſſectorio theoremate, quod ſenſum in primis judicem habet, impudentiſſime pariter ac imperitiſſime pronuntiarunt, fieri nequit ut ignari eorum quae in diſſectionibus videri ſolita ſunt, poſſint mendaces a veridicis diſcernere. Ut enim ſi quis Cretam eſſe inſulam negaverit, ſtatim ab omnibus qui id audierint deſpicietur: quippe qui probe noverint eam eſſe inſulam. Sic ſi quis canibus quatuor eſſe ventres affirmaverit, unicum vero ruminantibus: hunc illi qui in rumi-

οὐ γὰρ ἀποδείξεως ἡ κρίσις, ἀλλ' αἰσθήσεως δεῖται. μέχρι δ' ἂν οἱ διαφωνοῦντες ἐν τοῖς ἰδίοις χαρτίοις γράφωσιν ἅπερ ἂν ἐθέλωσιν, ἄδηλός ἐστιν ἡ ἀλήθεια τοῖς ἀπείροις ἀνατομῆς. εἰς τοιαύτην γοῦν ἀφιγμένοι διαφωνίαν ἡμεῖς ἐν τῷ παρόντι λόγῳ πρὸς τοὺς τολμήσαντας εἰπεῖν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸ σῶμα τέτταρα ζεύγη φλεβῶν κατιέναι, τοῖς ἀγνοοῦσι τὰ κατὰ τὰς ἀνατομὰς οὐδεμίαν δυνάμεθα διὰ τῆς γραφῆς ἰσχυρὰν εἰπεῖν ἀπόδειξιν, ὅτι μηδὲ λογικῆς ὅλως ἀποδείξεως, ἀλλ' αἰσθήσεως μόνης ἐπιστημονικῆς ἡ κρίσις δεῖται. εἰ δὲ μή τις ἄρα τὰ περὶ κρίσεως ἱστορίας γεγραμμένα καὶ ἄλλοις μέν τισιν ἰατροῖς τε καὶ φιλοσόφοις, οὐχ ἥκιστα δὲ τοῖς ἐμπειρικοῖς, ἐθέλοι προχειριζόμενος κατὰ ταῦτα ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. ἐγὼ μὲν γὰρ οὐ φεύγω τὰ παλαιὰ κριτήρια καὶ τὴν συμφωνίαν τῶν ἱστορησάντων, [137] καὶ μάλιστα ἂν ἔμπειρος τῆς ἱστορουμένης ὕλης εἶεν, ὥσπερ Εὔδημος μὲν καὶ Ἡρόφιλος ἀνατομῆς, Κρατεύας δὲ καὶ Διοσκουρίδης τῶν μεταλλικῶν φαρμάκων. εἰ

nantibus quatuor et unum in canibus inſpexere, facile deridebunt. Id ipſum quoque de venarum ſectione dicas; nam a ſenſu, non a demonſtratione hujusce rei petendum eſt judicium. Porro quoadusque illi qui in hac re diſcordes ſunt, in ſuis chartis quicquid illis viſum ſit deſcripſerint: veritas eos qui ſectionis imperiti ſunt latebit. Sic itaque cum in hoc praeſenti ſermone in controverſiam venerimus cum his qui auſi ſunt affirmare quatuor venarum paria a capite in corpus deſcendere, diſſectionis rudibus nullam poſſumus validam ſcriptis afferre demonſtrationem, nempe quod non demonſtratione, ſed ſenſu judice egeat: niſi quis forte velit ea proponens quae de judicanda hiſtoria tum a multis tam philoſophis quam medicis tum vel maxime ab empiricis tradita ſunt, horum inſtitutis uſus judicium afferre. Et equidem antiquiorum judicia atque etiam conſenſum auctorum minime fugerim, dum illi qui ſcripſere, fuerint in re de qua ſcripſere conſummati, quemadmodum in diſſectatoria diſciplina Eudemus et Herophilus, Crateuas et Dioſcorides in metallicis me-

δέ τις ἐκφύγῃ τὴν κρίσιν ταύτην, οὐ μόνον ὀκτὼ φλέβας ἀδυνατήσει (23) δεικνύειν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταφερομένας, ἀλλ' οὐδὲ τρεῖς ἢ δύο, μία γάρ ἐστι μόνη μεγίστη φλὲψ, ἣν κοίλην ὀνομάζουσιν. διὰ δὲ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἐκτεταμένη κατὰ τὸ τοῦ ζώου μῆκος, ὁριζουσῶν δηλονότι τῶν φρενῶν τὸ κάτω καὶ τὸ ἄνω τοῦ ζώου. φέρεται δ' ἡ κοίλη φλὲψ αὕτη διὰ τῶν φρενῶν, ἄνω μὲν ἐπὶ τὴν καρδίαν, κάτω δ' ἐπὶ τὴν ῥάχιν κατὰ τὸ κυρτὸν τοῦ ἥπατος διεξερχομένη. κἄπειθ' οὕτως ἀπὸ μὲν τῆς ἄνω φερομένης ἀποφυόμεναι φαίνονται σαφῶς ἀπὸ στελέχους αἱ ἄνω τοῦ διαφράγματος ἅπασαι φλέβες, ἀπὸ δὲ τῆς ἐπὶ τὴν ῥάχιν καμπτομένης αἱ κάτω. καὶ ταῦτα γέγραπται μὲν καὶ ὑφ' Ἱπποκράτους ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἡπατῖτιν ὀνομάζοντος αὐτοῦ τὴν κοίλην φλέβα. γέγραπται δὲ καὶ ὧδε καὶ πρὸς ἁπάντων τῶν ἀνατομικῶν. οὐδεὶς δ' ἄλλος ἰατρὸς εἶπεν ὀκτὼ φλέβας ἀπὸ κεφαλῆς ἐπὶ τὰ κάτω τοῦ σώματος ἥκειν οὔτε τῶν ἧττον οὔτε τῶν μᾶλλον ἀκριβῶς

dicamentis. Quod si quis hujuscemodi subterfugiat judicium, non modo non poterit octo venas a capite descendentes demonstrare, verum neque tres neque duas, quia una tantummodo vena est et ea maxima, quae cava appellatur, a gibbo jecinoris per totam animalis longitudinem protracta. Nam quum septum transversum animantis partem superiorem ab inferna separet, vena cava pertransiens transversum id septum sursum versus ad cor tendit, deorsum vero a gibbo jecinoris per spinam concedit. At ab ea quae sursum contendit parte plane perspiciuntur tanquam a caudice omnes exoriri, quae septo transverso superiores sunt venae, sicut ab ea quae ad spinam deflectit, inferiores. Horum Hippocrates in secundo epidemion libro meminit ubi venam cavam jecorariam vocat. Huic caeteri omnes quicunque in dissectionibus versati sunt consentiunt: nec quisquam alius unquam medicus repertus est sive dissectiones diligentius sive negligentius pertractaverit, qui asseveraverit octo esse venas quae a capite in corporis infernas discurrant partes, non Diocles,

ἀνατεμνόντων, οὐ Διοκλῆς, οὐ Πραξαγόρας, οὐκ Ἐρασίστρατος, οὐ Πλειστόνικος, οὐ Φιλότιμος, οὐ Μνησίθεος, οὐ Διεύχης, οὐ Χρύσιππος, οὐκ Ἀντιγένης, ἢ Μήδειος, ἢ Εὔρυφῶν, οὐκ ἄλλος τις ἰατρὸς τῶν ἀρχαίων. τί δεῖ λέγειν ἔτι περὶ τῶν μετ᾽ αὐτοὺς ἐπὶ πλεῖστον αὐξησάντων τὴν ἀνατομικὴν θεωρίαν; ὡς Ἡρόφιλός τε καὶ Εὔδημος, οἷς εἰς τὴν μέθοδον οὐκέτι οὐδεὶς προσεξεῦρεν οὐδὲν ἄχρι Μαρίνου τε καὶ Νομισιανοῦ, οὐδ᾽ Ἡρακλειανὸς, ᾧ συνεγενόμην ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας οὐκ ἐν παρέργῳ. μαθηταὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν τῶνδε πολλοί τε καὶ ἄλλοι, διαπρεπέστατοι δὲ Νομισιανοῦ μὲν ὁ διδάσκαλος ἡμῶν Πέλοψ, Μαρίνου δὲ Κόϊντος. ἀλλὰ Κόϊντος μὲν οὔτ᾽ ἄλλο τι βιβλίον οὔτ᾽ ἀνατομικὸν ἔγραψε· τῶν δ᾽ ἄλλων ἁπάντων ἀνατομικὰς ἔχομεν οὐκ ὀλίγας βίβλους. ἀλλὰ καὶ τῶν Κοΐντου μαθητῶν ἐστιν ἀνατομικὰ συγγράμματα, καθάπερ τὰ Σατύρου τε τοῦ ἡμετέρου διδασκάλου καὶ Λύκου. τούτων οὖν ἁπάντων καὶ πρὸς τούτοις ἄλλων πολλῶν ἀνατομὰς γεγραφότων

non Praxagoras, non Erafiftratus, non Pliftonicus, non Philotimus, non Mnefitheus, non Dieuches, non Chryfippus, neque Antigenes vel Medius vel Euryphon, nec alius tandem quispiam e numero priscorum medicorum. Et quid de recentioribus dicam a quibus anatomica disciplina plurimum adaucta eft, in quibus Eudemus et Herophilus fuere, quos nullus ad tempora usque Marini et Numefiani fubfequutus eft qui illorum methodo aliquod inventum addiderit? ut neque Heraclianus, cum quo Alexandriae magna attentione verfatus fum. Horum virorum et alii etiam plures extitere discipuli, fed omnium praeftantiffimi fuere Numefiani quidem praeceptor nofter Pelops, Marini vero Quintus. Quintus vero ut de nulla praeterea re alia quicquam fcripfit, fic neque de diffectionibus. Sed aliorum non paucos habemus anatomicos libros; imo et commentaria reperiuntur anatomica a discipulis Quinti edita, qualia funt Satyri praeceptoris noftri et Lyci. Igitur cum ab his omnibus et ab aliis praeterea multis de corporibus fecandis fcriptum fit, nullus tamen noviffe po-

οὐδεὶς οἶδε τέτταρα ζεύγη φλεβῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὁρμᾶσθαι. τοῦτο γὰρ ὅμοιόν ἐστι τῷ λέγειν ὀκτὼ κατὰ τὴν τῶν Ἀθηναίων πόλιν ἀκροπόλεις εἶναι, μιᾶς οὔσης μόνης. κατὰ μέν γε τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐγχωρεῖ τινα φάναι τοὺς ᾠκισμένους λόφους ὑπάρχειν ὀκτὼ, καθάπερ κἂν ἓξ τις φήσῃ. παρ' ἕνα γὰρ ἑκάτερος ἐψεύσεται. εἰ δέ τις ἀντὶ τῶν ἑπτὰ, ἕνα εἶναι φήσει τὸν ᾠκισμένον λόφον, ἢ ἔμπαλιν Ἀθήνησιν ἀντὶ μιᾶς ἀκροπόλεως ὀκτὼ, πολλῷ μᾶλλον ψεύσεται τοῦ παρ' ἕνα τἀληθῆ εἰπόντος. διαφερομένης οὖν ἀπὸ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος εἰς τὰ τοῦ σώματος ἄνω μιᾶς φλεβὸς, ἣ κἂν ἄνωθεν ἄρξηταί τις ἀνατέμνειν, οὐκ ἀναφέρεσθαι, ἀλλὰ καταφέρεσθαι λεχθήσεται, μία δ' ὡσαύτως φανεῖται, γελοιότατος ἂν εἴη τις ὀκτὼ λέγων ἄνωθεν κάτω φέρεσθαι φλέβας. εἴτε γὰρ ἄνωθεν κάτω βουληθείης λέγειν, εἴτ' ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἄνω φέρεσθαι τὴν ἡπατῖτιν ἢ κοίλην ὀνομαζομένην φλέβα, μία πάντως ἐστὶν αὐτὴ διὰ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἐκτεταμένη. εἰ μὲν οὖν ἑτέρου

tuit quatuor venarum paria a capite delabi. Neque hoc secus esse videtur quam si quis vellet contendere Athenis octo esse arces, ubi unica tantum est: Romae etiam si aliquis diceret colles octo esse qui inhabitentur, alius vero sex tantum, uno uterque mentiretur. Si tamen quispiam unum pro septem habitari collem, contra vero Athenis pro una octo dicat esse arces, hic longe majori mendacio erit obnoxius quam alter qui uno tantum a vero aberrat. Sic ergo cum una sit vena quae a jecinoris gibbo in supernas corporis partes fertur, quae etiam si quis a superioribus sectionem exordiatur, descendere potius quam ascendere dici poterit, ut tamen nihilo secius una videatur, ille profecto ab omnibus deridendus veniet, qui octo dixerit a capite venas deferri: quia sive ex superna parte deorsum, sive ex inferna sursum ferri dixeris venam jecorariam, quam cavam appellant, illa una penitus semper erit per gibbum jecinoris porrecta. Et proinde si ullus cujuspiam reperiatur liber, qui anatomen hujuscemodi lit-

τινὸς εὑρεθῇ βιβλίον ἀνατομὴν ἔχον τοιαύτην, οὐδ' ἂν ἐποιήσατό τις ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον, οὐδ' ἀναγνῶναι τὰ κατὰ μέρος ὑπέμεινεν, ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἀκούσας ὡς ἔστι τέσσαρα ζεύγη φλεβῶν ἐν τῷ σώματι, [138] καταγνοὺς ὡς ἐμπλήκτου τῆς ἐπαγγελίας ἀπεχώρησεν εὐθέως. ἐπεὶ δ' Ἱπποκράτους συγγράμματι παρενέθηκέ τις τὸν λόγον, ἀνάγκην ἡμῖν παρέσχεν ἀπολλύειν τὸν χρόνον, αὐτόν τε τοῦτον ὃν ἀναλίσκομεν ἐλέγχοντες αὐτὸν, ἔτι τε πρὸς τούτοις καθ' ὃν ἀναγινώσκομεν τὰ κακῶς ἐγγεγραμμένα. ἀπὸ τῶν ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς, φησὶ, ζεῦγός τι φλεβῶν ὥρμηται φέρεσθαι διὰ τοῦ αὐχένος, εἶτ' ἐκ τῶν ἔξω μερῶν περὶ τὴν ῥάχιν ἀφικνούμενον ἐπὶ τὰ ἰσχία. τοὐντεῦθεν δὲ διὰ τῆς κνήμης ἐπὶ τὰ τῶν σφυρῶν ἔξω παραγίνεται. ἕτερον δ' ἄλλο ζεῦγος ἄρχεται μὲν, φησὶν, ἐκ τῶν περὶ τὰ ὦτα χωρίων, κατέρχεται δὲ διὰ τοῦ τραχήλου τῶν σφαγιτίδων ὀνομαζομένων φλεβῶν, εἶθ' ὥσπερ τὸ πρότερον ζεῦγος ἐκ τῶν ἔξω μερῶν περὶ τὴν ῥάχιν, οὕτως ἐκ τῶν ἔνδον, τοῦτο πρός τε τοὺς ὄρχεις καὶ τοὺς μηροὺς ἥκει. κἄπειτα διὰ τῶν ἰγνύων ἐπὶ τὰ τῶν

teris mandaverit, nullus ſane unquam eam poterit illius habere rationem, ut pati poſſit particulatim omnia capita legere, imo hoc uno audito quatuor eſſe venarum in corpore paria, ſtatim quaſi a ſtolido quodam inſtituto aufugiet. Verum poſteaquam haec a nonnullis interjecta ſunt Hippocratis operibus, coacti fuimus nos hoc temporis quod tum in his refellendis tum vero illis quae vel perperam ſcripta ſunt legendis conſumimus, diſpendium ſubire. Eſt, ait ipſe, par unum venarum quod ab occipite exoriens per cervicem deſcendens et ab exterioribus ſpinae partibus ad coxas delatum, mox inde per tibiam ad malleolos tandem exteriores pervenit. Alterum vero par a partibus juxta aures originem habere ait, quod per collum delatum conſtitutisque venis jugularibus vocatis, mox ut primum ab externis circa ſpinam partibus, ita hoc ab internis ad teſtes et femora pertingit: deinde vero per poplites ad internos concedit malleolos. Quis unquam ſi vel diem unam ſecari corpora viderit aliquando, haec audire queat?

σφυρῶν ἔνδον ἀφικνεῖται. τίς ἀνάσχοιτο ταῦτα ἀκούων ἡμέρᾳ μιᾷ τεθεαμένος ἀνατομὰς ζώου; πολλὰ μὲν γάρ ἐστι καὶ δύσδεικτα θεωρήματα κατὰ τὰς ἀνατομὰς, ὑπὲρ ὧν εἰκὸς ἀγνοεῖν τινα τῶν μὴ πάνυ τετριμμένων ἐν τῷ πράγματι, καὶ διὰ τοῦτο διαφωνία γέγονεν ἐπ᾿ αὐτῶν· τὸ δὲ τῆς μεγίστης φλεβὸς οὕτως ἐστὶ πρόδηλον, ὡς μήτε τινὰ λαθεῖν δύνασθαι τῶν δυνηθέντων ἐξ ἀνατομῆς τι μαθεῖν, ὡμολόγηταί τε πᾶσιν ἄχρι τοῦ καὶ τοὺς ποιητὰς αὐτοὺς γινώσκειν. Ὅμηρος γοῦν φησιν

ἀπὸ δὲ φλέβα πᾶσαν ἔκερσεν,
Ἥτ᾿ ἀνὰ νῶτα θέουσα διαμπερὲς αὐχέν᾿ ἱκάνει.

μίαν οὖν αὐτὴν οἶδεν, ὥσπερ μία καί ἐστιν, οὐ τέσσαρας, ἔξωθεν μὲν τῆς ῥάχεως δύο, δύο δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκείναις παρατεταμένας ἑκατέρωθι τῇ ῥάχει ἄλλας. ἀλλὰ τὰς μὲν τέσσαρας, ὡς ὁ διαπλάσας τὴν ἐνταῦθα γεγραμμένην ἀνατομὴν ἔγραψεν, οὐδὲν ἔχει ζῶον· ἀπὸ δὲ τῆς μιᾶς φλεβὸς τῆς μεγίστης ἀποφύσεις γίνονται καθ᾿

Multa quidem in ſectionibus exiſtunt theoremata obſcura, nec facilem demonſtrationem habentia, quae merito quempiam ex his qui in ea re non admodum conſummati ſunt, latere poſſunt, et propterea de his aliqua ſuborta eſt diſſentio. At maximae illius venae negotium ita omnibus apertum eſt, ut illos qui ex anatome quicquam addiſcere potuerint, fallere nequeat. Imo adeo penes omnes in confeſſo eſt, ut etiam poëtae id cognoſcant, unde Homerus ait:

et venam praecidit inde
Quae dorſo incumbens in collum fertur utrinque.

Sic igitur unam, ut una etiam eſt, novit, non quatuor: duas extra ſpinam, duas item alias, quae eodem ſicut illae modo utrinque ſecundum ſpinam porrectae ſint, ut tamen nullum ſit animal quod, in quem modum qui hanc deſcripſit anatomen fingit, quatuor habeat. A vena hac maxima per univerſos ſpinalis medullae fines, ut in ſe-

ὅλον τὸ μεταξὺ τῶν τοῦ νωτιαίου περάτων, ὡς Ἱπποκράτης ἔγραψεν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν, τό τ' ἄνω πρὸς ταῖς κλεισὶ πέρας αὐτῆς καὶ τὸ κάτω πρὸς τῷ ἱερῷ ὀστέῳ. καὶ τὸ μὲν εἰς τὰς σφαγίτιδας φλέβας σχίζεται, τὸ δ' εἰς τὰς ἐπὶ τὰ σκέλη φερομένας. πῶς οὖν ὁ τοῦτο τὸ δεύτερον ζεῦγος γράψας δύο διαμενούσας τὰς σφαγίτιδας φλέβας οἴεται παρὰ τὴν ῥάχιν ἐκ τῶν ἔνδον μερῶν ἐπὶ τὰ σκέλη φέρεσθαι; πῶς δ' ἐπὶ τὰ τῶν σφυρῶν ἔνδον ἥκειν; μιᾶς καὶ μόνης φλεβὸς εἰς ἑκάτερον τῶν σκελῶν ἀφικνουμένης, οὐκ ἄλλης μέν τινος ἔνδον τῶν σφυρῶν, ἄλλης δ' ἔξωθεν, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς εἰσιν ἀποβλαστήματα. ἔτι δὲ τούτων ἐστὶ γελοιότερον τὸ τρίτον ζεῦγος τῶν φλεβῶν, ἃς ἐκ τῶν κροτάφων ὁρμηθείσας φέρεσθαί φησι διὰ τοῦ αὐχένος ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας εἰς τὸν πνεύμονα. κἄπειτ' ἐντεῦθεν ὑπαλλαττούσας τὸ κατ' εὐθὺ τῆς φορᾶς ἐκτρέπεσθαι πρὸς τὰ πλάγια, τὴν μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν μερῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ μετερχομένην, εἶθ' ὑπὸ τὸν μαζὸν, ἐπί τε τὸν σπλῆνα καὶ τὸν ἀριστερὸν ἀφικνουμένην νεφρόν. τὴν δ' ἐκ τῶν ἀριστερῶν μερῶν ὑπὸ τὸν δεξιὸν νεφρὸν, ἀμφοτέρας δ' αὐτὰς εἰς τὸν

cundo Epidemion libro ſcripſit Hippocrates, germina oriuntur: ſuperior ejus terminus ad claviculas eſt, inferior autem ad os ſacrum. Horum alter in venas jugulares ſcinditur, alter in illas quae in crura deferuntur. Jam ergo quo modo is qui hoc ſecundum par commentus eſt, putavit jugulares venas duas permanentes juxta ſpinam ex internis partibus ad crura devehi? quo etiam interius ad malleolos pervenire? quum una in utramque et ſola vena feratur et non una intra, altera vero extra malleolos, ſed unius et ejusdem ſunt rami. His autem praeterea ineptius eſt tertium id venarum par, quas a temporibus deductas per cervicem ſub ſcapulis tranſire ad pulmonem dixit, inde vero mutato inceſſu, a recto in obliquum, dextram ad ſiniſtrum latus pervenire, ſicque ad lienem et ſiniſtrum renem concedere: ſiniſtram vero ad dextrum renem et ambas tandem in ſede finiri. Sed dicat quispiam auctori hujusce inventi, o bone vir, ſedes habent ſua venarum

ἀρχὴν τελευτᾷν. ἀλλὰ καὶ ὁ ἀρχὸς, ὦ βέλτιστε, φαίη ἄν τις εἰκότως πρὸς τὸν ταῦτα γράψαντα, παρὰ τῆς ἐπ' ὀσφύϊ κοίλης ἀποφύσεις λαμβάνει, κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἔνθα καὶ τὰς εἰς ἑκάτερον μέρος ἀποφυομένας τῆς κοίλης, ὥσπερ τινὰς κλάδους μεγάλους ἐπὶ τὰ σκέλη φέρεσθαι. τῷ δὲ πνεύμονι τίς ἀγνοεῖ μὴ ὅτι τῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν μαγείρων, ἀπὸ καρδίας χορηγούμενον αἷμα διὰ μιᾶς φλεβὸς, ἧς καρδίας οὐδαμόθι μέμνηται κατὰ τὸν λόγον ὁ τὸ τρίτον ζεῦγος αὐτὸ πλάσας; [139] ἀλλ' ἣν ἔνιοι τῶν ἀνατομικῶν ἀνδρῶν ἀρχὴν εἶναί φασιν τῶν καθ' ὅλον τὸ σῶμα φλεβῶν, ταύτην ἡ προκειμένη ῥῆσις οὐδεμίαν οἶδεν ἔχουσαν φλέβα. καὶ γὰρ οὖν καὶ τὸ τέταρτον ζεῦγος ἄρχεσθαι μὲν ἀπό τε τῶν πρόσω τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἔφη- (24) σεν, ὑπὸ δὲ τὸν αὐχένα καὶ τὰς κλεῖς ἐνεχθὲν αὐτὰς, ἐπιβαίνειν τῷ βραχίονι καθ' ἑτέραν δηλονότι χεῖρα μίαν, εἶτ' ἐκ τῶν ἄνω μερῶν ἐπὶ τοὺς δακτύλους ἐνεχθείσας αὖθις ἀναφέρεσθαι διὰ τῆς ὅλης χειρὸς ἐπὶ τὴν μασχάλην, ἐντεῦθέν τε διὰ τῶν πλευρῶν ἰέναι, τὴν μὲν ἑτέραν ἐπὶ τὸ ἧπαρ, τὴν δ' ἑτέραν ἐπὶ τὸν σπλῆνα, κᾄπειτα φερομένας ἀπὸ τῆς

germina a cava juxta lumbos exorientia, qua sane parte duae illae quae in utramque partem deductae a cava ortae quasi rami majores in crura deveniunt. Et quis praeterea est nedum medicus, sed nec coquus qui nesciat sanguinem a corde, cujus ille qui hoc tertium confinxit par, usquam in suo sermone ne meminit quidem pulmoni per venam unam subministrari? Imo is istius sermo id si ullam habeat venam ignorasse videtur, quod tamen a nonnullis sectoriae disciplinae peritis tanquam fons et origo venarum omnium per universum corpus distributarum habitum est. Quartum enim venarum par a sincipite oculisque suum initium habere ait, unde sub cervicem et claviculas delatum brachium ingredi, ad utramque manum unam, subinde vero ex superioribus partibus in digitos ferri et mox referri per universam manum ad alam, indeque per costas progredi, alteram quidem in jecur, alteram in lienem, ut tandem a ventre decurrentes

γαστρὸς εἰς τὸ αἰδοῖον ἀμφοτέρας τελευτᾶν, ὥστε οὐδ' αὗται διδόασί τι τῇ καρδίᾳ μέρος. πῶς οὖν εἰς τέλος ἐπελάθετο τηλικούτου σπλάγχνου τῆς καρδίας ὁ ταῦτα διαπλάττων ὡς καινὸς ὄντως Προμηθεύς; οὐ μὴν οὐδ' ἐγκεφάλου μνήμην ἐποιήσατο. δῆλον γὰρ ὅτι καὶ οὗτος ἀτιμότερος ἦν τῶν σφυρῶν. ὑπὲρ ἅπασαν δὲ τυφλότητα τὸ κατὰ τοὺς νεφρούς ἐστιν, ἐφ' οὓς ἀπὸ τῆς κοίλης μέγισται φέρονται φλέβες, ἃς παραλιπὼν ἀναπλάττει τινὰς ἀπὸ τοῦ πνεύμονος ἐπ' αὐτοὺς φέρεσθαι. δῆλον οὖν ἐστιν ἐξ ἁπάντων, οὐχ ὥσπερ ἔνιοι τῶν ἀνατεμνόντων παρεῖδόν τινα καὶ αὐτὸς οὗτος παρεωρακώς, ἀλλ' ὅλως οὐδὲν ἑωρακώς. ὁ γὰρ τὰ μέγιστα μὴ βλέπων οὐ παραβλέπειν, ἀλλ' ὅλως οὐ βλέπειν ἀληθῶς ἂν λέγοιτο. ὅτι μὲν οὖν ἐνυπνίοις μεθυόντων ἔοικεν ὁ περὶ τῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς ὅλον τὸ σῶμα καταφερομένων φλεβῶν λόγος οὐδεὶς ἀγνοεῖ τῶν ὅλως ἐπιχειρησάντων τι θεάσασθαι κατὰ τὰς ἀνατομάς. ἄλλας μὲν γάρ τινας μικρὰς παρῶφθαι τοῖς ἀνατομικοῖς εἰκός, οὐ μὴν

ambae ad genitalia desinant: sicque nec istae ullam cordi partem attribuunt. Qui ergo potuit is horum, veluti novus quidam Prometheus, consictor tantum viscus, cor inquam, omnino oblivioni mandasse? At nec cerebri usquam meminit, vel forsitan quod malleolis esset in minori honore habendum. Sed quod de renibus tradit, omnem videtur caecitatem superare, quippe qui a vena cava maximas venas habeant, quas iste praetergrediens sibi quasdam alias eo a pulmone deferri confingit. Jam igitur satis ex his omnibus constat quod vir iste nequaquam, at alii quidam sectionibus operam dantes saepe faciunt, quaedam quasi caecutiens praeterierit, sed potius nihil prorsus viderit. Nam si quis vel maxima non videat, hunc nihil videre quam caecutire verius dicas. Atque is qui de venarum a capite in universum corpus partitione habitus est sermo, quod ebriorum somniis similis sit, eorum qui sectionibus vel parum interfuerint nemo ignorat. Porro parvas aliquas venas viros anatomicos refellisse magnum non est: nunquam tamen quisquam aliam alio modo de-

ἔγραψέ τις ἄλλην ἄλλως, οὐδὲ παρέλιπε τὰ καὶ τοῖς τυφλοῖς δυνάμενα γενέσθαι γνωρίματα τοὺς δακτύλους τῆς χειρὸς ἐπιβάλλουσι. μία γοῦν ἐστι φλὲψ δι᾽ ἧς ἐξ ἥπατος εἰς ὅλον τὸ σῶμα φέρεται τὸ αἷμα, καθάπερ ἀπὸ στελέχους κλάδων πολλῶν, ἀποφυομένων ἀπ᾽ αὐτῆς φλεβῶν σμικρῶν, αἳ διανέμουσιν αὐτὸ τοῖς τοῦ ζώου μορίοις ἅπασιν. εἰ μὲν οὖν ποταμῷ παρεικάσαις τὸ κατὰ τὴν κοίλην αἷμα, τὸ δ᾽ ἀπ᾽ αὐτῆς φερόμενον εἰς τὰ μόρια τοῦ σώματος ὀχετῷ, οὐδ᾽ οὕτως ψευσθήσῃ τῆς εἰκόνος. ἀλλ᾽ εἴτε ποταμῷ προσεοικέναι φαίη τις, εἴτε πρέμνῳ τὴν μεγάλην φλέβα, τό γε μίαν αὐτὴν εἶναι πᾶσι τοῖς ἰατροῖς ὡμολόγηται, πλὴν τούτου τολμηρότατα παραγράψαντος τῷ βιβλίῳ τούτῳ τὰ τέσσαρα ζεύγη. πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις ὥσπερ τὴν καρδίαν ἀμνημόνευτον εἴασεν, οὕτω καὶ αὐτὴν τὴν κοίλην φλέβα. καί τοι τῶν γε σφαγιτίδων μνημονεύσας, εἰς ἃς αὕτη σχίζεται κατὰ τὸ τοῦ θώρακος ἀνωτέρω. ὅσον γάρ ἐστι μεταξὺ τούτου τε τοῦ χωρίου καὶ τοῦ τῆς ῥάχεως πέρατος, ἡ μεγάλη φλὲψ αὐτὸ κατείληφεν, ἀποφύουσα φλέ-

ſcripſit, neque eas quae a caecis etiam, modo digitos admoviſſent, comprehendi poterant, praetermiſit. Itaque una eſt vena per quam ſanguis ex jecinore in univerſum corpus influit; a qua multae aliae minores quaſi rami a trunco prodeuntes illum omnibus corporis dispertiuntur partibus. Quod ſi ſanguinem in vena cava fluvio compares, rivulis vero illum qui inde in corporis particulas defluit, minime a vera aberrabis ſimilitudine. Sed ſive fluvio, ſive trunco ſimilem eſſe venam magnam quis dicat, omnes penitus medici conſentiunt unicam eam eſſe, praeterquam ille qui audaciſſime quatuor haec paria huic libro interſeruit. Et praeter alia multa tum cor tum venam ipſam cavam ſilentio praeteriit, cum tamen jugularium meminerit, in quas illa in ſupremo thorace ſcinditur. Quicquid enim praeterea inter locum hunc et ultimam ſpinae partem clauditur, vena cava occupat, a qua venae utrinque germinant. Ex utroque vero ipſius termino et ex utrisque partibus bipertita eſt, nam a ſuperiore ejus parte duae

βας ἑκατέρωθεν. σχίζεται δὲ διχῆ, καθ' ἑκάτερον τῶν περάτων καὶ τῶν μορίων αὐτῆς. ἄνω μὲν γὰρ διὰ τοῦ τραχήλου φέρονται μέγισται φλέβες, αἳ σφαγίτιδες ὀνομάζονται. κάτω δὲ ἐφ' ἑκάτερον σκέλος, ὡς εἴρηται, μία μὲν, μεγίστη δὲ φλέψ. τῶν δὲ διὰ τοῦ τραχήλου φερομένων, αἳ καλοῦνται σφαγίτιδες, ἐν τῷ δευτέρῳ ζεύγει μνημονεύσας ὁ νέος οὗτος Προμηθεὺς ἄγνοιαν καὶ τόλμαν ἐπεδείξατο μεγίστην, οὐδαμόθι τῆς κοίλης φλεβὸς σχιζομένης, ἐξ ἧς αὗται γεννῶνται μνημονεύσας. ἐχρῆν γὰρ, εἴπερ ἑωράκει τι σμικρὸν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, ἐς ταὐτὸ ἀλλήλαις φάναι τὰς σφαγίτιδας ἰούσας μίαν ἀποτελεῖν φλέβα τὴν ἡπατῖτιν, ἢ κοίλην, ἢ ὅπως ἄν τις ἑτέρως ὀνομάζειν ἐθέλει νῦν. εἰ δ' ὡς δύο μενουσῶν αὐτῶν ὁ λόγος αὐτῷ γέγραπται [140] φάσκοντι διὰ τῶν ἔνδον μερῶν παρὰ τὴν ῥάχιν ἐπὶ τὰ τῶν σφυρῶν ἔσω καταφέρεσθαι. τί ἂν οὖν ἔτι μνημονεύσῃ τις τῶν μετὰ τέτταρα ζεύγη γεγραμμένων φλεβῶν; ἃς ἀπὸ τῆς κοίλης ἀναφέρειν εἰς ὅλον τὸ σῶμα τὴν τροφὴν ἡγεῖται, ὥσπερ τῶν εἰρημένων τεττάρων ζευγῶν, ἄλλου τινὸς ἕνεκεν

prodeunt venae maximae, quae per collum invectae jugulares appellantur: ab inferioribus vero in utrumque erus una, ut jam diximus, et ea quidem maxima descendit. Eorum sane quae per collum feruntur et jugulares vocantur in suo illo secundo pari meminit novus hic noster Prometheus, ubi temeritatem ac ignorantiam maximam ostendit, nulla unquam cavae venae, a qua istae ortum habent, facta mentione. Debuisset quippe, si unquam vel tantillum secandis corporibus interfuisset, dixisse venas has jugulares in unum coire et efficere jecorariam vel cavam venam vel quomodocunque quis illam in praesentiarum velit appellare. Quod si de istis tanquam semper sic duabus permanentibus ab eo sit sermo habitus, qui dicat illos per internas prope spinam partes, ad interiores malleolos devehi; quid deinde de aliis venis post quatuor illa paria descriptis erit dicendum? quas ipse putavit alimentum a cava vena in corpus universum afferre, ac si quatuor illa commemorata paria alterius cujuspiam negotii gratia

ὑπὸ τῆς φύσεως γεγονότων, ἀλλ᾽ οὐχὶ μίαν ἁπασῶν φλεβῶν ἐχουσῶν χρείαν κοινὴν, ἀναφέρειν ἐξ ἥπατος ἅπασι τοῖς τοῦ ζώου μέρεσιν αἷμα. τῶν δ᾽ ἐκ τῆς κοιλίας καὶ τῶν ἐντέρων ἀνακομιζουσῶν εἰς ἧπάρ τε ἐκ τῶν ἐδεσμάτων χυλὸν οὐδεμία προσωτέρω τοῦ ἥπατος ἀνέρχεται. ἀλλ᾽ οὐδὲ κατὰ πολλοὺς τοῦ ἥπατος τόπους φαίνονται, καίτοι πάμπολλαι τὸν ἀριθμὸν οὖσαι καθ᾽ ἃ τῇ γαστρὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐντέροις ὁμιλοῦσιν, ἀλλ᾽ εἰς ἕνα τόπον, ὃν ὀνομάζουσι πύλας ἥπατος, ἀφικνοῦνται δὲ πᾶσαι, τοῦ θεμένου πρώτου πύλας ὄνομα τῷ χωρίῳ τούτῳ πόλει μὲν ἢ οἰκίᾳ τινὶ μεγάλῃ τὸ ἧπαρ παρεικάσαντος, ἀγροῖς δὲ τά τε ἔντερα καὶ τὴν κοιλίαν, ἐξ ὧν ὥσπερ δι᾽ ὁδῶν τινων, πολλῶν τῶν φλεβῶν, εἰς τὰς πύλας τῆς πόλεως, ἢ τῆς οἰκίας κομίζεται τὰ σιτία. ληρεῖ τοίνυν ὁ νέος Προμηθεὺς ἐν ᾧ διαπλάττει ζώῳ κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λόγον. οὐ γὰρ δὴ τοῖς ἔργοις γε διέπλασέ τις ζῶον, ἐν ᾧ φλέβες ἐκ τῆς κοιλίας καὶ τῶν ἐντέρων εἰς ὅλον ἀναφέρουσι τὸ σῶμα τὴν τροφήν. εἰς ἕνα γὰρ ἀφικνοῦνται τόπον ἅπασαι, τὰς πύλας τοῦ ἥπατος, ἐντεῦθέν

fuerint a natura fabrefacta, neque unum idemque et commune ſit venarum omnium munus, nempe ſanguinem ex hepate in caeteras animantis partes advehere. At vero quae a ventriculo et inteſtinis ſuccum ciborum in jecur asportant, earum nulla ultra jecur progreditur, imo nec in multis ſecundum jecur locis apparent, quamvis numeroſae admodum ex ea parte ſint qua ventrem et caetera attingunt inteſtina, ſed in unum locum, quem portas jecoris vocant, omnes conveniunt: quem locum qui primus portas nominavit, jecur urbi aut aedibus amplis comparavit, inteſtina ventremque agris, ex quibus inſtar viarum per multas venas cibi in urbis aediumve portas vehuntur. Delirat itaque in hoc animali quod ſibi novus iſte Prometheus ſuo ſermone fingit. Nam nemo unquam animal aliquod effectu ipſe ſic formabit, ut in eo venae a ventriculo et inteſtinis alimenta in totum corpus deferant: omnes ſiquidem in unum concurrunt locum, portas ſcilicet jecinoris: unde quae per id viscus diſpertitae ſunt

τε πάλιν αἱ κατὰ τὸ σπλάγχνον ὑποδεχόμεναι φλέβες τὴν ἀνενεχθεῖσαν τροφὴν εἰς τὴν κοίλην φλέβα παράγουσιν, ἐξ ἧς, ὥς ἔφην ὀλίγον ἔμπροσθεν, εἰς ὅλον τὸ σῶμα διανέμεται τὸ αἷμα.

ζ.

Φέρουσι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν παχειῶν φλεβῶν εἰς τὴν κοιλίην καὶ εἰς τὸ ἄλλο σῶμα καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ ἀπὸ τῶν εἴσω καὶ εἰς ἀλλήλας διδόασιν αἵ τε εἴσωθεν ἔξω καὶ αἱ ἔξωθεν εἴσω.

Ἤρκει μὲν τῷ νέῳ Προμηθεῖ τὰ τέτταρα ζεύγη τῶν φλεβῶν, οὐ μὴν ἠρκέσθη γε αὐτὸς, ἀλλ' ὑπ' ἀπληστίας ἠσχημόνησε, προσθεὶς αὐτοῖς τὰς ἐκ τῆς κοίλης φερούσας τὴν τροφὴν εἰς τὸ σῶμα. νυνὶ δ' αὖθις ἐπήνεγκε τῷ λόγῳ τὸν κολοφῶνα περὶ τῆς κοινωνίας τῶν φλεβῶν εἰπὼν οὐκ ἀληθές. οὐδεμία γὰρ τῶν ἀπὸ τῆς κοίλης ἀποπεφυκυιῶν φλεβῶν, ἃς παχείας ὠνόμασεν, εἰς ἕτερα ζεύγη διανενεμη-

venae aſſumptum alimentum in cavam venam ferunt, a qua in totum corpus ſanguis, ut paulo ante diximus, diſtribuitur.

VII.

Quae etiam a craſſis venis, tum ab externis tum ab internis, in ventriculum et reliquum corpus deferunt ſibique internae externis et externae internis mutuo diſtribuunt.

Poterant huic novo Prometheo quatuor ea venarum paria ſuffeciſſe, nec tamen ſatis iſti fuere, imo prae inexplebili quadam impudentia has illis inſuper addidit, quae corpori a vena cava alimentum miniſtrent, ut nunc coronidem ſermoni impoſiturus, de venarum communione hoc tandem verum protulit. Ex his etenim venis quae a cava oriuntur, quas ille craſſas vocat, nulla in alia partita paria

μένη, εἰς κοιλίαν, ἢ ἔντερα φαίνεται καταπεφυκυῖα. καθάπερ γοῦν ἐπὶ τῆς νῦν εἰρημένης ἀνατομῆς οὐδὲν ὅλως οὐδ᾽ ἄχρι ῥήματος ἑνὸς ἀληθὲς εἶπεν ὁ πλάστης αὐτῶν, οὕτως ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν οὐδὲν ὅλως ὁ Ἱπποκράτης ἐψεύσατο. παραφρονοῦσιν οὖν ὅσοι οὐδ᾽ ὄναρ ἀνατομῆς ἁψάμενοι, τῶν Ἱπποκράτους βιβλίων ἐξηγήσεις ἐπιχειροῦσι ποιεῖσθαι. καὶ μάλιστ᾽ αὐτῶν οἱ καλοῦντες ἑαυτοὺς Ἱπποκρατείους, ἑνὸς ἀνδρὸς ἡγούμενοι καὶ τοῦτον εἶναι τὸν λῆρον ἅπαντα, τῆς τῶν φλεβῶν ἀνατομῆς καὶ τὴν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἀκρίβειαν. εἰ μὲν γὰρ ἐπεξεύρηταί τι κατὰ τὸ ἕτερον αὐτῶν, ἐγχωρεῖ τὸν αὐτὸν ἄνδρα τοῦ χρόνου προϊόντος ἑαυτοῦ βελτίονα γινόμενον ἐφ᾽ οἷς ἔμπροσθεν εἰρήκει καλῶς ἕτερα προσθεῖναι. ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν Ἱπποκράτης αὐτὸς ἀκριβῶς φαίνεται γράψας οὐ μόνα τὰ σαφῶς ὁρώμενα πᾶσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ δυσθεώρητα, μὴ βλέπων δὲ καὶ ὁ τὴν ἐνθάδε συνθεὶς ἀνατομὴν, ἃ καὶ ψηλαφῶν ἄν τις εὕροι, [141] πῶς ἐγχωρεῖ φάναι τὸν αὐτὸν ἀμφότερα γεγραφέναι;

inteſtinis aut ventriculo inſeritur. Porro ut ne verbum quidem is qui hanc venarum anatomen commentus eſt, verum attulit: ſic Hippocrates epidemiorum libro ſecundo in nullo prorſus aberravit. Quare inſaniunt profecto qui ne per ſomnium quidem corporum ſectiones attigere, at libros Hippocratis exponere aggrediuntur et illi quam maxime qui cum velint Hippocratici appellari, in eundem tamen auctorem et has univerſas de venarum ſectione nugas et exactam ejusdem disquiſitionem in ſecundo epidemiorum traditam referendam arbitrantur. Si enim in alterutro eorum aliquod praeterea acceſſiſſet inventum, fieri ſane potuiſſet ut idem vir tempore peritior factus, illis quae ab eo prius probe dicta fuerant alia etiam addidiſſet. At cum videamus Hippocratem non modo omnia ad amuſſim in commentarios retuliſſe, quae cunctis plane perſpicua ſunt, verum et ea quae ad videndum ſunt difficiliora, is vero qui hanc anatomen compoſuit, ea etiam non viderit quae quisque vel palpando inveniat, quomodo poteſt

κατὰ τί δ' εὔλογον, ὅλον ἀναπληρώσας τὸν περὶ τῶν στοιχείων τοῦ ἀνθρώπου λόγον, ἐφεξῆς αὐτῶν συνῆψε τὸν περὶ τῶν φλεβῶν; ἢ γὰρ πᾶσαν ἐχρῆν τὴν ἀνατομὴν γράφειν, ἢ μηδὲ τὴν περὶ τῶν (25) φλεβῶν. ὑποτυπώσεσι μὲν γὰρ, ἃς ἑαυτοῖς ἀναμνήσεως ἕνεκα γράφομεν, οἰκεῖόν ἐστιν ὅτε τοιαύτη ποικιλία θεωρημάτων γίνεται, συγγράμματι δὲ οὐδαμῶς ἐστιν οἰκεῖον ἐπιπεπληρωμένῃ τῇ προτέρᾳ διδασκαλίᾳ μόριόν τι τῆς δευτέρας προσγράφειν, κἄπειτα τοῦτο καταλιπόντα μικρὸν ὕστερον ἄλλο τι γράφειν, εἶτ' αὖθις ἄλλο, καθάπερ ἐν τούτοις τοῖς ὑποκειμένοις ἐν τῷ περὶ φύσιος ἀνθρώπου.

η'.

Τὰς οὖν φλεβοτομίας δεῖ ποιέεσθαι κατὰ τουτέους τοὺς λόγους.

Οὓς αὐτὸς προείρηκε δηλονότι, τῷ μὲν πρώτῳ ζεύγει

quispiam affirmare eundem utraque haec ſcripſiſſe? quomodo etiam probabile eſt, ut abſoluto univerſo qui de hominis elementis inſtitutus erat ſermo, de venis ſubnexuerit? aut enim tota anatomes ratio explenda erat, aut neque de venis erat tractandum. Hoc enim magis ad commentationes, quas nobis ipſis memoriae gratia deſcribimus, attinet ut ejuscemodi varia theoremata ſimul explicentur. Juſto autem et legitimo volumini nequaquam convenit ut priore doctrina conſummata, ſubinde illi alterius pars aliqua annectatur, atque iterum illa relicta, paulo poſt alia et poſtmodum etiam alia, quod in his eveniſſe videmus quae libro de natura humana ſubjecta fuere.

VIII.

Eas igitur venae ſectiones hisce rationibus ductos facere oportet.

Quae ipſe videlicet praemonſtraverat quando ad finem

τῶν φλεβῶν ἐν τῇ τελευτῇ προσθεὶς κατὰ λέξιν ταυτί· δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας ἐπὶ τῶν ἀλγημάτων τῶν ἐν τῷ νώτῳ καὶ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν ἀπὸ τῶν ἰγνύων ποιέεσθαι καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔξωθεν. τῷ δὲ δευτέρῳ ζεύγει ταυτὶ προσγράψας· δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας ποιέεσθαι πρὸς τὰς ὀδύνας τὰς ἀπὸ τῶν ψοῶν καὶ τῶν ὄρχεων ἀπὸ τῶν ἰγνύων καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔσωθεν. ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου καὶ τετάρτου ζεύγους οὐδὲν προσέθηκε περὶ φλεβοτομίας, ὥστε καὶ κατ᾽ αὐτὰ τὸν λόγον ἐλλιπῆ πεποίηκε, πολλὰ μόρια τοῦ σώματος παραλιπὼν, ἐφ᾽ ὧν ἐχρῆν εἰρηκέναι τὰς τμηθησομένας φλέβας. ἀλλὰ ὥσπερ τῆς ὅλης ἀνατομῆς βραχύ τι μόριον ἀποσπάσας ἔγραψεν, οὕτως καὶ τοὺς περὶ φλεβοτομίας λόγους.

θ'.

Ἐπιτηδεύειν δὲ χρὴ τὰς τομὰς ὡς προσωτάτω τέμνειν ἀπὸ τῶν χωρίων ἔνθα ἂν αἱ ὀδύναι μεμαθήκασιν γίνεσθαι καὶ τὸ αἷμα συλλέγεσθαι. οὕτως γὰρ ἂν ἥκιστα ἥ τε μεταβολὴ

primi paris subjunxit haec verba: *Venam itaque ad coxarum et dorsi dolores in poplitibus secabis et exterioribus malleolis.* Secundo item pari haec adscripsit: *Unde ad lumborum dolores et testium venas in tibiis incidere oportet et malleolis interioribus*, ut tamen in tertio et quarto pari nihil de vena secanda meminerit. Quapropter hac etiam parte mancam tradidit hanc institutionem qui multas praeterierit corporis partes, quarum venae quae tundendae essent, explicandae erant; ut ergo ab universa anatomes ratione particulam quandam avulsam litteris commisit, sic et quod de sanguine mittendo referendum erat.

IX.

Studendum autem est venarum sectiones effici quam longissime a locis in quibus dolores fieri et sanguis colligi consuevit, sic enim tum mutatio minime magna dere-

γίγνοιτο μεγάλη ἐξαπίνης καὶ τὸ ἔθος μεταστήσαις ἂν, ὥστε μηκέτι εἰς τὸ αὐτὸ χωρίον συλλέγεσθαι.

Ὅτι μὲν τομὰς εἴρηκε τῶν φλεβῶν, ἃς ἐν συνθέτῳ προσηγορίᾳ φλεβοτομίας ὀνομάζομεν, ὀρθῶς ἤκουσαν οἱ ἐξηγηταί· καὶ γὰρ ὁμολογοῦσι πάντες τοῦτο. ὅτι δὲ οὐ διωρίσατο πότερον ὀδυνωμένων δὴ τῶν μορίων ἀξιοῖ πόῤῥω τὴν ἀντίσπασιν γίνεσθαι τῶν ἐπιῤῥεόντων χυμῶν, ἢ κατὰ τὸν τῆς ὑγιείας χρόνον, ἐν τούτῳ μέμψαιτ' ἄν τις αὐτῷ. ἐμοὶ δ' οὖν δοκεῖ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων εἰρῆσθαι, βουλομένου τοῦ γράψαντος ταῦτα προσεθίζειν, εἰς ἄλλα μόρια φέρεσθαι τοὺς πλεονάζοντας χυμούς.

ι.

[142] *Ὁκόσοι πῦον πολλὸν πτύουσιν ἄτερ πυρετοῦ ἐόντες καὶ ὁκόσοισιν ὑπὸ τὸ οὖρον πῦον ὑφίσταται πολλὸν ἄτερ ὀδύνης ἐοῦσι καὶ ὁκόσοισι τὰ ὑποχωρήματα αἱματώδεα, ὥσπερ ἐν τῇσι δυσεντερίῃσι, καὶ χρόνια ἃ νέοισιν ἐοῦσι πέντε*

pente continget, tum etiam conſuetudinem tollendo effeceris ut ne amplius in eundem locum colligatur.

Quod ſectiones venarum hic intellexerit, quas phlebotomias compoſito appellamus nomine, recte ab expoſitoribus acceptum eſt, qui in hoc omnes conſentiunt. Quod vero minime definierit num dolentibus jam partibus cenſeat procul eſſe revellendos humores vel potius ſanitatis tempore: ea ratione forte veniet reprehendendus. Et mihi quidem videtur quod id in his qui proſpera utantur valetudine dictum ſit, quippe quod voluerit auctor aſſuefacere humores redundantes in alias ferri partes.

X.

Quicunque pus copioſum citra febrem expuunt, et quibuscunque absque dolore pus multum in urina ſubſidet et quibuscunque alvi dejectiones ut in dyſenteriis cruentae ac diuturnae ſunt, ut juvenibus quinque et triginta an-

καὶ τριάκοντα ἐτέων καὶ γεραιτέροισι, τουτέοισι πᾶσιν ἀπὸ ταυτομάτου τὰ νουσήματα γίνεται. ἀνάγκη γὰρ τουτέους ταλαιπώρους τε γίνεσθαι καὶ φιλοπόνους τῷ σώματι καὶ ἐργάτας νεανίσκους ἐόντας. ἔπειτα δ' ἐξανεθέντας τῶν πόνων σαρκωθῆναι μαλθακῇ σαρκὶ καὶ πολὺ διαφερούσῃ τῆς προτέρης καὶ πολλὸν διακεκριμένον ἔχειν τὸ σῶμα, τότε προϋπάρχον καὶ τὸ ἐπιτραφὲν, ὥστε μὴ ὁμολογεῖν. ὁκόταν οὖν νούσημά τι καταλάβῃ τοὺς οὕτω διακειμένους, τότε μὲν παραχρῆμα διαφεύγουσιν, ὕστερον δὲ μετὰ τὴν νοῦσον χρόνῳ τήκεται τὸ σῶμα καὶ ῥέει διὰ τῶν φλεβῶν, ᾗ ἂν εὐρυχωρίη μάλιστα τύχῃ, ἰχωροειδές. ἢν μὲν οὖν ὁρμήσῃ ἐς τὴν κοιλίην τὴν κάτω, σχεδόν τι οἷόνπερ ἐν τῷ σώματι ἐνέῃ, τοιοῦτο καὶ τὸ διαχώρημα γίνεται. ἅτε γὰρ τῆς ὁδοῦ κατάντεος ἐούσης, οὐχ ἵσταται πολλὸν χρόνον ἐν τῷ ἐντέρῳ. ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὸ στῆθος ἐσρυῇ, ὑπόπυοι γίνονται, ἅτε τῆς καθάρσεως ἀνάντεος ἐούσης καὶ χρόνον ἐναυλιζόμενον πολλὸν, ἐν τῷ στήθει κατασήπεται καὶ γίνεται πυοειδές.

norum atque etiam ſenioribus; his omnibus eadem ex cauſa morbi oboriuntur; hos namque et labores toleraſſe et exercitationibus deditos et operarios in juventute fuiſſe neceſſe eſt. Poſtea vero ſolutos laboribus molli carne et multum a priore differente carnoſos eſſe redditos, multumque diſſidens corpus habere, ut quod prius extitit cum eo quod nunc accrevit minime conſentiat. Quum igitur morbus aliquis ſic affectos corripuerit, ii quidem quamprimum evadunt, ſed poſtea a morbo temporis ſucceſſu corpus liquatur et per venas, qua parte ampliſſimae eſſe ſolent, ſanies quaedam fluit. Si igitur ſanies ad inferiorem alvum impetu feratur, quale quid fere ineſt in corpore, tales etiam dejectiones redduntur. Neque enim, cum via declivis ſit, multo tempore in inteſtino ſubſiſtit. At quibus in pectus influit, ii purulenti fiunt, cum nimirum purgatio acclivis ſit et multo tempore immorans in pectore putreſcat et purulentum

ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὴν κύστιν ἐξερεύγηται ὑπὸ τῆς θερμότητος, τουτέου τοῦ χωρίου τὸ καὶ θερμὸν καὶ λευκὸν γίνεται καὶ διακρίνεται, καὶ τὸ μὲν ἀραιότατον ὑφίσταται ἄνω, τὸ δὲ παχύτατον κάτω, ὃ δὴ πῦον καλεῖται.

Τὰ μὲν εἰρημένα κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν ἅπαντά ἐστι σαφῆ καὶ δεῖται τοῦ προσέχοντος αὐτοῖς τὸν νοῦν, οὐκ ἐξηγητοῦ σαφηνίζοντος. εἰ δ' ἀληθῆ πάντ' ἐστὶ, βασανίζειν χρὴ τὸ μὲν τῇ πείρᾳ, τὸ δὲ τῷ λόγῳ. τῇ πείρᾳ μὲν, εἰ χωρὶς τοῦ πυρέξαι τινὲς ὤφθησαν, ἢ ἀποπτύοντες πῦον, ἢ τοῖς οὔροις ἐκκρίνοντές τι, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, εἰ ταλαιπωροῦντες ἐν τῷ πρόσθεν βίῳ νῦν ἐπαύσαντο χρόνῳ συχνῷ καὶ εἰ νοσήσαντες μὲν οὗτοι διεσώθησαν. ὕστερον δ' αὐτοῖς αἱ εἰρημέναι πυώδεις ἐκκρίσεις ἐπιγίγνονται. ταῦτα μὲν οὖν τῇ πείρᾳ κριθῆναι χρή. τῷ λόγῳ δὲ τὴν αἰτίαν, ὑφ' ἧς γίνεσθαί φησιν ὁ γράψας αὐτὰ, πότερον ἀληθὴς, ἢ ψευδής ἐστιν. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔχει τὸ ἐξ ἀνάγκης τὰ εἰρημένα πρὸς αὐτοῦ πρόδηλόν ἐστι τοῖς γεγυμνασμέ-

reddatur. Quibus vero in veſicam effunditur, a loci calore calida et alba fit et ſecernitur, quodque rariſſimum exiſtit, ſupra innatat, craſſiſſimum vero, quod ſane pus appellatur, ſubſidet.

Omnia quae hac traduntur ſerie clara ſunt potiusque lectorem qui animum advertat quam expoſitorem deſiderant qui declaret: quae tamen an vera ſint partim experientia partim ratione examinanda ſunt. Experientia quidem obſervandum eſt num aliqui a febre immunes viſi unquam ſint aut ſputo pus rejeciſſe, aut urinis aliquid excreviſſe. Praeterea ſi priorem vitam duxerint laborioſam, moxque quieverint multo tempore, atque ſi ii a morbo detenti incolumes evaſere et ſubinde ſi purulentae excretiones ſupervenerint. Haec experimentis ſunt judicanda. Ratione vero, ſi quam is retulit, cauſa vera ſit vel ſecus. Jam vero quod iſta ab ipſo auctore producta nullam ſecum habeant neceſſitatem, facile omnibus con-

νοις ἐν ἀποδεικτικαῖς μεθόδοις. εἰ δὲ τὸ πιθανὸν γοῦν ἔχει καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος σκοπείσθω. κινδυνεύει γὰρ ἐν τῷ πρός τι τὸ πιθανὸν εἶναι. περὶ μὲν οὖν τῶν διὰ πείρας φαινομένων ἔχοιμι ἄν σοι κἀγὼ φάναι τό γε τοσοῦτο, ὡς αἱματώδεις μὲν ἐκκρίσεις διὰ γαστρὸς εἶδον οὐκ ὀλίγας γινομένας τισὶ τῶν καταλυσάντων ἔθος γυμνασίων σφοδρῶν, οὐδεμίαν δὲ ἔκκρισιν πυώδη. μυξώδη μέντοι πολλάκις ἐκ περιόδων τινῶν ἀτάκτων τε καὶ τεταγμένων, οὐρούμενά τε καὶ διὰ γαστρὸς ἐκκρινόμενα τούτοις ἐθεασάμην, ὥσπερ γε καὶ πτύσματα πέπονα μὲν, οὐ μὴν πυώδη γε.

ια'.

[143] (26) *Γίνονται δὲ καὶ λίθοι τοῖσι παιδίοισι διὰ τὴν θερμότητα τοῦ χωρίου τε τουτέου καὶ τοῦ ὅλου σώματος, τοῖσι δὲ ἀνδράσιν οὐ γίνονται λίθοι διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ σώματος.*

Τοῦ χωρίου, δηλονότι τῆς κύστεως, ὑπὲρ ἧς κατὰ

ſpicuum erit qui demonſtrativis methodis operam navarunt. An autem probabile ſaltem habeat, ſecum quisque perpendat: videtur enim probabile in his eſſe quae ad aliud referuntur. Et equidem quantum ad ea ſpectat quae in experimentis apparent, tantum hoc habeo quod tibi afferam, me cruentas vidiſſe ſaepenumero dejectiones per alvum ab his qui conſuetas validasque exercitationes dimiſerint excretas: purulentas vero nequaquam. Vidi praeterea ex quibusdam periodis tum ordinatis tum inordinatis mucoſa ab his in urinis reddi et per alvum dejici: ſicut et ſputa cocta quidem, purulenta vero minime.

XI.

At vero calculi pueris ob loci hujus ac univerſi corporis calorem procreantur, ſed viris ob corporis ſrigus calculi non generantur.

Loci nimirum veſicae, de qua in fine prioris orationis

τὴν τελευτὴν τῆς προτέρας ῥήσεως οὕτως ἔγραψεν· ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὴν κύστιν ἐξερεύγηται ἀπὸ τῆς θερμότητος, τουτέου τοῦ χωρίου λευκὸν γίνεται· τοῖς οὖν παιδίοις φησὶ τοὺς λίθους γίνεσθαι διὰ τὴν θερμότητα τῆς τε κύστεως καὶ ὅλου τοῦ σώματος, εἶτα ἐπιφέρων ἐρεῖ περὶ τῆς θερμότητος τῶν παιδίων.

ιβ'.

Εὖ γὰρ χρὴ εἰδέναι ὅτι ὁ ἄνθρωπος τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων θερμότατός ἐστιν αὐτὸς ἑωϋτοῦ, τῇ δ' ὑστάτῃ ψυχρότατος.

Ἁπλῶς τῶν λεγόντων θερμότατον, ἄνευ διορισμοῦ, τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἀληθὴς ὁ λόγος ἐστὶ, μετὰ διορισμοῦ δ' ἀληθής. θερμότατος γὰρ ἄν γε ῥηθῇ τῷ ἐμφύτῳ. τοῦτο γάρ ἐστι πλεῖστον τοῖς παιδίοις. ὁ δὲ γράψας τὴν προκειμένην ῥῆσιν αὐτὸ τὸ κυριώτατον ἐν τῷ λόγῳ παρακήκοεν, ὡς διὰ τῆς ἑπομένης ῥήσεως ἔσται δῆλον. εὑρεθήσεται γὰρ οὐχ ὡς Ἱπποκράτης

ſic ipſe ait: *Quibus in veſicam ejicitur, a loci iſtius calore albeſcit.* Inquit ergo quod calculi pueris innaſcuntur ob calorem tam veſicae quam corporis totius. Poſtea de puerorum calore ſic ſubjungit.

XII.

Nam probe noſſe oportet hominem primo dierum decurſu ipſum ſui comparatione *calidiſſimum eſſe, poſtremo vero frigidiſſimum.*

Qui ſimpliciter absque ea limitatione, ſcilicet primis illis diebus hominem ajunt calidiſſimum eſſe, eorum ſermo non eſt verus: at cum limitatione verus; calidiſſimus ſiquidem eſt ſi de innato calore loquamur, is enim in pueris plurimus eſt. Id autem, ut ſequens indicabit oratio, ille qui haec ſcripſit obaudiviſſe videtur, quod tamen in hoc ſermone praecipuum erat. Neque enim ut Hippocra-

τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχειν τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἔφη καὶ αὐτὸς οὕτως γινώσκων, ἀλλ' ἄνευ τοῦ ἐμφύτου ἡγούμενος ἁπλῶς εἶναι θερμὰ τὰ αὐξανόμενα.

ιγ'.

Ἀνάγκη γὰρ αὐξανόμενον καὶ χωρέον τὸ σῶμα πρὸς βίην θερμὸν εἶναι.

Ἱπποκράτους εἰπόντος τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχειν τὸ ἔμφυτον θερμὸν, οὕτως ἔοικεν ἁπλῶς ἀκηκοέναι θερμὸν εἶναι τοῖς αὐξανομένοις τὸ σῶμα, μὴ προσκειμένου τῷ λόγῳ τὸ ἔμφυτον. χωροῦν γὰρ αὐτό φησι πρὸς βίαν θερμὸν γίνεσθαι. τὸ δὲ πρὸς βίην χωρεῖν, τοιόνδε τι βούλεται δηλοῦν. ἔργον αὐτῷ δοκεῖ βίαιόν τι καὶ ἰσχυρὸν ἡ αὔξησις εἶναι, ὥσπερ αὖ τἄλλα τῶν ἰσχυρῶν ἔργων ἐκθερμαίνει τοὺς ἐνεργοῦντας, οὕτω καὶ ἡ αὔξησις. ἀλλ' ἔμπαλίν γε ἐχρῆν αὐτὸν εἰρηκέναι, διὰ τὸ ἔμφυτον θερμὸν αὔξεσθαι τοὺς παῖδας, οὐ διὰ τὴν αὔξησιν γίνεσθαι θερμούς. τὸ γὰρ

tes dixit, *qui augentur plurimum habent innati caloris*, ita hunc ſenſiſſe offendes: imo nativo praetermiſſo ſimpliciter putaſſe calida eſſe quae creſcunt.

XIII.

Quod enim augeſcit corpus et ad robur procedit, id calidum eſſe neceſſe eſt.

Quum Hippocrates dixerit: *qui augentur plurimum habent innati caloris*, videtur hic auctor exiſtimaſſe corpora his qui augentur calida ſimpliciter eſſe: qui innati nihil in hoc meminerit ſermone. Quod enim ad vim progreditur, calidum fore ait, ad vim autem progredi vult quid hujusmodi indicare; videtur ipſi incrementum eſſe rem violentam et validam et ut opera alia vehementiora operarios excalſaciunt, ſic et incrementum. At contra debuerat dicere ex innato calore pueros augeri, non autem ob id eos incaleſcere quod augeantur. Nam calor

ἔμφυτον θερμὸν οὐ μόνον εὔκρατον θερμὸν, ἀλλὰ καὶ ὑγρόν. εἰκότως οὖν αὔξεται τὰ τοιαῦτα σώματα. διατεινόμενα γὰρ εἰς τὰς τρεῖς διαστάσεις οἱονεὶ καὶ διαφυσώμενα, [144] τὴν εἰς ἁπάσας αὐτὰς ἐπίδοσιν λαμβάνει. διατείνει μὲν οὖν ἡ φύσις αὐτὰ πάντη, πρὸς τοῦτο ὀργάνῳ συμφύτῳ χρωμένη τῷ θερμῷ. διατείνεται γὰρ ἑτοίμως διὰ τὴν ὑγρότητα. τά γε μὴν πολλὰ τῶν παίδων ἀδηφαγοῦντα πλεῖστον ἀθροίζει τὸν ἰδίως ὀνομαζόμενον ὠμὸν χυμὸν, ἐξ οὗ ῥᾳδίως ὁ λίθος γεννᾶται, τούτου μὲν ὕλης ἔχοντος λόγον, ἐξ οὗ ὁ λίθος γεννᾶται, ποιητικοῦ δὲ αἰτίου τῆς θερμασίας.

ιδ'.

Ὁκόταν δ' ἄρξηται μαραίνεσθαι τὸ σῶμα, καταῤῥέον πρὸς εὐπέτειαν, ψυχρότερον γίνεται.

Κἀνταῦθα πάλιν, ὅτε δὲ μηδὲν αὔξεται τὸ σῶμα τοῖς παρακμάζουσι, διὰ τὴν ἀργίαν αὐτό φησι γίνεσθαι ψυχρότερον, ἔμπαλιν δὲ ἄμεινον αἰτιολογεῖν. ἐλάττονος γὰρ

ipſe innatus non ſolum moderate calidus, ſed praeterea etiam humidus eſt. Igitur jure merito ejuscemodi augentur corpora, quippe quae in tres diſtendantur dimenſiones et quaſi inflentur et propterea omnibus illis fit acceſſio. Itaque ea undique natura diſtendit ad hoc negotium organo uſa calore innato; ex humore enim habet ut facile protendatur. Atque plerique pueri, utpote qui plurimum voraces ſint, humorem non modicum aggregant, quem crudum proprie vocamus, qui calculo gignendo in primis opportunus eſt accedente calore veluti effectrice cauſa.

XIV.

At ubi marceſcere corpus coeperit et ad exitium delabitur, frigidius evadit.

Et hic rurſum quando non amplius augetur corpus his qui inclinata aetate ſunt, ipſum ab otio fieri ait frigidius, at ſatius erat ut contra ratio cauſae aſſignaretur:

αὐτῷ γινομένου τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ καὶ αὔξησις ἐπαύσατο. σαφέστερον δὲ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐδήλωσεν ὁ γράψας ταῦτα διὰ τῆς ἐχομένης ῥήσεως.

ιε'.

Καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὁκόσον τῇ προτέρῃ τῶν ἡμερέων πλεῖστον αὔξεται ἄνθρωπος, τοσοῦτο θερμότερος γίνεται, καὶ τῇ ὑστάτῃ τῶν ἡμερέων, ὁκόσον πλεῖστον καταμαραίνεται, τοσοῦτο ψυχρότερον ἀνάγκη εἶναι.

Ὀρθῶς οὖν ἡμεῖς ἐξηγησάμεθα τὴν προκειμένην ῥῆσιν, ἐν ᾗ φησιν· ἀνάγκη γὰρ αὐξανόμενον καὶ χωρέον τὸ σῶμα πρὸς βίην θερμὸν εἶναι. ἐχρῆν γὰρ ἔμπροσθεν αὐτὸν εἰπεῖν διὰ τὸ ἔμφυτον θερμὸν αὔξεσθαι τὸ αὐξανόμενον, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν αὔξησιν γίνεσθαι θερμόν. ἀνάλογον δὴ τούτου κἀπὶ τοῦ παρακμάζοντος, ἐπεὶ μηκέτ' αὔξεται, ψυχρὸν αὐτὸ νομίζειν γίνεσθαι διὰ τὴν ἀργίαν τῆς πρότερον μὲν ἐνεργούσης αὐξήσεως, νυνὶ δὲ παυομένης.

---

ob id enim quia illis innatus calor imminuitur, et incrementum etiam ceſſat; clarius tamen horum auctor ſuam in ſequenti parte ſententiam aperuit.

XV.

Atque hac ratione quo plurimum prioribus diebus increſcit homo, eo calidior evadit; atque ultimis diebus quanto plurimum marceſcit, tanto eum frigidiorem eſſe neceſſe eſt.

Nos ergo recte partem ſuperiorem ubi ait: *neceſſe ſiquidem eſt ut augeſcens corpus et ad vim progrediens calidum ſit*, interpretati ſumus. Erat enim e contrario dicendum ob calorem innatum augeri quae augentur, non autem quia augeantur ideo eſſe calida, ut eadem ſit ratio in his quae decreſcunt. Putat namque quando non amplius creſcit, frigidum fieri propter otium, dum priſtinum incrementum, quod in corpore erat, nunc quiescit.

ιστ'.

Ὑγιέες δὲ γίνονται αὐτόματοι οἱ οὕτω διακείμενοι, πλεῖστοι μὲν ἐν τῇ ὥρῃ ἣν ἄρχονται τήκεσθαι, πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμερέων. ὁκόσοι δ' ἂν τὴν ὥρην ταύτην ὑπερβάλλωσιν, ἐνιαυτῷ αὐτόματοι ὑγιέες γίνονται, ἢν μή τι ἐς ἄλλο κακουργῆται ὁ ἄνθρωπος.

Τίνας λέγει τοὺς οὕτω διακειμένους; οὓς προειρήκει δηλονότι καταλύσαντας τὰ γυμνάσια διὰ τὴν ἀργίαν ἀποπτύειν τε καὶ οὐρεῖν πῦον, ἁλίσκεσθαί τε δυσεντερίαις. ἐγὼ δὲ ἔφην ἁλισκομένους μὲν δυσεντερίαις αἱματηραῖς ἑωρακέναι πολλοὺς τῶν εἰς ἄπονον μεταστάντων ἐκ ταλαιπωρικοῦ [145] καὶ ἐργαστικοῦ τοῦ πρόσθεν βίου. πῦον δὲ οὔτ' ἀναβήττοντας οὔτ' οὐροῦντας ὦφθαί μοί τινας. ἀλλ' οὗτός γέ μοι δοκεῖ τὸν ὠμὸν ὀνομαζόμενον χυμὸν ὅταν πεφθῇ γε, πῦονε ἶναι. καὶ τί θαυμαστὸν, ὅπου γε καὶ ὁ Ἐρασίστρατος τὰς ἐν τοῖς οὔροις ὑποστάσεις ἐπὶ τῶν πυρεσσόντων οὐ τοῦτον εἶναι τὸν χυμὸν, ἀλλὰ πῦον ἡγεῖται; μηδ' ὅτι

XVI.

Sic autem affecti ſua ſponte ſaneſcunt; plurimi quidem quo anni tempore liqueſcere coeperint, quinto et quadrageſimo die. Qui vero hoc anni tempus ſuperaverint, anno ſponte convaleſcunt, niſi quid aliud hominem male habuerit.

Quosnam eo ſe habentes modo nominat? nimirum quos prius commemoraverat, qui ab exercitatione ad otium translati pus expuunt et mingunt dyſenteriisque corripiuntur; ubi equidem dixi me plures vidiſſe cruentis arreptos dyſenteriis qui laborioſa negotioſaque vita relicta ad deſidem ſe contulerint: qui vero pus expuerint aut minxerint, nullos unquam vidiſſe. At hic, ut arbitror, crudum quem vocant humorem, ubi concoctus ſit, pus eſſe putat. Qui autem hoc mirum ſit? quando et Eraſiſtratus quoque ea quae in urinis febricitantium ſubſident

τῶν ὑγιαινόντων τοῖς ἀδηφαγοῦσιν ὑφίσταται πολὺ τὸ τοιοῦτο γινώσκων. τεθεάμεθα γοῦν παμπόλλους τῶν ἀργῶς βιούντων διὰ χρόνων τινῶν ἐκκρινομένους διὰ τῶν οὔρων τῇ καλουμένῃ μύξῃ παραπλήσια πάμπολλα, καί τισιν αὐτῶν βραδεῖαν ποιησαμένην τὴν διέξοδον πύῳ παραπλήσιον φαίνεται τὸ ἐκκρινόμενον, καθάπερ γε κἀπὶ τῶν ἀναπνευστικῶν, διὰ τὸ πλείονι χρόνῳ κατεγχρωσμένα πέττεσθαι τὰ τοιαῦτα. τούτου δ' οὖν καὶ αὐτὸς εἶπε τὴν αἰτίαν ἔμπροσθεν ἐπὶ μὲν τῆς δυσεντερίας τὸ κάταντες τῆς ὁδοῦ, ταχείας διεξόδου τῶν περιττῶν αἴτιον εἶναι φάσκων, ἐπὶ δὲ τῶν ἀναπτυομένων τὸ ἄναντες τῆς βραδείας, ἐπὶ δὲ τῶν (27) οὔρων τὴν θερμασίαν τοῦ χωρίου. εἰ δέ τις οὐ συγχωρεῖ διαφέρειν ὠμοῦ χυμοῦ πῦον ἐν οὔροις, ἢ πτύσμασιν, ἢ διαχωρήμασι, δυοῖν θάτερον οὗτος πέπονθεν, ἢ ἑκὼν πανουργεῖν διὰ ἀκολουθίαν τὴν πρὸς τὸ δόγμα, καθάπερ Ἐρασίστρατος ἐπὶ φλεγμονῇ γίνεσθαι βουλόμενος ἅπαντας τοὺς πυρετοὺς, ἢ σοφιστής ἐστιν ἀνομίλητος τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης, οὓς ὀρθῶς ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ λογιατρούς.

pus esse, non hunc humorem censeat? neque noverit in bene valentibus etiam qui voraces sint id genus plurimum subsidere? Nos multos observavimus qui aliquandiu in otio vitam egere urinis magnam copiam rei quae muco sic appellato similis erat excrevisse, et in eorum nonnullis ubi haec tarde permeabant puri similia excernebantur, quemadmodum et in respiratoriis instrumentis, quando diutius contenta concoquuntur. Hujus autem et ipse paulo ante causam retulit: in dysenteria quidem, quum dixit viam declivem in causa esse celeris excrementorum transitus, quemadmodum tardi acclivem in iis quae tussi rejiciuntur, in urinis vero loci calorem. Quod si quis concedere nolit in urinis aut sputis aut excrementis a pure crudum humorem differre, is alterutro errori obnoxius est, quia vel ultro, ne suum dogma prodere videatur, dolose agit, Erasistratum imitatus qui voluit febres omnes habere ab inflammationibus ortum: vel sophistes est, qui in operibus artis nunquam versatus sit. Hos antiqui recte

ἕτερον γάρ ἐστι καὶ χροᾳ καὶ συστάσει καὶ ὀσμῇ τὸ πῦον ὠμοῦ χυμοῦ. καὶ γίνεται δὲ καὶ διὰ ῥινῶν καὶ διὰ στόματος ἐν περιόδοις τισὶν ἀτάκτοις τε καὶ τεταγμέναις ἔκκρισις ὠμῶν χυμῶν ἐκκαθαίρουσα τὸν ἐγκέφαλον, ἧς οὐκ ἐμνημόνευσε νῦν ὁ ταύτην τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν γράψας. εἰκότως δὲ ἔφησεν αὐτομάτως ὑγιάζεσθαι τοὺς προειρημένους, ὅπερ ἐστὶν οὐδὲν ἡμῶν πραξάντων. αὐτάρκως γὰρ ἡ φύσις αὐτοὺς ἐκκαθαίρει. προθεσμίαν δὲ τῆς ἐκκαθάρσεως ἔθετο διττὴν αὐτοῖς, τὴν μὲν ἑτέραν κατὰ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους ἐν ᾗ τὴν εἰρημένην ἔκκρισιν αὐτοῖς ἄρξασθαι συνέβη, τὴν δὲ ἑτέραν εἰς ἐνιαυτὸν ἐκτεινομένην, ἀλλὰ καὶ τὴν ὀλιγοχρόνιον εἰς πέντε καὶ τεσσαράκοντα προήκειν ἡμέρας. τινὲς δὲ οὐ πέντε καὶ τεσσαράκοντα γράφουσι, ἀλλὰ τεσσεράκοντα. πολλοὺς δὲ ἐγὼ θεασάμενος οὕτω καθαιρομένους ὑπὸ τῆς φύσεως, οὐ δύο μόνον ὡρῶν τῆς κενώσεως εἶδον, ὡς οὗτος ἔγραψεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ πολλάς. ἄλλος γὰρ ἐν ἄλλῃ προθεσμίᾳ τελέως ἐξεκαθάρθη, τινὲς μὲν τετταράκοντα ἡμέρας, τινὲς δὲ καὶ μέχρι μηνῶν προῦ-

λογιατροὺς appellant. Porro a crudo humore pus colore, ſubſtantia ac odore diſtat. Jam et per nares et per os certis quibusdam vel incertis circuitibus fit hujusce crudi humoris excretio, unde expurgatur cerebrum, cujus nulla nunc ab illo qui haec ſcripſit mentio habita eſt. Merito tamen dixit praedictos ſponte ſua fuiſſe ſanatos, id eſt nullo noſtro negotio: nam ipſa quantum ſatis ſit natura expurgat. At expurgationis duplicem ipſe praeſcripſit terminum: alterum eo anni tempore quo dicta jam excretio ipſis coepiſſe contigit, alterum qui in annum protenditur, ut tamen qui brevior eſt ad quinque et quadraginta dies producatur. Nonnulli vero non quadraginta quinque, ſed quadraginta ſcribunt. Ego ſane multos in hunc modum a natura fuiſſe expurgatos cum obſervaverim, non eos duos ſolummodo terminos evacuationis quos iſte deſcripſit animadverti, ſed quam plures. Alius etenim alio praefixo termino plene purgatus eſt, alii quidem diebus quadraginta, alii in menſes et eos non numero pares,

βησαν, οὐκ ἴσων τῶν ἀριθμῶν. ἔστι δὲ οἳ καὶ δι' ὅλου τοῦ ἔτους παραμένον ἔχοντες τὸ σύμπτωμα.

ιζ'.

Ὁκόσα δὲ τῶν νουσημάτων γίγνονται ἐξ ὀλίγου καὶ ὁκόσων αἱ προφάσιες εὔγνωστοι, ταῦτα δὲ ἀσφαλέστατά ἐστι προσαγορεύεσθαι. τὴν δὲ ἴησιν χρὴ ποιέεσθαι αὐτέων ἐνάγκούμενον τῇ προφάσει τῆς νούσου, οὕτω γὰρ ἂν λύοιτο τὸ τὴν νοῦσον παρασχὸν ἐν τῷ σώματι.

Τούτῳ μάχεσθαι δοκεῖ τὸ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς εἰρημένον· τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προσα- [146] γορεύσιες οὔτε τῆς ὑγιείης οὔτε τοῦ θανάτου. καὶ Σαβῖνος αὐτὸ πειραθεὶς λῦσαι περιελάλησε μὲν, οὐδὲν δὲ εἶπε πιθανόν. οὕτω δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον. δοκοῦσι δή μοι μὴ συνηκέναι τί σημαίνει τὸ ἐξ ὀλίγου. νομίζουσι γοῦν ἐπὶ τῶν ὀλιγοχρονίων καὶ ὀξέων γίνεσθαι τὸν λόγον. ἔοικε δὲ οὐ περὶ τού-

progreſſi ſunt, nec defuere qui per annum integrum ab eo ſymptomate detenti ſunt.

XVII.

Qui morbi levi momento oriuntur et quorum cauſae cognitu ſunt faciles, ii ſecuriſſimi eſſe praedicantur; eorum autem curatio oppoſitis cauſae morbi remediis molienda eſt, ſic enim quod morbum in corpore concitavit ſolvitur.

Cum his illud pugnare videtur quod in Aphorismis traditum eſt. *Acutorum morborum non omnino certae ſunt pronuntiationes neque ſalutis neque mortis.* Sabinus dum nodum ſolvere conatur, nugatur plurimum, nihil tamen quod conſentaneum eſſet attulit et aliorum plerique qui librum hunc exponendum ſuſcepere. Mihi vero non videntur aſſequi quid *ἐξ ὀλίγου* ſibi velit, ipſi enim arbitrantur de brevibus et acutis morbis ſermonem haberi,

των λέγειν τοῦτο, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐξ αἰτιῶν προδήλων τὴν γένεσιν ἐσχηκότων πρόσφατον, ἐξ ὀλίγου χρόνου καὶ οὐκ ἐκ πολλοῦ κατασκευασθεῖσαν. ἐπὶ τούτων γὰρ ἡ πρόῤῥησις τοῦ γενησομένου ῥᾴστη, ὅτι καὶ τὸ αἴτιον ὁποῖόν τε καὶ πηλίκον ἐστὶν ἔγνωσται. ὅσα δὲ ἐκ πολλοῦ χρόνου κατὰ βραχὺ γενόμενα μηδεμίαν ἔχον αἰτίαν προφανῆ τῆς γενέσεως, οὐχ ὁμοίως ἐπὶ τούτων ἡ πρόγνωσις ἀσφαλής. ὑπόγυοι δὲ αἰτίαι νοσημάτων εἰσὶν ἐγκαύσεις, ψύξεις, ἀγρυπνίαι, λῦπαι, φροντίδες, ἀπεψίαι, σκληροκοιτίαι, κάματοι, μέθαι καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα. διὰ τοῦτ' οὖν καὶ τὴν ἴασιν ἔφη τῶν τοιούτων ποιεῖσθαι διὰ τῶν ἐναντίων τῇ προφάσει τοῦ νοσήματος, οἷον εἰ ἐνεκαύθη, ψύχοντα, εἰ ἐψύχθη, θερμαίνοντα, εἰ ἔκαμεν, ἀναπαύοντα, εἰ ἤργησε παρὰ τὸ ἔθος, ἐπὶ πλέον γυμνάζοντα, εἰ ἐπληρώθη, κενοῦντα, εἰ ἐκενώθη, πληροῦντα, καθάπερ καὶ πρόσθεν εἶπε κατὰ τὴν ῥῆσιν, ἧς ἡ ἀρχή· ὁκόσα πλησμονὴ τίκτει νουσήματα, κένωσις ἰῆται.

---

cum tamen ipſe non videatur id voluiſſe, ſed de his qui a manifeſtis cauſis recentem ortum habent, ex brevi tempore, non autem ex multo excitatum. In his ſiquidem facilis eſt ejus quod eventurum eſt praedictio, utpote quia jam et ipſa cauſa qualis et quanta ſit cognoſcatur. At qui paulatim et longo temporis ſpatio fiunt, nec ſui ortus apertam aliquam cauſam habent, in his non ita erit praeſagitio tuta. Recentes vero morborum cauſae ſunt aeſtus, refrigerationes, vigiliae, moerores, curae, cruditates, durum cubile, laſſitudines, ebrietates et id genus reliqua. Per ea ergo quae morborum occaſionibus contraria ſunt, moliendam eſſe curationem ait; ut ſi exaeſtuaverit, refrigerantia adhibeantur, ſi frixerit, calefacientia: ſi laboraverit, ut quieſcat, ſi in otio praeter morem degerit, plenius exercitetur, ſi fuerit repletus, evacuetur, ſi evacuatus, repleatur: in quem modum ſuperius etiam ea parte dixit, cujus principium eſt: *quos morbos repletio gignit, evacuatio ſanat.*

ιη'.

Ὁκόσοισι δὲ ψαμμώδεα ὑφίσταται, ἢ πῶροι ἐν τοῖσιν οὔροισι, τουτέοισι τὴν ἀρχὴν φύματα ἐγένοντο πρὸς τῇ φλεβὶ τῇ παχείῃ καὶ διεπύησεν. ἔπειτα δὲ ἅτε οὐ ταχέως ἐκραγέντων τῶν φυμάτων, πῶροι συνετράφησαν ἐκ τοῦ πύου, οἵτινες ἔξω θλίβονται διὰ τῆς φλεβὸς σὺν τῷ οὔρῳ ἐς τὴν κύστιν.

Γένοιτο μὲν ἂν ποτε καὶ καθ' ἣν εἶπεν αἰτίαν οὖρα τοιαῦτα. γένοιτο δ' ἂν καὶ αὐτοῦ τοῦ νεφροῦ παθόντος ὁμοίως, ἄνευ τῆς μεγάλης φλεβός. ὡς τὸ πολὺ δὲ χωρὶς φυμάτων συμβαίνουσιν αἱ εἰρημέναι διὰ τῶν οὔρων ἐκκρίσεις, ὅταν παχὺς, ἢ γλίσχρος ἱκανῶς χυμὸς βραδεῖαν ποιούμενος τὴν διέξοδον ὑπὸ τῆς ἐν τῷ τόπῳ θερμασίας ξηραινόμενος παγῇ.

ιθ'.

Ὁκόσοισι δὲ αἱματώδεα μόνον τὰ οὐρήματα, τουτέοισιν αἱ φλέβες πεπονήκασιν.

XVIII.

Quibus autem in urinis arenulae vel lapilli ſubſident, iis per initia tubercula ad craſſam venam enata ſunt ac ſuppurata; poſtea vero quum ea tubercula haud ita cito erupta ſunt, lapilli ex pare coaleſcunt qui per venam cum urina in veſicam foras extruduntur.

Poteſt quidem eſſe ut ea de cauſa quam ipſe attulit, ejuscemodi urinae fiant: poteſt et pariter eſſe ut fiant absque vena ex affectu ſcilicet renis frequenter; tamen hujusmodi excretiones in urinis proveniunt etiam ſine tuberculis, nempe quando craſſus et ſatis viſcoſus humor tarde egrediens ab illius loci calore exiccatus cogitur.

XIX.

At quibuscunque urinae quidem ſolum cruentae ſunt, his venae laborarunt.

Τὸ πεπονήκασιν ἄδηλόν ἐστιν ἐπὶ τίνος εἴρηται. δύναται γὰρ καὶ τὸ κεκμήκασι δηλοῦν, ὡς ἐκλύτους γεγονυίας αὐτὰς, ἡμίπεπτόν τε γεννᾷν αἷμα καὶ μεθιέναι τοῦτο ῥᾳδίως δι' ἀτονίαν. ἢ ὡς ἀλλότριον ἀποκρίνειν. δύναται δὲ κοινῶς τὸ πεπόνθασιν ἐκ τοῦ πεπονήκασι δηλοῦσθαι, μηδὲν αὐτῶν τῶν νεφρῶν πεπονθότων, ἀλλ' ἐν μόναις ταῖς φλεψὶν οὔσης τῆς διαθέσεως, οὐ μὴν ὁποία τίς ἐστιν ἐκ τῆς τοιαύτης ἐξηγήσεως δηλοῦται. πρόδηλον δέ ἐστιν ὡς οὔθ' Ἱπποκράτης οὔτε Πόλυβος εἶπεν ἂν οὐρήματα, δυνάμενοί γε εἰπεῖν, ὁκόσοισι δὲ αἱματώδεα τὰ οὖρα. καὶ πολλάκις γε πάνυ τι γράφων ὁ Ἱπποκράτης οὖρα, [147] κατ' οὐδεμίαν λέξιν εἶπεν οὔρημα. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τῶν παρεγγεγραμμένων ἐνδείκνυται σαφῶς αὐτὰ μήθ' Ἱπποκράτους εἶναι μήτε Πολύβου.

κ'.

Ὁκόσοισι δὲ ἐν τῷ οὐρήματι παχεῖ ἐόντι σαρκία σμικρὰ

Obſcurum eſt qua de re, laborarunt, dixerit. Nam ſignificare poteſt eas imbecilles factas ut ſolutis viribus ſemicoctum ſanguinem generent, qui vel earum imbecillitate facile profluat vel quaſi res aliena ab illis excernatur. Poteſt praeterea communiter laborarunt ſignificare affectae ſunt, quod ſcilicet tota affectio citra renum incommodum ad ſolas venas pertineat: quae tamen illa ſit, haud ex hac expoſitione indicatur. At vero perquam manifeſtum eſt quod neque Hippocrates neque Polybus unquam *οὐρήματα* dixiſſent, cum ita dicere potuerint, quibus ſanguinolenta ſunt *τὰ οὖρα.* Alioquin enim Hippocrates frequentiſſime *οὖρα* ſcripſit, *οὔρημα* vero nullibi in ejus ſcriptis invenias. Sunt et alia multa adſcripta in hoc libro, quae manifeſte indicant, ea neque Polybi neque Hippocratis fuiſſe.

XX.

Quibuscunque autem in urina craſſa exiſtente carunculae

τριχοειδέα συνεξέρχεται, ταῦτα δὲ ἀπὸ τῶν νεφρῶν εἰδέναι χρὴ ἐόντα καὶ ἀπὸ τῶν ἀρθριτικῶν.

Τὸν ἀφορισμὸν ἐνταῦθα μετέφρασε τόνδε· ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία σμικρὰ, ἢ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται.

κα'.

Ὁκόσοισι δὲ καθαρὸν τὸ οὖρον ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε οἷόν γε πίτυρα ἐκφέρεται ἐν τῷ οὐρήματι, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

Πάλιν κἀνταῦθα τὸν ἀφορισμὸν ἐκεῖνον παρέφρασεν· ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι πιτυρῶδές τι συνεξέρεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

κβ'.

(28) *Οἱ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν γίνονται ἀπὸ χολῆς. εἴδεα*

parvae piliformes ſimul prodeunt, eas a renibus et ab arthriticis prodire noſſe oportet.

Aphorismum illum in hoc loco interpretatus eſt. *Quibus cum urina craſſa caruncula parvae aut capillis ſimiles egrediuntur, his a renibus fit excretio.*

XXI.

Quibus vero urina pura eſt et alias atque alias veluti furfures in urina innatant, iis veſica ſcabioſa exiſtit.

Hoc item loco eum aphorismum deſcripſit. *Quibus in urina craſſa furfuraceum quid excernitur, his veſica ſcabie laborat.*

XXII.

Plurimae febres a bile procreantur: earum autem ſpecies

δὲ αὐτέων εἰσὶ τέσσαρα, χωρὶς τῶν ἐν τῇσιν ὀδύνῃσι γινομένων τῇσιν ἀποκεκριμένῃσιν. οὐνόματα δ᾽ αὐτέων ἐστὶ σύνοχος καὶ ἀμφημερινὸς καὶ τριταῖος καὶ τεταρταῖος. ὁ μὲν οὖν σύνοχος καλεόμενος ἀπὸ πλείστης χολῆς καὶ ἀκρητεστάτης καὶ τὰς κρίσιας ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ ποιέεται. τὸ γὰρ σῶμα οὐ διαψυχόμενον οὐδένα χρόνον συντήκεται ταχέως, ἅτε ὑπὸ πολλοῦ τοῦ θερμοῦ θερμαινόμενον. ὁ δὲ ἀμφημερινὸς μετὰ τὸν σύνοχον, ἀπὸ πλείστης χολῆς γίνεται καὶ ἀπαλλάσσεται τάχιστα τῶν ἄλλων. μακρότερος δέ ἐστι τοῦ σύνοχου, ὅτι ἀπ᾽ ἐλάσσονός τε γίνεται χολῆς καὶ ὅτι ἀνάπαυσιν ἔχει τὸ σῶμα, ἐν δὲ τῷ συνόχῳ οὐκ ἀναπαύεται οὐδένα χρόνον. ὁ δὲ τριταῖος μακρότερός ἐστι τοῦ ἀμφημερινοῦ καὶ ἀπὸ χολῆς ἐλάσσονος γίνεται. ὁκόσῳ δὲ πλείονα χρόνον ἐν τῷ τριταίῳ ἢ ἐν τῷ ἀμφημερινῷ τὸ σῶμα ἀναπαύεται, τοσούτῳ χρονιώτερος οὗτος ὁ πυρετὸς τοῦ ἀμφημερινοῦ ἐστιν. οἱ δὲ τεταρταῖοι τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, χρονιώτεροι δέ εἰσι μάλα τῶν τριταίων, ὁκόσον ἔλασσον μετέ-

ſunt quatuor praeter eas quae doloribus ſeparatis ſuccedunt. Earum autem nomina ſunt continens, quotidiana, tertiana et quartana. Quae itaque continens vocatur, ex plurima et meraciſſima bile provenit, criſesque breviſſimo tempore efficit: quum namque corpus nullo tempore perfrigeratur et a multo calore incaleſcit, celeriter colliqueſcit. Quotidiana poſt continentem a plurima bile generatur et prae caeteris celerrime diſcedit, at continente diuturnior eſt, tum quod a pauciore bile procreetur, tum quod in ea intermiſſionis quietem habeat corpus; at in continente nullo unquam tempore quieſcit. Tertiana vero quotidiana longior eſt et a pauciore bile fit; et quo longiori in ea tempore quam in quotidiana corpus quieſcit, eo diuturnior haec febris quam quotidiana. At quartanae in reliquis eandem rationem obtinent, ſed tertianis tanto longiores ſunt, quanto pauciorem bilis, qua calor concitatur, partem

χουσι μέρος τῆς χολῆς τῆς τὴν θέρμην παρεχούσης, τοῦ δὲ διαψύχεσθαι τὸ σῶμα πλέον μετέχουσι. προσγίνεται δὲ αὐτέοισιν ἀπὸ μελαίνης χολῆς τὸ περισσὸν τοῦτο καὶ δυσαπάλλακτον. μέλαινα γὰρ χολὴ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων χυμῶν γλισχρότατον καὶ τὰς ἕδρας χρονιωτάτας ποιέει. [148] γνώσῃ δὲ ἐν τῷδε ὅτι οἱ τεταρταῖοι πυρετοὶ μετέχουσι τοῦ μελαγχολικοῦ. φθινοπώρῳ γὰρ μάλιστα ἁλίσκονται οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τῶν τεταρταίων καὶ ἐν τῇ ἡλικίῃ τῇ ἀπὸ πέντε τε καὶ εἴκοσιν ἐτέων ἐς τὰ πέντε καὶ τεσσεράκοντα. ἡ δὲ ἡλικίη αὕτη ὑπὸ μελαίνης χολῆς κατέχεται μάλιστα πασέων τῶν ἡλικιῶν, ἥ τε φθινοπωρινὴ ὥρη μάλιστα πασέων τῶν ὡρέων. ὁκόσοι δ' ἂν ἁλῶσιν ἔξω τῆς ὥρης ταύτης καὶ τῆς ἡλικίης ὑπὸ τοῦ τεταρταίου, εὖ χρὴ εἰδέναι μὴ χρόνιον ἐσόμενον τὸν πυρετὸν, ἢν μή τι ἄλλο κακουργῆται ὁ ἄνθρωπος.

Ὅμοιόν τί μοι δοκοῦσι πεπονθέναι οἱ πολλοὶ τῶν ἐξηγητῶν, ἐν οἷς ἐστι καὶ Σαβῖνος, τῷ νοσοῦντι μὲν ὑδερι-

obtinent, tum quia in his corpus liberalius refrigeratur, iisque ab atra bile is cumulus accedit ut non nisi aegre depelli possint. Atra namque bilis omnium qui corpori insunt humorum glutinosissima est ac diuturnissimas stationes facit. Quod autem quartanae febres humoris melancholici participes ex eo quisque noverit: autumno enim maxime homines corripiuntur et ea aetate quae est ab anno vigesimo quinto ad quadragesimum quintum: tum etiam quod haec aetas inter alias omnes atrae bili potissimum est obnoxia et autumnale tempus omnium anni temporum ad eandem aptissimum est. Si qui vero extra hoc anni tempus et eam aetatem quartana correpti fuerint, pro comperto habeas, hanc febrem, nisi quid aliud hominem male habeat, minime diuturnam fore.

Plerique expositores, in quibus posuerim Sabinum, illum mihi imitari videntur, qui cum aqua inter cutem

κῶς ἀνθρώπῳ, παρωνυχίαν δὲ αὐτοῦ θεραπεῦσαι φιλότιμον τὸν ἰατρὸν ἀξιοῦντι. δυοῖν γὰρ θάτερον, ἢ οὐκ ἔβλεπεν οὗτος ὅπως εἶχεν ὅλως κακῶς, ἢ οὐκ ᾤετο δεῖσθαι θεραπείας. οὕτως οὖν καὶ τοὺς ἐξηγητὰς ἢ τυφλώττειν τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν νομιστέον, ἢ τὰ μὲν σμικρὰ τῶν ἐγκλημάτων ἡγεῖσθαι θεραπείας τινὸς δεῖσθαι, τὰ μεγάλα δὲ οὐδεμιᾶς χρήζειν βοηθείας. ὥσπερ γὰρ ἐξ ὕπνου βαθέος ἐγερθέντες ᾔσθοντο τῆς πρὸς Ἱπποκράτους μάχης, τοῦ κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν εἰρημένου, τὸν ἀμφημερινὸν ὀλιγοχρονιώτερον ἀποφαινούσης αὐτῆς τοῦ τριταίου, σαφῶς εἰρηκότος Ἱπποκράτους ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν κἀν τοῖς ἀφορισμοῖς τάχιστα κρίνεσθαι τὸν τριταῖον. οὔκουν φασὶν Ἱπποκράτειον εἶναι τὸ βιβλίον, ὡς καὶ φανερῶς ψευδοῦς ὄντος τοῦ λεγομένου καὶ διαφερομένου τοῖς ἑτέρωθι γεγραμμένοις ὑφ' Ἱπποκράτους. εἰ γὰρ ἐν τούτῳ μόνον ψευδόμενόν τε ἅμα καὶ μαχόμενον Ἱπποκράτει τὸν περιγράψαντα τὰ μεταξὺ κατενόησαν, ἐοίκασι τῷ τὴν παρωνυχίαν ὁρῶντι, τὸ δ' ὅλον σῶμα μὴ βλέποντι κάκιστα διακεί-

laboraret, medicum exposcebat ut suam diligenter reduviam curaret: alterutrum sane erat, aut is se universo corpore laborare non animadvertebat, aut putabat curationem non requirere. Pari modo et expositores aut oculis animi caecutiunt, aut arbitrantur levioribus quidem erroribus esse consulendum, majoribus vero nullum esse remedium adhibendum. Hi quasi ex profundo excitati somno sentiunt tandem quam ea quae in hac parte tradita sunt, nempe quotidianam esse tertiana breviorem, cum Hippocratis sententia pugnent, qui in primo Epidemiorum libro necnon in Aphorismis aperte protulerit tertianam celerrime judicari, et proinde ajunt librum hunc non esse Hippocraticum, cum et falsa contineat et quae ab his quae alibi scripta ab Hippocrate sunt discrepent. Quippe si in hac tantummodo re putant hunc qui ista quae libro huic inserta sunt adscripsit, tum mentitum fuisse tum etiam Hippocrati refragari, similes illi sunt qui reduviae attendit, corpus vero universum esse pessime affectum non ad-

μενον. ὁ μὲν γὰρ ἀγνοήσας τὸν ἀμφημερινὸν τοῦ τριταίου χρονιώτερον εἶναι ἐνδείκνυται μὲν ἑαυτὸν οὐκ εἶναι τρίβωνα τῶν ἔργων τῆς ἰατρικῆς, οὐ μὴν ἐξ ἀτονίας γέ τινος ἀναισχύντου τὸ ψεῦσμα διέπλασεν, ἀλλ' ἐκ πιθανοῦ λόγου κινηθεὶς, καὶ μάλιστα ἐπειδή τισι τῶν παλαιῶν, ὧν καὶ Πλάτων ἐστὶν, ἐδόκει τοὺς μὲν συνεχεῖς πυρετοὺς, ἐξ ὑπερβολῆς τοῦ πυρὸς γίνεσθαι, τοὺς δὲ ἀμφημερινοὺς ἀέρος, καὶ τριταίους μὲν ὕδατος, τεταρταίους δὲ γῆς. ἡ γάρ τοι τοῦ Πλάτωνος ῥῆσις αὐτοῖς ὀνόμασιν οὕτως ἔχει· τὸ μὲν οὖν ἐκ πυρὸς ὑπερβολῆς μάλιστα νοσῆσαν σῶμα συνεχῆ καύματα καὶ πυρετοὺς ἀπεργάζεται, τὸ δὲ ἐξ ἀέρος ἀμφημερινοὺς, τριταίους δ' ὕδατος, διὰ τὸ νωθέστερον ἀέρος, καὶ πυρὸς εἶναι· τὸ δὲ γῆς τέταρτον ὂν, νωθέστατον τούτων, ἐν τετραπλασίαις χρόνου περιόδοις καθαιρόμενον, τεταρταῖον πυρετὸν ποιῆσαν, ἀπαλλάττεται μόγις. εἴπερ οὖν ὁ Πλάτων τὸ νωθέστατον στοιχεῖον, ὅπερ ἐστὶν ἑδραιότατόν τε καὶ δυσκινητότατον, ἐν τετραπλασίαις χρόνου περιόδοις ἐκκαθαίρεσθαί φησι, πιθανὸν ἔδοξαν εἶναι

vertit. Quem enim latet quotidianam esse tertiana longiorem, is se in operibus medicinae parum esse exercitatum prodit. Porro ille non tam ex impudenti stupiditate mendacium id effinxit, quam probabili ratione motus, eo magis quod inter antiquos nonnulli fuere, in quibus est Plato, qui senfere continuas febres ex ignis excessu gigni, quotidianas aëris, tertianas aquae, quartanas terrae. Platonis vero haec sunt verba: *Itaque corpus quod ex ignis abundantia laboravit, continuos fervores et febres efficit; quod vero ex aëris, quotidianas: at ex aquae, tertianas, ut quae igne et aëre sit tardior: quartum autem cum ex terra sit, omnium lentissimum est et quadruplicibus temporis circuitibus purgatur, quartanam efficiens aegre removetur.* Igitur cum Plato elementum pigerrimum, quod et firmissimum est et ad motum difficillimum, quadruplicibus purgari dicat circuitibus, verisimile ipsis visum est alia quoque eadem inter se proportione differre, qua ge-

καὶ τἄλλα διαφέρειν ἀλλήλων κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν, ὡς γέγονεν ἐφεξῆς τε τῷ γεώδει στοιχείῳ, τοῦτο δ᾽ ἂν ὕδωρ εἴη, τὴν ἐφεξῆς τῇ τετάρτῃ περιόδῳ γεννᾷν. τὸ δὲ τούτου πάλιν ἐφεξῆς, ὅπερ ἐστὶν ἀὴρ, τὴν ἀμφημερινήν. τὸ δὲ ὀξυκινητότατον, ὅπερ εὔδηλον ὅτι τὸ πῦρ ἐστιν, ἐργάζεσθαι τὸν συνεχῆ πυρετόν. ἀλλὰ τούτου πιθανώτερός ἐστιν ὁ λόγος ὁ τῷ φύσει θερμῷ στοιχείῳ, τουτέστι τῷ πυρὶ, τὴν αἰτίαν ἀνατιθεὶς τῆς γενέσεως αὐτῶν. οὐ γὰρ εὔλογον ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ στοιχείου πλεονάσαντος ἐν τῷ σώματι τὸ θερμότατον πάθος γίνεσθαι. [149] τοίνυν εὔλογον μέν ἐστι τοῦ θερμοῦ στοιχείου τῇ πλεονεξίᾳ θερμὸν γίνεσθαι πάθος. ἀλλήλων δὲ διαφέρουσιν οἱ πυρετοὶ ταῖς αὐτῶν διαφοραῖς, ἃς τῷ ποσῷ τῆς αἰτίας ἀνατίθεσθαι προσήκει. τοῦτο δ᾽ εἰ συγχωρήσομεν, ὁ μὲν συνεχέστατος καὶ θερμότατος πυρετὸς ὑπὸ πλείστου γενήσεται πυρός. ὁ δὲ ἐφεξῆς αὐτῷ δευτέραν ἔχει χώραν ἐν ποσότητι, καὶ τρίτην μὲν ὁ τριταῖος, τετάρτην δὲ ὁ τεταρταῖος, αἵ τε λύσεις αὐτῶν ἀκολούθως ταῖς αἰτίαις ἔσονται, τάχισται μὲν αἱ τοῦ θερ-

nita sunt, ut quod subinde sequitur terrestre elementum, utpote aqua, circuitum etiam quaterno proximum producat. Item quod huic consequens est, qui aër est, quotidianam, quod vero citissime movetur, id autem plane ignis est, febrem parit continuam. Probabilior tamen ea ratio est quae causam ortus ipsarum in calidum natura refert elementum, id est ignem. Neque enim consentaneum est affectum calidissimum a frigido dominante elemento in corpore gigni, congruum sane est calidum affectum ex redundantia elementi calidioris excitari. Discrepant autem mutuo febres suis ipsis differentiis, quas in quantitate causae ponas. Quod si concesserimus, febris quae continentissima juxtaque et calidissima est, a plurimo igne proficiscetur. Quod huic continens est secundum sibi vindicabit in quantitate locum, tertium tertiana, quartum quartana. Solutiones quoque earum erunt causis consequentes, calidissimae quidem febris citissimae, ab his vero tem-

μοτάτου πυρετοῦ, δεύτεραι δὲ κατὰ τὸν χρόνον αἱ τῶν ἀμφημερινῶν, καὶ τρίται αἱ τῶν τριταίων καὶ τέταρται αἱ τῶν τεταρταίων. ὥσθ᾽ ὅσον μὲν (29) ἐπὶ τῷ πιθανῷ καλῶς εἴρηται ταῦτα· τὸ δὲ ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἱστορίας ἐλέγχει τὸν λόγον. ἐπὶ δὲ τῆς προγεγραμμένης τῶν φλεβῶν ἀνατομῆς οὐδὲν ἔχων εἰπεῖν πιθανὸν ὁ συνθεὶς αὐτὴν οὐχ ἕν, ἢ δύο, ἢ τρία φαίνεται ψευσάμενος, ἀλλὰ πάνυ πολλὰ, πρὸς τὸ μηδὲ κατὰ τύχην ἕν τι τῶν ἐν αὐτοῖς ἀληθῶς εἰρῆσθαι. θαυμαστὸν οὖν ὅπως ἐπ᾽ ἐκείνων μὲν οὐδὲν ἐμέμψατο τῷ γράψαντι, τὰ μετὰ τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου μέχρι δεῦρο πάντα, νυνὶ δὲ μέμφεται καὶ διὰ τοῦτο αὐτῷ οὐκέτι δοκεῖ τὸ βιβλίον Ἱπποκράτους εἶναι. Σαβίνου δὲ καὶ τῶν πλείστων ἐξηγητῶν ἔτι καὶ τοῦτ᾽ ἄν τις θαυμάσειεν, ὅτι τὰ προγεγραμμένα πάντα ἐπαινοῦντες ἀεὶ θαυμασίως εἰρῆσθαι, τὸ δέ τι τἀνδρὶ καὶ δαιμονίως, τὸ δέ τι καὶ θείως, τὸ δέ τι νῦν ἐξαίφνης μὲν ἐκείνων ἁπάντων ἐπελάθοντο. διὰ μίαν δ᾽ ἀντιλογίαν οὐκέτ᾽ αὐτοῖς Ἱπποκράτους εἶναι τὸ βιβλίον δοκεῖ, ἀλλὰ μετακινοῦσιν ἐπὶ

poris ſpatio ſecundum ordinem habent quotidianae, tertium tertianae, quartum quartanae: ita ut ſi ad probabilitatem reſpicias, haec ſane erunt recte pronuntiata: hanc vero rationem rerum ipſarum explanatio convicit. At in ſuperiori venarum anatome ejus auctor nulli innixus probabili argumento non ſemel, aut bis, aut ter, ementitus eſt, ſed saepiſſime: ut neque unum quidpiam in illis invenias, quod vel caſu recte ſit expoſitum; unde mirabile profecto eſt quod in nullo eorum auctorum qui omnia haec a libro de natura humana usque huc conſcripſit, accuſaverit unquam, in praeſentiarum accuſet ita ut ob hoc non amplius illi videatur liber hic fuiſſe Hippocratis. Porro et id mirandum eſt quod Sabinus et alii plerique expoſitores ſuperioribus omnibus ſemper applauſerint, aſſerentes hoc quidem mirifice fuiſſe ab homine dictum, illud vero ſumma cum felicitate, aliud divine, nunc autem eorum omnium obliti ex una tantum contradicendi occaſione ſtatim coeperit illis videri hic liber non eſſe am-

Πόλυβον, ὡς αὐτοὶ μὲν ἀνεγνωκότες τοὺς ἀφορισμοὺς καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἐπιδημιῶν, οὐκ ἀνεγνωκότος δὲ ταῦτα Πολύβου, ὃν ἀδύνατον ἦν μαθητὴν Ἱπποκράτους ὄντα μὴ οὐ πολλάκις μὲν ἀκηκοέναι παρ' αὐτοῦ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν πυρετῶν, ἀνεγνωκέναι δὲ οὐκ ὀλιγάκις αὐτοῦ τὰ συγγράμματα, σὺν τῷ καὶ αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἀῤῥώστων τεθεᾶσθαι ταχυκρίσιμον μὲν τὸν τριταῖον, χρονίζοντα δὲ τὸν ἀμφημερινόν. οὐ γὰρ δὴ τῶν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας προφητευσάντων εἷς τις ἦν ὁ Πόλυβος, οἳ μηδένα πώποτε θεασάμενοι νοσοῦντα σχολαστικοῖς ἐπέτριβον, οὐδὲν ὑγιὲς λέγοντες, οὐδ' ὧν οἱ τρίβωνες ὁρῶσι, φαινομένων ἐναργῶς ἐπὶ ἀῤῥώστων. ὥσθ' ὁ ταῦτα γράψας ἤτοι οὗτος ἦν σοφιστὴς, ἢ πανοῦργος ἄνθρωπος, ὡς ἔοικε, παραγράψας τὸ ψεῦδος, ἕνεκα τοῦ προστρίψασθαι ψόγον τῷ παλαιῷ. τοῦ δὲ νεώτερον εἶναι τὸν παραγράψαντα ταῦτα καὶ ἡ τοῦ συνόχου προσηγορία τεκμήριόν ἐστιν. οὐδαμόθεν γὰρ οὔθ' Ἱπποκράτης οὔτε τις τῶν παλαιῶν τὸν συνεχῆ πυρετὸν ὠνόμασε σύνοχον, ὥσπερ οὐδὲ οὐρήματα τὰ οὖρα, ἀλλὰ ταῦτα ὀνόματα νεω-

plius Hippocratis ipſumque in Polybum transferunt, quaſi ipſi Aphoriſmos legerint atque etiam primum Epidemiorum librum, non legerit autem Polybus, quem fieri nequit, cum Hippocratis diſcipulus fuerit, non ſaepiſſime ab eo de febrium differentiis audiviſſe et non raro etiam ejus libros relegiſſe. His accedit quod viderat et ipſe in aegris tertianam cito judicari, quotidianam vero longiori tempore perdurare. Nam neque in eis ponendus eſt Polybus qui Alexandriae divinabant, ii nullo unquam vel viſo aegrotante in ſcholis verſabantur, nihil unquam quod ſanum eſſet dicentes, neque ea etiam quae in aegrotis clariſſime apparere animadvertunt, qui in arte exercitati ſunt. Unde is horum auctor aut ſophiſtes fuit, aut veterator, ut videtur: quippe qui ut notam aliquam ſeni inureret, falſa libro annexuit: nam juniorem illum fuiſſe qui haec tradidit litteris, nomen *σύνοχος* argumento eſt. Neque enim unquam Hippocrates vel ex antiquis alius continuam febrem *σύνοχον* appellavit, ſicuti neque urinas

τέρων ἐστὶν ἰατρῶν, ὅσοι τὴν παλαιὰν λέξιν ἠγνόησαν. ἀπολιπόντες οὖν ἤδη τὰ παραγεγραμμένα ταυτὶ μεταβῶμεν ἐπὶ τὸ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς, ὃ Πολύβου φασὶν εἶναι σύγγραμμα.

οὐρήματα. Sunt ſane vocabula iſta medicorum recentiorum, qui linguam antiquorum ignorarunt. Quare haec miſſa faciamus quae ſuppoſititia ſunt et ad librum de victu ſalubri, quem Polybi fuiſſe ajunt, accedamus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΥΓΙΕΙΝΗΣ ΤΩΝ ΙΔΙΩΤΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ Η ΠΟΛΥΒΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ.

Ed. Chart. VI. [220.] Galen. V. (29.)

[220] *Προοίμιον Γαληνοῦ.* Ἓν τοῦτό ἐστι βιβλίον ἰδίαν ἐπαγγελίαν ἔχον, ὥσπερ τὸ πρῶτον μέρος ὅλου τοῦ προκειμένου βιβλίου, καθ᾽ ὃ περὶ φύσιος ἀνθρώπου διαλέγεται. συντετέλεσται γὰρ ἐν ἐκείνῳ τὸ ἐπαγγελθὲν, οὐδεμιᾶς ἔτι προφάσεως δεόμενον. ἐν τούτῳ δὲ πάλιν ἃ προὔθετο διδάσκει δι᾽ ὅλου τοῦ βιβλίου καὶ διὰ τοῦτο τῶν

GALENI IN HIPPOCRATIS VEL POLYBI OPUS DE SALUBRI VICTUS RATIONE PRIVATORUM COMMENTARIUS.

Praefatio Galeni. Unus hic liber est peculiari inscriptus titulo, quemadmodum prima totius superioris libri pars, qua de hominis natura differit. Nam absolutum in illo est quod titulus enunciavit, nullam adhuc orationem desiderans. In hoc autem rursus quae propofuerat toto commentario perdocet. Quamobrem iis quae

μεταξὺ τῶν δύο βιβλίων τούτων ἐξαιρεθέντων, προσηκούσης ἐπιγραφῆς ἰδίας ἔτυχε τὸ σύμπαν, ἣν ἐπέγραψάν τινες αὐτῷ περὶ φύσιος ἀνθρώπου καὶ διαίτης. ὥσπερ δὲ ἄμεμπτον μέν ἐστι πάντη τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου, μεμπτὰ δὲ πάντη τὰ παρεγγεγραμμένα μεταξὺ τῶν δύο βιβλίων, οὕτω τὸ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς ἐν τοῖς πλείστοις μὲν ἄμεμπτόν ἐστιν, ἐχόμενον ἀεὶ τῆς Ἱπποκράτους στοιχειώσεως. ἐν τισι δ' ἄν τις αὐτῷ μέμψαιτο παντελῶς ὀλίγοις· ὑποκείσθω δ' εἶναι Πολύβου, καθότι πολλοῖς ἔδοξε.

α'.

[221] *Τοὺς ἰδιώτας ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι.*

Τίνας δὲ ἰδιώτας λέγει παραλελοίπασιν οἱ ἐξηγησάμενοι τὸ βιβλίον, οἷς γε δὴ παρέτυχον ὑπομνήμασιν. οὐ μὴν οὐδὲ ἐπεζήτησά ποτε κατὰ τὴν παρὰ τοῖς διδασκάλοις ἀνάγνωσιν τοῦ βιβλίου. νυνὶ δὲ γράφειν ἐξήγησιν αὐτοῦ πρου-

duobus his libris interiacent ſublatis commodam inſcriptionem peculiarem totum opus ſortitur; quam nonnulli de natura humana et victus ratione indiderunt. At ut nullum plane vitium habet libellus de natura humana, vitioſa autem omnia quae duobus libris interpoſita ſunt; ita *commentarius* hic de victus ratione ſalubri in plurimis culpa ac vitio caret, Hippocratis inſtitutionem de elementis ſemper repraeſentans. In quibusdam vero iisque pauciſſimis criminari aliquis poſſit librum. Porro ſtatuamus eſſe Polybi, ſicut pleriſque viſum eſt.

I.

Idiotas hac vivendi ratione uti oportet.

Quosnam idiotas nominet commentarii interpretes omiſerunt iis quae mihi videre contigit exemplariis; imo neque ego quum opus praeceptores mihi praelegerent, inquirere unquam cogitavi. Nunc vero quod hujus expli-

θέμενος ἐπενόησα κακῶς παραλελεῖφθαι τοῖς τε διδασκάλοις ἡμῶν καὶ τοῖς ἐξηγηταῖς ἐπισκέψασθαι τίνας ἰδιώτας λέγει. δῆλον γὰρ δὴ ὅτι τὴν ἐφεξῆς γεγραμμένην δίαιταν οὐ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἰδιώταις συνεβούλευσεν ὁ Πόλυβος. καὶ μὴν εἰ μόνοις τοῖς ἰδιώταις ὑποθήκας ἔγραψεν, οὐκ ὀρθῶς οἱ ἐξηγησάμενοι τὸ βιβλίον ἀδιορίστως ἤκουσαν, ὡς κοινῇ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις εἰρημένων αὐτῶν. εὑρίσκομεν γὰρ δὴ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἰδιώτας ὀνομαζομένους οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐν τῷ πρός τι. τὸν μὲν γάρ τινα λέγουσιν ἰδιώτην εἶναι τῆσδε τῆς τέχνης, τὸν δέ τινα τοῦδε τοῦ ἐπιτηδεύματος. ἐνίοτε δὲ πρὸς τοὺς ἔθνος, ἢ πόλιν διοικοῦντας, ἢ ὅλως πράττοντάς τι δημόσιον, ἀντιδιαιρούμενοι τοὺς οἷον ἰδιοπραγοῦντας, ὠνόμασαν ἰδιώτας. ἐπισκεπτομένῳ δή μοι τίνας τούτων νῦν ὁ Πόλυβος ἰδιώτας εἴρηκε, τοὺς μὲν ἀθλητὰς ἄντικρυς ἐδόκει τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀποκρίνειν, ἐπειδὴ μίαν ἔχουσιν ἐκεῖνοι δίαιταν ὡρισμένην ἐν ἄρτῳ καὶ κρεῶν ἐδωδῇ. τούτων δ' ἐξῆς ὅσοι

cationem ſcribere mihi propoſuerim, male praeceptores noſtros et expoſitores exiſtimavi praetermiſiſſe conjiciendum conſiderandumque quos idiotas vocitet. Liquet enim deinceps conſcriptam victus rationem non univerſis hominibus, verum ſolis privatis Polybum conſuluiſſe. Atqui ſi privatis duntaxat praecepta conſcripſit, minus recte interpretes citra diſtinctionem inaudierunt, quaſi omnibus communiter illa tradiderit. Nam invenimus apud Graecos non ſimpliciter, ſed relatione ad aliquid, idiotas ſive privatos appellari. Nam alium hujus artis idiotam, alium illius vitae ſtudii nominant; interdum a populi aut civitatis gubernatoribus aut certe publico aliquo munere fungentibus, diſtinguentes illos qui velut propria curant, idiotas nuncuparunt. Conſideranti jam mihi quos ex his Polybus nunc idiotas vocet, athletas palam ab aliis hominibus ſejungere videbatur; quoniam illi nullam victus rationem in pane et carnium eſu praefinitam habent; quemadmodum nec iis qui militiam ſequuntur vel iter faciunt vel etiam pugnant cibariorum delectus praeſcribi

πολεμοῦσιν ἢ ὁδοιποροῦσιν ἢ καὶ μάχονται. καὶ γὰρ τούτοις οὐκ ἐγχωρεῖ διακρίνειν ἃ χρὴ προσφέρεσθαι καὶ μὴ προσφέρεσθαι σιτία. χρῆσθαι γὰρ ἀναγκαῖον αὐτοῖς, οἷς ἂν εὐπορήσωσιν ἕκαστος· τάχα δὲ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν ἐσπευσμέναις ὁδοιπορίαις χρωμένους ἀδύνατόν ἐστιν, ὡς ὁ Πόλυβος κελεύει διαιτᾶσθαι καὶ ὅλως τοὺς ἐν ἀσχολίαις πολιτικαῖς ὄντας, ἢ τῷ καλουμένῳ περιστατικῷ βίῳ. μόνοις οὖν τοῖς τὰ ἴδια πράττουσιν, οὓς ὀνομάζουσιν ἰδιοπραγοῦντας, ἡ ῥηθησομένη δίαιτα γίνεται.

β'.

Τοῦ μὲν χειμῶνος ἐσθίειν ὡς πλεῖστα, πίνειν δὲ ὡς ἐλάχιστα. εἶναι δὲ χρὴ τὸ πόμα οἶνον ὡς ἀκρητέστατον· τὰ δὲ σιτία ἄρτον καὶ τὰ ὄψα ὀπτὰ πάντα. λαχάνοισι δὲ ὡς ἐλαχίστοισι χρέεσθαι ταύτην τὴν ὥρην. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ σῶμα θερμόν τε εἴη καὶ ξηρόν.

Τὸ κεφάλαιον εἰπὼν τῆς ὅλης διαίτης ὀρθῶς ἐποίησε

potest quae offerenda aut non offerenda sunt, quippe necessitas cogit assumere quorum quisque copiam habuerit. Forsan etiam quomodocunque festinam profectionem subeuntibus, aut omnino in civilibus negotiis aut circumforanea vita, aut calamitosa, peristaticam appellant, versantibus, certus vivendi modus, ut Polybus jubet, nullus potest institui. Solis igitur privata administrantibus, res suas agentibus dictis, ratio victus quam explicabo convenit.

II.

Hieme quidem edere quam plurimum, quam minimum vero bibere, sed potum esse decet vinum quam meracissimum, cibos vero panem, obsonia, assa omnia. Oleribus autem quam paucissimis hac tempestate utendum. Sic enim potissimum corpus tum calidum tum siccum fuerit.

Totius victus summam praefatus recte nimirum fecit,

προσγράψας ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ῥήσεως, διὰ τί τῶν εἰρημένων ἕκαστον αἱρεῖται. θερμαίνειν μὲν γὰρ ἀξιοῖ τὸ σῶμα καὶ ξηραίνειν διὰ τὴν ἀμετρίαν τῆς κατὰ τὴν ὥραν κράσεως. ὡς εἴ γε ἦν σύμμετρον, ὡς κατὰ τὸ ἔαρ ἐστὶ, σύμμετρον ἂν ἐκέλευσε καὶ τὴν δίαιταν ποιεῖσθαι. φυλάττειν μὲν (30) γὰρ προσήκει τὰ συμμέτρως διακείμενα, μεταβάλλειν δὲ τὰ ἀμέτρως. [222] μεταβολὴ δὲ οὐκ ἄλλως ἂν ἢ ἐκ τῶν ἐναντίων ἀμετριῶν γίνοιτο. τὸ μὲν γὰρ ἀμετρότερον, ἢ τεθερμασμένον, ἢ θερμαινόμενον σῶμα ψύχειν προσήκει, τὸ δὲ ἐψυγμένον, ἢ ψυχόμενον θερμαίνειν. ὡσαύτως δὲ κἀπὶ καὶ κατὰ τὸ ὑγρόν τε καὶ ξηρὸν ἀμετρίας διὰ τῆς τῶν ἐναντίων προσφορᾶς τὰς νοσαζούσας ὑπερβολὰς καθαιρεῖν χρὴ, τὴν ἐναντίαν ἀμετρίαν προσφέροντας, τοσοῦτον ἀπέχουσαν τοῦ μέσου τε καὶ συμμέτρου, ὅσον ἀφέστηκεν ἡ νοσάζουσα. κατὰ τοῦτο γοῦν ἐν τῷ χειμῶνι ψυχρῷ καὶ ὑγρῷ τὴν κρᾶσιν ὄντι συμφέρει ἐσθίειν μὲν ὡς πλεῖστα, πίνειν δὲ ὡς ἐλάχιστα. πλεῖστα δ᾽ ἀκουστέον οὐχ ὡς πρὸς τὴν δύναμιν, ἀλλ᾽ ὡς πρὸς τὰς ἄλλας ὥρας. ὡσαύ-

qui in ſermonis fine aſcripſerit quamobrem unumquodque dictorum inſtituat. Etenim calefaciendum corpus ſiccandumque propter immoderatum tempeſtatis hujus temperamentum autumat. Quod ſi commoderatum ſicut veris eſſet, victus modum quoque commoderatum fieri juſſiſſet. Commoderate namque diſpoſita conſervare convenit; quae immoderate, commutare. Sed mutatio haud aliter quam ex contrariis ametriis fieri poteſt. Nam quod corpus immoderatius vel calefactum eſt vel incaleſcit, refrigerari deſiderat; quod vero refrigeratum eſt aut refrigeratur, calefieri. Eadem ratione in humidi ſiccique ametria contrariis adhibitis morboſas exuperantias evertere oportet; contrariam immoderationem offerendo, a medio temperatoque tantum recedentem, quantum morboſa inde receſſit. Quocirca per hiemem frigidam humidamque temperamento quamplurimum quidem edere, quam pauciſſimum vero bibere conducit. Verum hoc quamplurimum non ceu ad facultatem, ſed tanquam ad alias anni tempeſtates refe-

τως δὲ καὶ πίνειν ὡς ἐλάχιστα πρὸς τὰς ἄλλας ὥρας ἀναφέροντα τὴν παραβολήν. ὁμοίως δὲ εἴρηται καὶ τὸ τὸν οἶνον ἀκρατέστατον εἶναι δεῖν ὡς πρὸς τὴν ἐν ταῖς ἄλλαις ὥραις κρᾶσιν αὐτοῦ. τῷ μέντοι πρὸς τὴν δύναμιν μέτρῳ καὶ τῷ πρὸς τὴν ἐνεστῶσαν ὠφέλειαν προσέχων τὸν νοῦν ἀεὶ τὸ σύμμετρον οἴνου τε καὶ σιτίου δώσεις, ὥσπερ γε καὶ ὕπνου καὶ γυμνασίων καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν καλουμένων ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἐπιτηδευμάτων. ὅτι δ' οἶνος ὁ ἀκρατέστερος καὶ ὅτι τὰ ὀπτὰ κρέα θερμαίνει καὶ ξηραίνει, παραβαλλόμενα μάζῃ τε καὶ λαχάνοις, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. παραπλησίως δὲ καὶ ὁ ἄρτος, εἰ παραβάλλοιτο μάζῃ, θερμαίνειν τε καὶ ξηραίνειν λεχθήσεται. ταῦτα οὖν ὡς παραδείγματα νομιστέον εἰρῆσθαι τἀνδρί. σὺ δὲ καὶ τῶν ὀσπρίων ἐπιλέξῃ τὰ θερμαίνοντα καὶ ξηραίνοντα, καθάπερ τὴν φακήν. ἀλλὰ καὶ τῶν λαχάνων, ὅσα ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν, ὥσπερ ἡ κράμβη. καὶ τῶν κρεῶν ὡσαύτως, οἷα τὰ τῶν ἀγρίων ζώων ἐστὶ καὶ τὰ ταριχευθέντα. ταῦτα δὲ λέλεκται κἀμοὶ

rendum. Sic quam parciſſime bibere relata ad alia tempora comparatione protulit. Similiter vero dictum eſt vinum meraciſſimum eſſe oportere, puta ipſius temperamenti collatione ad alias anni partes facta. Attamen ſi huic modo ad facultatem praeſensque commodum relato animum adhibueris, vinum ſemper ac cibum commoderatum dabis; quemadmodum ſomnum, gymnaſia, abſolute omnia quae a medicis exercitia vocantur, moderata concedes. At quod vinum meracius ac carnes aſſae calefaciant ſiccentque, ſi cum maza et oleribus conferas, nemo eſt qui ignoret. Pari modo panem, ſi mazae comparetur, calefacere dices et exiccare. Haec itaque omnia tanquam exempla ab auctore dicta putandum eſt. Tu vero legumina deliges quae calefaciunt et exiccant, ut lenticulam. Quin et olerum quaedam hac virtute praedita, uti braſſicam. Ad haec carnes cujusmodi ſunt animantium agreſtium et ſale conditae. Sed haec omnia ego etiam exempli gratia produxi. Caeterum univerſa alimentorum materia

πάντα παραδείγματος ἕνεκεν. ἡ δὲ σύμπασα κατὰ μέρος ὕλη τῶν τροφῶν ἐν τρισὶν ὑπομνήμασι σύγκειται, τήνδε ἐπιγραφὴν ἔχουσα, περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων. ὥσπερ οὖν ταῦτα καλῶς εἴρηται περὶ τῆς κατὰ τὰς ποιότητας αἱρέσεώς τε καὶ φυγῆς σιτίων, οὕτω καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν σιτίων ποσότητος. ἐσθίειν γὰρ ὡς πρὸς τὰς ἄλλας ὥρας πλεῖστα συγχωρητέον ἐν χειμῶνι, μεμαθηκότας ἐν ἀφορισμοῖς ὀρθῶς εἰρῆσθαι. θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥήϊστα, ἦρος δεύτερον. εἰ δὲ καὶ διὰ τί γίνεται ταῦτα μαθεῖν ἐθέλοι τις, ἐδίδαξε καὶ τοῦτο κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς εἰπών. αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, διότι τὸ περιέχον ψυχρὸν ὂν, ἐναποστέγει στεγανοῦν καὶ κατακλείει τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος. ἐν δὲ τῷ θέρει διαφορεῖται μὲν τοῦτο διὰ τῆς διαπνοῆς. διὰ τῆς ἀναπνοῆς δὲ ἕλκεται τὸ περιέχον θερμόν. ὀνομάζω δὲ ἀναπνοὴν μὲν τὴν διὰ τοῦ στόματος ἔξω τε καὶ εἴσω φορὰν τοῦ πνεύματος, διαπνοὴν δὲ τὴν δι᾽ ὅλου τοῦ σώματος ὁμοίως γιγνομένην.

---

tribus noſtris commentariis ſigillatim tractata eſt, hunc titulum continentibus: de alimentorum facultatibus. Quae ut pulchre de cibis deligendis ac vitandis ſecundum qualitates prodita, ſic de ciborum quantitate nihil hic praetermiſſum eſt. Edere namque plurimum, ut ad alias anni partes, per hiemem concedendum; haud ignaris probe in aphorismis eſſe dictum: *aeſtate et autumno cibos difficillime ferunt, per hiemem facillime, mox vere.* Quod ſi quis jam condiſcere cupiat quare haec fiant, docuit et hoc Hippocrates in aphorismis quum dicit: *ventres hieme et vere natura calidiſſimi*, quoniam aër nos ambiens frigidus conſtringendo cutem inſitum calorem exire prohibet et in alto corpore concludit; qui aeſtate perſpiratu evaporat; reſpiratione vero circumſtans calidus aër attrahitur. Nominamus autem reſpirationem foras ac intro ſpiritus per os tralationem; perſpirationem vero, quae per totum ex aequo corpus accidit.

γ΄.

Ὁκόταν δὲ τὸ ἔαρ ἐπιλαμβάνῃ, τό τε πόμα χρὴ πλέον πίνειν οἶνον καὶ ὑδαρέστερον καὶ κατ᾽ ὀλίγον καὶ τοῖσι σιτίοισι μαλθακωτέροισι χρέεσθαι καὶ ἐλάσσοσι· καὶ τὸν ἄρτον ἀφαιρέοντα μᾶζαν προστιθέναι· καὶ τὰ ὄψα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀφαιρέειν, ἔκ τε τῶν ὀπτῶν πάντα ἑφθὰ ποιέεσθαι καὶ λαχάνοισιν ἤδη χρέεσθαι τοῦ ἦρος ὀλίγοισιν, ἕως ἐς τὴν θερίην καταστήσεται ὁ ἄνθρωπος. τοῖσί τε σιτίοισι πᾶσι μαλακωτέροισι χρεόμενος καὶ [223] τοῖσιν ὄψοισιν ἑφθοῖσι καὶ λαχάνοισιν ὠμοῖσι καὶ ἑφθοῖσι, ὡσαύτως καὶ τοῖσι πόμασιν ὡς ὑδαρεστάτοισι καὶ πλείστοισι, καὶ ὅκως μὴ μεγάλη ἡ μεταβολὴ ἔσται κατὰ μικρὸν, μὴ ἐξαπίνης χρεομένῳ.

Πλεῖον εἶπε καὶ ὑδαρέστερον, οὐ πλεῖστον οὐδὲ ὑδαρέστατον ἐν τῷ ἦρι τὸ πόμα προσφέρεσθαι. τὸ γὰρ πλεῖστον καὶ ὑδαρέστατον ἐν τῷ θέρει κελεύει πίνειν, ὡς ἐναντίαν ἔχοντι τὴν κρᾶσιν ἧς ὁ χειμὼν ἔχει. τὸ δὲ ἔαρ, ὥσπερ ἐν τῷ μεταξὺ τῶν ἄκρων ἔχει τὴν κρᾶσιν, οὕτω καὶ

III.

At quum ver accedit, tunc copiosius et dilutius paulatimque vinum bibendum est, cibisque mollioribus et paucioribus utendum, panis subtrahendus et maza offerenda; eademque ratione obsonia detrahenda et pro assis elixa omnia paranda. Oleribus etiam paucis vere utendum, donec ad aestatem homo deveniat; tum molliores omnes cibos tum obsonia cocta sumendo et olera cocta et cruda; similiterque potus plurimos et quam dilutissimos, idque sensim, ut ne magna mutatio derepente utenti contingat.

Vere, inquit, copiosius et dilutius bibendum est; non plurimum, neque dilutissimum. Nam plurimum ac dilutissimum aestate bibere praecipit, ut quae contrarium hiemi temperamentum obtinet. Ver autem ut in summorum medio temperamentum habet, ita quoque mediam

τῆς διαίτης μέσης δεῖται, ψυχροτέρας μὲν καὶ ὑγροτέρας, ὡς πρὸς τὸν χειμῶνα, θερμοτέρας δὲ καὶ ξηροτέρας, ὡς πρὸς τὸ θέρος. ἐκ τούτων οὖν δῆλόν ἐστιν ὅπως ἀκούειν χρὴ τῆς κατὰ τὸ θέρος καὶ φθινόπωρον εἰρημένης ὑπ' αὐτοῦ διαίτης· ὥστ' ἐμοὶ μὲν ὑπερβαίνειν αὐτὸ προσήκει, τοῖς δ' ἀναγινώσκουσι πολλάκις ἐπιμελῶς τε προσέχουσι τὸν νοῦν εἴρηται πάντα σαφῶς, ὡς μηδεμιᾶς ἐξηγήσεως δεῖσθαι περὶ τὰς ἄχρι δεῦρο λελεγμένας.

δ'.

Τοῦ δὲ θέρεος τῇ τε μάζῃ μαλακῇ τρέφεσθαι καὶ τῷ ποτῷ ὑδαρεῖ καὶ πολλῷ καὶ τοῖσιν ὄψοισι πᾶσιν ἑφθοῖσι, καὶ οὕτω δεῖ χρέεσθαι τουτέοισιν ὁκόταν τὸ θέρος ᾖ, ὅκως ψυχρὸν εἴη τὸ σῶμα καὶ μαλακόν. καὶ γὰρ ἡ ὥρη θερμή τε καὶ ξηρὴ καὶ ποιέει τὰ σώματα καυματώδεα καὶ αὐχμηρά. δεῖ οὖν τοῖσιν ἐπιτηδεύμασιν τουτέοισιν ἀλέξασθαι, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, ὥσπερ ἐκ τοῦ χειμῶνος εἰς τὸ ἦρ, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἦρος εἰς τὸ θέρος καταστή-

victus rationem requirit; frigidiorem ſane et humidiorem ut ad hiemem, calidiorem et ſicciorem tanquam ad aeſtatem. Ex his igitur liquet quomodo aeſtatis et autumni victus ab eo praeſcriptus inaudiri debeat. Quare id mihi praeterire viſum eſt. Illis qui ſaepius commentarium relegunt mentemque diligenter adhibent, omnia manifeſto dicta comperio, ut nullam hactenus deducta ſeries interpretationem deſideret.

IV.

Aeſtate autem tum molli maza, tum potu copioſo et diluto obſoniisque omnibus elixis nutriri oportet, iisque ita utendum dum aeſtas fuerit, quo corpus molle ſit et frigidum. Siquidem haec tempeſtas calida eſt et ſicca, et corpora aeſtuoſa et ſqualida reddit. Hac igitur inſtituta victus ratione iis ſuccurrendum eſt. Eadem vero ratione quemadmodum ex hieme ad ver, ſic etiam ex vere ad aeſtatem deveniendum, cibos quidem demendo,

σαι, τῶν μὲν σιτίων ἀφαιρέων, τῷ δὲ ποτῷ προστιθεὶς καὶ οὕτως τὰ ἐνιαύσια ποιέοντα καταστῆσαι ἐκ τοῦ θέρεος εἰς τὸν χειμῶνα. ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ πάλιν τὰ μὲν σιτία πλείω ποιεόμενον καὶ ξηρότερα καὶ τὰ ὄψα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τὰ δὲ ποτὰ ἐλάσσω τε καὶ ἀκρητέστερα, ὅκως ὅ τε χειμὼν ἀγαθὸς ἔσται καὶ ὁ ἄνθρωπος διαχρήσεται τοῖσί τε πόμασιν ἀκρητεστέροισι καὶ ὀλίγοισι καὶ τοῖσι σιτίοισιν ὡς πλείστοισί τε καὶ ξηροτάτοισιν, οὕτω γὰρ ἂν καὶ ὑγιαίνοι μάλιστα καὶ ῥιγῴη ἥκιστα. ἡ γὰρ ὤρη λίαν ψυχρή τε καὶ ὑγρή.

Τὰ παρόντα διὰ ταῦτα τεμάχια οὔτε τινὸς ἐξηγητοῦ δέονται, πᾶσι δῆλα τοῦ Πολύβου ποιήσαντος, οὔτε τινὰ μέθοδον ἀκραιφνῆ ζητοῦντος, ἀλλὰ καθὰ κεῖται, αὐτὰ καὶ μόνα δῆλα καθεστήκασι.

ε΄.

(31) Τοῖσι δὲ εἴδεσι τοῖσι σαρκώδεσι καὶ πλείῳ μαλακοῖσι καὶ ἐρυθροῖσι ξυμφέρει δὴ τὸν πλείονα χρόνον τοῦ ἐνιαυ-

potum vero augendo, ad eumque modum contraria adhibendo, ex aeſtate ad hiemem perveniendum. In autumno contra cibi quidem majore copia et ſicciores exhibendi et obſonia ad eundem modum; potus etiam pauciores et meraciores, ut homo commodam degat hiemem et potibus utatur meracioribus et paucis cibisque quamplurimis et ſiccisſimis. Ita enim cum vel maxime valebit, tum minime frigus ſentiet, quum haec anni tempeſtas admodum ſit frigida et humida.

Praeſens inſtitutio clara eſt, nec interprete opus habet, quum Polybus manifeſta omnibus reddiderit, neque obſcurae cujusdam methodi inveſtigatore. Verum ut verba jacent, ita quoque per ſe ſatis innoteſcunt.

V.

Corporibus vero carnoſis, mollioribus, rubris confert ſane

τοῦ ξηροτέροισι διαιτήμασι χρέεσθαι, ὑγρὴ γὰρ ἡ φύσις τῶν εἰδέων τουτέων.

---

[224] Ὥσπερ αἱ διαφοραὶ τῶν ὡρῶν ἐνδείκνυνται διάφορον δίαιταν, οὕτω καὶ τοῦ σώματος αἱ ἕξεις, ἐφ᾽ ἃς νῦν ἧκε συντελέσας τὸν περὶ τῶν ὡρῶν λόγον. ὥσπερ δὲ ἐν ταῖς ὥραις ἐνεδείκνυτο τὴν προσήκουσαν δίαιταν, οὕτω κἀν ταῖς τοῦ σώματος ἰδέαις. οἱ μὲν γὰρ σαρκώδεις καὶ μαλακοὶ καὶ ἐρυθροὶ διὰ τὴν τῆς κράσεως ὑγρότητα τοιοῦτοι γεγόνασιν. οἱ δὲ ἐναντίως αὐτοῖς διακείμενοι, περὶ ὧν ἐφεξῆς ἐρεῖ, διὰ τὴν ξηρότητα. προσήκει τοιγαροῦν τοὺς μὲν ὑγροὺς ξηροτέρᾳ χρῆσθαι διαίτῃ, τοὺς δὲ ξηροὺς ὑγροτέρᾳ. καὶ εἴπερ ταῦτα ἀληθῶς εἴρηται, πρόδηλον ὅτι καὶ τοὺς εὐκράτους εὐκράτῳ χρῆσθαι προσήκει τῇ διαίτῃ. λέγω δὲ εὐκράτους οὓς οὔτε σαρκώδεις οὔτε ἀσάρκους, ἀλλ᾽ εὐσάρκους ὀνομάζουσι.

ςτ'.

Τοὺς δὲ στρυφνοὺς καὶ προσεσταλμένους καὶ πυῤῥοὺς καὶ

majorem anni partem ſicciore victus ratione uti, humida namque eorum corporum natura eſt.

Quemadmodum tempeſtatum differentiae diverſam victus rationem oſtendunt, ſic etiam corporum habitus, ad quorum enarrationem deſcendit, ſermone de anni temporibus abſoluto. Sed ut in anni tempeſtatibus convenientem vivendi modum, ita in corporum ſpeciebus oſtendit. Etenim carnoſi, molles, rubicundi ex temperamenti humiditate tales evaſerunt. Oppoſiti vero his affecti, de quibus mox dicturus eſt, ob ſiccitatem. Convenit igitur humidos ſicciore diaeta uti; ſiccos, humidiore. Atque ſi haec vera pronunciata ſunt, nimirum temperati, victu temperato utentur. Voco autem temperatos neque obeſos neque graciles, ſed quadratos, bene carnoſos appellant.

VI.

Duros vero, graciles, fulvos et nigros humidiore victu

μέλανας τῇ ὑγροτέρῃ διαίτῃ χρὴ τὸν πλείω διαιτᾶσθαι χρόνον, τὰ γὰρ σώματα τοιαῦτα ὑπάρχει ξηρὰ ἐόντα.

Τὰ τῶν κράσεων γνωρίσματα γέγραπταί μοι τελέως ἐν τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασιν, ἐν οἷς ὅτι μὲν οἱ στρυφνοὶ, τουτέστιν οἱ σκληροὶ, καὶ οἱ προσεσταλμένοι, τουτέστιν οἱ ἰσχνοὶ, ξηροτέρας εἰσὶ κράσεως, ὡς ἐδιδάξαμεν, ὥσπερ γε καὶ οἱ μέλανες. οὐ μήν γε τούς γε πυῤῥοὺς εἶναι ἔφαμεν ξηροὺς τὴν κρᾶσιν, ἀλλὰ τοὺς πλησιάζοντας αὐτοῖς κατὰ τὴν χροιὰν, οὓς ξανθοὺς ὀνομάζουσιν, ἐπεί γε καὶ ξανθὴ χολὴ τὴν κρᾶσιν ξηρά ἐστι. χρώμενοι δὲ ἐνίοτε τοῖς ὀνόμασιν οὐκ ἀκριβῶς ἔνιοι τῶν βιβλία γραψάντων τὴν τῶν πραγμάτων διδασκαλίαν ταράσσουσιν. οὕτως γοῦν τινὲς ὀνομάζουσι τοὺς Γερμανοὺς ξανθοὺς, καίτοι γε οὐκ ὄντας ξανθοὺς, ἐὰν ἀκριβῶς τις ἐθέλῃ καλεῖν, ἀλλὰ πυῤῥούς. τὰ δ' ἄλλα τῆς προκειμένης ῥήσεως ἀληθῶς τε ἅμα καὶ σαφῶς εἴρηται.

ζ.

Καὶ τοῖσι νέοισι τῶν σωμάτων ξυμφέρει μαλακωτέροισί

diuturniori tempore uti oportet. Nam hujusmodi corpora ſicca ſunt.

Temperamentorum notas perfecte in commentariis de temperaturis ſcripſimus, ubi rigidos, hoc eſt duros, contractos, id eſt graciles, ſicci oris eſſe temperamenti, ſicut nigros quoque docuimus. At rufos non temperamento ſiccos, ſed his colore vicinos, quos flavos nominant, eſſe diximus; quoniam et flava bilis temperamento ſicca eſt. Verum librorum ſcriptores nonnulli interdum vocabulis haud accurate utentes rerum diſciplinam confundunt. Sic enim nonnulli Germanos vocant flavos, etſi tales non ſint, ſi velit aliquis accurate nuncupare, ſed rufi. Reliqua in ſermone praecedenti vere ſimulque manifeſte dicta ſunt.

VII.

Junioribus corporibus confert tum molliori tum humidiori

τε καὶ ὑγροτέροισι χρέεσθαι τοῖσι διαιτήμασιν· ἡ γὰρ ἡλικίη ξηρὴ καὶ τὰ σώματα πέπηγε. τοὺς δὲ πρεσβυτέρους τῷ ξηροτέρῳ χρὴ τρόπῳ τὸ πλεῖον τοῦ χρόνου διάγειν. τὰ γὰρ σώματα ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίῃ ὑγρὰ καὶ μαλθακὰ καὶ ψυχρά.

Ἐπὶ τὰς ἡλικίας μεταβὰς ἐλλιπῆ τὸν διορισμὸν ἐποιήσατο, μὴ τεμὼν εἰς τέσσαρας διαφορὰς αὐτὰς, ἀλλ᾽ εἰς δύο μόνας. ἐχρῆν δ᾽ εἴπερ ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς ἡλικίας κράσεων ἔνδειξιν ἔμελλε λήψεσθαι τοῦ τρόπου τῆς διαίτης, ὥσπερ αἱ κράσεις τέτταρές εἰσιν, οὕτω καὶ τὰς ἡλικίας εἰς τέτταρα τεμεῖν, ὑγρὰν μὲν καὶ θερμὴν τὴν τῶν παίδων εἰπόντα, ξηρὰν δὲ καὶ θερμὴν τὴν τῶν ἀκμαζόντων, καὶ ξηρὰν μὲν καὶ ψυχρὰν τὴν τῶν παρακμαζόντων, ὑγρὰν δὲ καὶ ψυχρὰν τὴν τῶν γερόντων. [225] ἀλλὰ τὴν μὲν τῶν παίδων ὑγρὰν εἶναι προσήκει, μὴ δυναμένης γε τῆς αὐξήσεως ἐν ἑτέρᾳ κράσει γενέσθαι. τὴν δὲ τῶν ἀκμαζόντων, ἐπειδὴ παρὰ τὸ προσῆκόν τέ ἐστι θερμοτέρα καὶ ξηροτέρα, συμφέρει χρῆσθαι τοῖς ἐναντίοις διαιτήμασι, καθάπερ γε καὶ τὴν τῶν

victu uti; haec enim aestas ſicca eſt et eorum corpora induruerunt. Senes vero ſicciore victus modo plurimam temporis partem degere oportet; nam ea aetate humida, mollia et frigida ſunt corpora.

Ad aetates digreſſus imperfectam diviſionem fecit, qui eas in quatuor, ſed duas tantum differentias non ſecuerit. Nam ſi victus modi indicationem ab aetatum temperamentis accepturus erat, certe conveniebat, ut quatuor ſunt temperamenta, ſic aetates quoque in quatuor partes ſecare, ac humidam et calidam ſtatuere puerorum, ſiccam et calidam florentium, ſiccam et frigidam declinantium, humidam et frigidam ſenum. At puerorum quidem humidam eſſe aetatem convenit, quod in alio temperamento corporum incrementum fieri nequeat. Florenti vero, quoniam praeter modum calidior et ſiccior eſt, contrario confert uti victu, quemadmodum et vigore decreſcentibus.

παρακμαζόντων. ἐπὶ δὲ τῆς τῶν γερόντων ἡλικίας οὐ σμικρόν ἐστι ζήτημα σχεδὸν ἅπασιν ἠμελημένον, ὑπὲρ οὗ μικρὸν ὕστερον ἐρῶ, τὸν περὶ τῶν ἔμπροσθεν ἡλικιῶν συντελέσας λόγον. εἰ γὰρ ὡμολόγηται τὰ παιδία πλέον μὲν ἔχειν ὑγρότητος ἢ συμφέρει τοῖς ἀβλαβῶς ὑγιαίνουσι, πλέον δὲ θερμότητος (οὐ γὰρ ἁπλῶς ἐστι θερμὰ καθάπερ οἱ ἀκμάζοντες, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, ἥτις εὔκρατός ἐστιν, ἐν αἵματι χρηστῷ τὴν ὕπαρξιν ἔχουσα) τὸ μεταξὺ τῶν παίδων τε καὶ τῶν ἀκμαζόντων, ὅπερ ἐστὶν ἐφήβων τε καὶ μειρακίων, εἴη ἂν ἐν τῇ ἀρίστῃ κράσει. τῆς δ' ἀρίστης μέσης οὔσης καὶ τὰ διαιτήματα μέσα τῇ κράσει προσήκει ποιεῖσθαι, μήθ' ὑγρότερον ἐργαζομένους μήτε ξηρότερον, ἢ θερμότερον, ἢ ψυχρότερον αὐτῶν τὸ σῶμα. τὸ μέντοι τῶν παιδίων, εἰ καὶ πλεῖον, ὡς πρὸς ὑγιεινὴν ἕξιν ἔχοι τὸ ὑγρὸν, ὅμως οὐ χρὴ ξηραίνειν· ἀναυξῆ γὰρ αὐτὰ ποιήσομεν. ἐπὶ δὲ τῶν γερόντων, ἐπειδή τινες μὲν αὐτοὺς ὑγροὺς εἶναι λέγουσι, τινὲς δὲ ξηροὺς, ἀδιορίστως ἑκάτεροι, διοριστέον ἡμῖν ἐστι κατὰ τί μὲν αὐτοὺς ὄντας ξηροὺς, κατὰ τί δὲ ὑγρούς.

At de ſenum aetate non mediocris quaeſtio eſt, ab omnibus propemodum neglecta, de qua poſt paululum dicturi ſumus, ubi ſermonem de prioribus aetatibus abſolverimus. Nam ſi in confeſſo eſt pueros plus humiditatis habere quam integre ſanis conferat; plus item caloris, haud enim ſimpliciter calidi sunt ut juvenes, ſed innato calore, qui temperatus eſt, in probo ſanguine conſiſtens, media inter pueros et juvenes, quae eſt puberum et adoleſcentium *aetas*, in optimo nimirum temperamento conſiſtet. Quum autem optimum medium eſt, etiam victum temperamento medium adhibere convenit, qui nec humidius, nec ſiccius, vel calidius, vel frigidius ipſorum corpus efficiat. Puerorum ſane *corpus* etſi humidius quam ſalubris habitus poſtulat, non tamen exiccandum. Hoc enim modo ne ipſa creſcerent prohiberemus. Verum de senibus, quoniam nonnulli ipſos humidos, aliqui ſiccos, utrique indefinite dixerunt, diſtinguendum nobis venit quatenus ſint ſicci, quatenus humidi. Oſtenſum id eſt in opere de

ἐδείχθη δὲ τοῦτο ἐν τοῖς περὶ κράσεων. αὐτοῖς μὲν γὰρ τοῖς στερεοῖς τοῦ σώματος μορίοις ἐδείχθησαν ὄντες ξηροί. περιττώματα δ' ἔχοντες διὰ τὴν ψυχρότητα τῆς κράσεως πολλὰ καὶ δι' αὐτὰ ὑγροὶ λεγόμενοι. κατὰ λόγον οὖν ἔνδειξις ἐναντία τε καὶ διττὴ γίνεται τοῖς ἰατροῖς ἀπὸ τῆς ἡλικίας ταύτης, διὰ μὲν τὴν ξηρότητα τῆς τῶν στερεῶν κράσεως ὑγραίνεσθαι δεομένων αὐτῶν, διὰ δὲ τὴν περιουσίαν τῶν ὑγρῶν ξηραίνεσθαι. πῶς μὲν οὖν ἀμφοτέρων ἄν τις στοχάζοιτο τελέως εἴρηται κατὰ τὴν ὑγιεινὴν πραγματείαν. ἐν δὲ τῷ παρόντι λόγῳ τὸ κεφάλαιόν ὧν ἐν ἐκείνῃ γεγράφαμεν εἰπεῖν ἀρκέσει. τὰ μὲν σιτία καὶ ποτὰ καὶ τἄλλα πάντα σκοπὸν ἐθέτω τό θ' ὑγρὸν καὶ τὸ θερμὸν, ὡς δέον ὑγραίνειν τε καὶ θερμαίνειν τῶν γερόντων τὰ στερεὰ μόρια τοῦ σώματος, ἅπερ καὶ μόνα κυρίως ὀνομαζόντων ἐστὶ μόρια. προνοητέον δὲ πάλιν ἐπὶ τῆς τῶν φλεγματωδῶν περιττωμάτων κενώσεως. εἴπερ οὖν ἐκ μὲν τῆς περὶ κράσεων πραγματείας ἀναλέξαις τε καὶ μάθοις ἐπιστημονικῶς ψυχρὰν καὶ ξηρὰν εἶναι τὴν οἰκείαν τῶν γερόντων κρᾶσιν, ἐπίκτη-

temperamentis. Ipsis enim solidis corporis partibus siccos esse declaravimus. Quia vero multis ob temperamenti frigiditatem excrementis abundant, humidi nominantur. Ratio igitur est contrariam ac duplicem ab hac aetate indicationem medicis fieri, tum propter temperamenti partium solidarum, quae humectari cupiunt, siccitatem; tum ob humidorum superfluitatem, quae exiccari postulant. Proinde quae utraque quonam modo observes, absolute traditum est in opere de tuenda valetudine. In praesenti vero oratione satis fuerit summam eorum quae isthic descripsimus, paucis indicare. Cibi quidem et potus aliaque universa scopum habeant humectandi et calefaciendi, quantum scilicet humectare et calefacere senum corporis solidas partes decet, quae solae etiam proprie nominantibus partes existunt. Rursus autem de pituitosiorum excrementorum evacuatione prius considerandum est. Proinde si ex opere de temperamentis repetas, discasque artificio ac sci-

τον δὲ ἴσχειν αὐτοὺς ὑγρότητα, διὰ τὴν τῶν φλεγματωδῶν περιττωμάτων γένεσιν, ἐλθὼν δὲ ἀπ᾽ ἐκείνων ἐπὶ τὰ τῶν ὑγιεινῶν ὑπομνήματα προσεπιμάθοις ὅπως χρὴ διαιτᾶν τοὺς γέροντας, εὔδηλον ἔσται σοι τὸ τῆς νῦν προκειμένης ῥήσεως ἀδιόριστον. οὔτε γὰρ εἰς δύο ἐχρῆν διαιρεῖσθαι τὸν ἀνθρώπινον βίον οὔτε ἐπὶ τῶν γερόντων ὑγρὰ καὶ μαλακὰ σώματα εἰρῆσθαι, οὔθ᾽ ὅτι ξηροῖς τὴν κρᾶσιν ἐδέσμασι διαιτητέον αὐτούς. τοὺς μέντοι νέους πεπηγότα φήσας ἔχειν τὰ σώματα καὶ τὴν κρᾶσιν εἶναι ξηροὺς εὔδηλός ἐστιν ἐπὶ τῶν ἀκμαζόντων μόνων τὸν λόγον πεποιημένος καὶ τούτους ὀνομάσας νέους. παρέλιπεν οὖν τήν τε τῶν παίδων ἡλικίαν καὶ τὴν τῶν παρακμαζόντων, ὡς δὲ ἐγώ φημι καὶ τὴν εὐκρατοτάτην γε, ἥτις ἐστὶν ἐν τῷ μεταξὺ τῶν παιδίων τε καὶ τῶν ἀκμαζόντων. εὔδηλος δ᾽ ἐστὶ καὶ αὐτὸς ὑποπτεύων τὸν ἑαυτοῦ λόγον. οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε τοὺς πρεσβυτέρους τῷ ξηροτέρῳ χρὴ τρόπῳ διαιτᾶν, ἀλλὰ προσέθηκε, τὸ πλέον (32) τοῦ χρόνου. τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ φά-

entia peculiare senum temperamentum frigidum esse et siccum, humiditatem vero ascititiam propter pituitae recrementorum generationem ipsos habere: digressus etiam inde ad sanitatis tuendae libros una condiscas quis diaetae modus senibus sit praescribendus; luculenter intelliges quod nihil in praescripta serie definitum distinctumque sit. Neque enim bifariam hominum vita dividenda erat; neque senum corpora mollia et humida dicere oportebat; neque quod siccis ipsos temperamento alimentis uti conveniret. Quum enim juvenes dixit compacta corpora habere et temperamento esse siccos, satis constat de florentibus solum verba fecisse et hos nominasse juvenes. Omisit ergo et puerorum aetatem et declinantium, utque ego arbitror et temperatissimam, quae inter pueros et florentes media consistit. Atqui obscurum non est, vel ipsummet orationem suam suspectam habere. Non enim simpliciter ait seniores victu licciore alendos, sed adjecit, magna ex parte. Idem namque id erat ac si dixisset, non

ναι μὴ διὰ παντὸς, ὅπερ οὔτε τῇ ἕξει τοῦ σώματος οὔτε τῇ ἡλικίᾳ προσέθηκεν ἑτέρᾳ, διὰ παντὸς γὰρ χρὴ τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ σώματι δίαιταν αἱρεῖσθαι.

η'.

[226] *Δεῖ οὖν πρὸς τὴν ἡλικίην καὶ τὴν ὥρην καὶ τὸ ἔθος καὶ τὴν χώρην καὶ τὰ εἴδεα τὰ διαιτήματα ποιέεσθαι ἐναντιούμενον τοῖσι καθισταμένοισι καὶ θάλπεσι καὶ χειμῶσιν. οὕτως γὰρ ἂν μάλιστα ὑγιαίνοιεν.*

Καθόλου ὁ λόγος οὗτος εἴρηται πρὸς αὐτοῦ καὶ σαφῶς καὶ ἀληθῶς ἤδη πολλάκις ἐν πολλοῖς ἡμῖν διηγυσμένος.

θ'.

Καὶ ὁδοιπορέειν τοῦ μὲν χειμῶνος ταχέως χρὴ, τοῦ δὲ θέρεος ἡσυχῇ ἔχειν, ἢν μὴ διὰ καύματος ὁδοιπορέῃ.

---

perpetuo; quod certe neque habitui corporis, neque aetati alteri appofuit; quoniam fuam cuique corpori diaetam femper oportet inftituere.

VIII.

Quare pro aetate, tempeftate, confuetudine, regione, loco, corporum habitu victus ratio inftituenda eft, reluctandumque conftitutionibus, aeftatibus et brumis; ita namque optima valetudo confequetur.

Totus hic fermo et vere et clare ab eo dictus eft, jam faepe in pluribus commentariis nobis abfolutus.

IX.

Ac hieme quidem celeriter incedendum aeftate vero conquiefcendum eft, nifi per folis ardorem iter fit faciendum.

Πῶς ὁδοιπορεῖν χρὴ διδάσκει καθ' ἑκάστην τῶν ὡρῶν. τοῦ μὲν χειμῶνος αἱρούμενον τὸν ξηραίνοντά τε καὶ θερμαίνοντα περίπατον, τοῦ θέρους δὲ τὸν ἐναντίον σκοπὸν ποιεῖν, ἢ μὴ δι' ἡλίου, φησὶν, ὁδοιπορεῖν. τηνικαῦτα γὰρ ἐπείγεσθαι χρὴ θᾶττον ἀπαλλαγῆναι τῆς γιγνομένης κατὰ τὴν τοιαύτην ὁδοιπορίαν ξηρότητός τε καὶ θερμότητος ἐν τῷ σώματι.

ι.

Δεῖ δὲ καὶ τοὺς μὲν σαρκώδεας θᾶττον ὁδοιπορέειν, τοὺς δὲ ἰσχνοὺς ἡσυχέστερον. λουτροῖσι δὲ χρὴ πολλοῖσι χρέεσθαι τοῦ θέρεος, τοῦ δὲ χειμῶνος ἐλάσσοσι. χρὴ δὲ τοὺς στρυφνοὺς μᾶλλον λούεσθαι τῶν σαρκωδέων.

Ἡ ταχεῖα κίνησις τὴν θερμασίαν ἐπὶ πλεῖον αὐξάνουσα τήκει τὸ σῶμα. κατὰ δὲ τὰς βραχείας κινήσεις ἡ σύμμετρος θερμασία καὶ τὴν αἱμάτωσιν καὶ τὴν θρέψιν ἐργάζεται βελτίονα καὶ διὰ τοῦτο συναίρεται τοῖς ζώοις εἰς εὐτροφίαν.

Quomodo incedendum ſit in quaque anni parte docet. Hieme quidem exiccans calefaciensque ambulatio deligenda; aeſtate contrarius ſcopus convenit, niſi per ſolem, ait, iter faciendum. Tunc enim iter maturandum, ociusque eam quae per hunc inceſſum oboritur. Siccitatem et calorem vitare oportet.

X.

Corpulentos autem celerius, graciles vero lenius iter facere convenit. Balneis etiam multis per aeſtatem, at per hiemem paucis utendum. Duris vero magis quam carnoſis.

Celer motus calorem plus ſatis inaugens corpus colliquat. Ex lento calor mediocris tum ſanguinem felicius generat, tum nutrit plenius; eoque animantibus in probam alimoniam ſimul vertitur.

ια'.

Ἠμφιέσθαι δὲ χρὴ τοῦ μὲν χειμῶνος καθαρὰ ἱμάτια, τοῦ δὲ θέρεος ἐλαιοπινέα.

Τί μὲν συνετώτερον ἐπενόησεν ὁ γράψας τοῦ τοῖς ἐξηγηταῖς εἰρημένου πᾶσιν αὐτὸς ἂν εἰδείη. εἰ δὲ τὰ μὲν καθαρὰ διὰ τὸ μᾶλλον θερμαίνειν ἢ καὶ τὸ τὰς διαπνοὰς μὴ κωλύειν ἀξιοῖ τοῦ χειμῶνος ἀμφιέννυσθαι, τὰ δὲ ἐλαιοπινῆ τοῦ θέρους ἢ διὰ τὸ ψύχειν ἢ τὰς διαπνοὰς ἀποφράττειν, οὐκ ἐπαινῶ τὸν λόγον. καὶ γὰρ τῶν καθαρῶν ἱματίων ὅσα πυκνὴν ἔχει τὴν ὑφὴν, καὶ μάλιστα δὲ ἂν ᾖ τριβακὰ, ψύχει· τούτων οὖν ἄμεινον χρῆσθαι. τὰ γὰρ ἐλαιοπινῆ ῥυπαρὰ πάντως ἐστίν. οὐδεὶς δὲ τῶν καθαρείων ἀνθρώπων ἀνέχεται ῥυπαρῶν ἱματίων καὶ μάλιστα θέρους. καὶ μέντοι θερμαίνει χρονίσαντα τὰ ἐλαιοπινῆ μᾶλλον τῶν καθαρῶν, εἰ καὶ κατὰ τὴν πρώτην πρόπτωσιν εἴη ψυχρότατα.

XI.

Et hieme quidem veſtes puras inducere convenit, aeſtate vero oleo imbutas.

Quid ſane ſcriptor doctius conſideravit eo quod ab omnibus dictum eſt interpretibus ipſe noverit. Nam ſi puras veſtes hieme cenſet geſtandas, quod magis calefaciant vel etiam perſpiratum non impediant, oleo autem infectas per aeſtatem, aut quod refrigerent, aut quod perſpiratum obturent, ſermonem non probo. Etenim ex puris veſtimentis quae denſam ac frequentem filorum texturam habent, maxime vero ſi fuerint detrita velamina, refrigerant. His igitur uti commodius eſt. Quippe oleo infecta ſordida plane ſunt; nemo autem elegantiorum hominum ſordidas veſtes ſuſtinet, praeſertim aeſtate. Quin etiam infecta puris temporis ſpatio magis calefaciunt, licet primo occurſu fuerint frigidiſſima.

ιβ΄.

Τοὺς δὲ παχέας χρὴ καὶ ὅσοι βούλονται λεπτοὶ γενέσθαι τὰς ταλαιπωρίας ἁπάσας νήστιας ἐόντας ποιέεσθαι καὶ τοῖσι σιτίοισιν ἐπιχειρέειν ἔτι ἀσθμαίνοντας καὶ μὴ ἀνεψυγμένους καὶ προπεπωκότας οἶνον κεκραμένον καὶ μὴ σφόδρα ψυχρόν. καὶ τὰ ὄψα σκευάζειν σησάμοισιν ἢ ἡδύσμασι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοιουτοτρόποισι. καὶ πίονα δὲ ἔστω τὰ προσαγόμενα ὄψα, οὕτω γὰρ ἂν ἀπό γε ἐλαχίστων πεμμάτων ἐνεμπίπλανται.

Τὸ κατὰ τὴν τελευτὴν τῆς ῥήσεως εἰρημένον, τὸ οὕτω γὰρ ἀπὸ ἐλαχίστων ἐνεμπίπλανται, τινὲς μὲν ἐπὶ πάντων τῶν προειρημένων εἰρῆσθαί φασι, τινὲς δὲ ἐπὶ τῶν ὄψων μόνον, ἃ διὰ σησάμων τε καὶ τῶν ὁμοίων σκευάζεσθαι κελεύει, καὶ ἄλλων τινῶν πολλῶν. τὰ προειρημένα δ᾽ ἐστὶ τό τε νῆστιν γυμνάζεσθαι, κενοῖ γὰρ φανερῶς τοῦτο, καθάπερ πληροῖ τὸ μετὰ τροφήν. ἔτι τε πρὸς τούτοις τὸ ἀσθμαίνοντας ἀπὸ τῶν γυμνασίων ἐσθίειν, οὐδέπω τῆς ἐπ᾽ αὐ-

XII.

Crassos autem oportet quique tenues fieri volunt eos labores omnes jejunos subire, et adhuc ex labore anhelantes necdum refrigeratos cibum assumere, unumque prius bibere dilutum ac non perfrigidum. Obsonia quoque ex sesamis aut condimentis aliisque id genus apparata assumere. Atque sint pinguia quae obsonia offeruntur: sic enim a paucissimis bellariis impleantur.

Quod in textus fine dictum est, puta, *sic enim paucissimis saturantur,* nonnulli de omnibus commemoratis dictum esse confirmant; quidam de solis obsoniis, quae ex sesamis et similibus aliisque multis quibusdam praeparari jubet. Praedicta sunt: *jejunum exerceri;* hoc enim manifesto vacuat, sicut a cibo *labor* implet. Huc accedit illud, adhuc ab exercitiis anhelantes cibum assumere, calore nondum in eis discusso, neque corpore refrigerato;

τοῖς θερμασίας διαπεφορημένης, οὐδὲ ἀνεψυγμένου τοῦ σώματος. ὅπερ ὅτι μὲν αἴτιον γίγνεται τοῦ ταχέως ἐμπιπλᾶσθαι σαφῶς φαίνεται· εἰ δὲ κατ' ἄλλον τινὰ λόγον ὁ τοῦ βιβλίου συγγραφεὺς βούλεται λεπτύνειν αὐτὸ, τοῦθ' ἡμῖν ἄδηλόν ἐστιν. ὅτι μέντοι πολλοῖς τοῦτο τῶν ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἐμφράξεων αἴτιον ἐγένετο, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ τὸ ἧπαρ, ἀκριβῶς οἶδα, καθάπερ γε καὶ τὰ μετὰ τροφὴν ὀξέα γυμνάσια. καὶ μέντοι καὶ τὰ λουτρὰ τοῖς στενὰς ἔχουσι, κατὰ τὸ ἧπαρ διεξόδους τῆς τροφῆς, ἐμφράξεις ἐργάζεται. λέλεκται δέ μοι περὶ τούτων ἅμα τοῖς οἰκείοις διορισμοῖς ἐν τῇ τῶν ὑγιεινῶν πραγματείᾳ. λοιπὸν δ' ἂν εἴη περὶ αὐτῆς τῆς λέξεως διασκέψασθαι, καθ' ἥν φησι καὶ προπεπωκότας οἶνον μὴ πάνυ ψυχρόν. ὡς γὰρ ψυχρὸν μὲν εἶναι κελεύων αὐτὸν, οὐ πάνυ δὲ ψυχρὸν, οὕτως ἐποιήσατο τὸν λόγον· οὐ πάνυ δὲ ὅλως ἀξιοῖ μετὰ τὰ γυμνάσια πίνειν οἶνον εὐθέως, ἀλλ' ὕδωρ πρότερον, ὥσπερ καὶ οἱ ἀθληταὶ ποιοῦσι ταυτὶ τῇ πείρᾳ δεδιδαγμένοι. κεφαλῆς τε γὰρ ἅπτεται οἶνος καὶ εἰ μετὰ τὸ βαλανεῖον εὐθέως πίνοιτο, πρότερος τῶν ἄλλων

quam caufam effe, quo quis celeriter impleatur manifefte apparet. Si vero alia quadam ratione hujus libri auctor corpus attenuare conatur, id nobis obfcurum eft. Quod tamen plerisque hoc obftructiones in visceribus ac maxime in hepate produxit, accurate novimus: quemadmodum et celeres a cibo exercitationes. Adde etiam quod balnea arctos in jecinore tranfitus alimenti habentibus obftructiones efficiunt. Dictum eft mihi de his omnibus fimul cum peculiaribus diftinctionibus in opere de fanitate tuenda. Reftat ut de ipfa verborum ferie difceptemus, ubi ait: *et vinum non perfrigidum prius bibere.* Ut enim frigidum effe jubet, non autem infigniter frigidum, ita fermonem deduxit. Atqui non prorfus copiofum vinum ab exercitiis ftatim bibendum cenfet, fed aquam prius; quemadmodum athletae faciunt, id experientia edocti. Caput enim vinum confcendit et fi poft balneum ftatim ante alios omnes cibos et potus bibatur. Non tamen frigidae potio ab exercitiis, nifi calidum praebibas, tuta eft.

ἁπάντων ἐδεσμάτων τε καὶ πομάτων. οὐ μὴν οὐδ' ἡ τοῦ ψυχροῦ πόσις ἐπὶ τοῖς γυμνασίοις ἄνευ τοῦ προπιεῖν θερμὸν ἀβλαβές ἐστι. βλάπτει γὰρ καὶ αὐτὴ σαφῶς τὴν γαστέρα τε καὶ τὸ ἧπαρ, τινῶν δὲ καὶ τὰ νεῦρα. καὶ μέντοι καὶ τὰς ἕξεις ὁ ψυχρὸς οἶνος ἐπιτονοῖ. βούλεται δὲ ὁ ταῦτα γράψας ἐκλύειν αὐτάς. μή τι οὖν ἑτέρως μὲν ἦν γεγραμμένον, ἥμαρτε δὲ ὁ μεταγραψάμενος αὐτό. πολλὰ γὰρ ὁρᾶται τοιαῦτα καὶ νῦν γινόμενα καὶ δέον ἀντὶ τοῦ μήθ' ὅλως θερμὸν αὐτὸν γράψαι, μὴ λίαν ψυχρόν. ὁ γὰρ ἀσθμαίνουσιν ἔτι διδόναι τὴν τροφὴν ἀξιῶν, ἀτμῶν πολλῶν ὄντος μεστοῦ τοῦ σώματος, βουλήσεται δὲ καὶ δι' οἴνου πόσεως θερμοῦ πληρῶσαι μᾶλλον αὐτούς. πεφυκότος δὲ τοῦ πάνυ θερμοῦ παραπλησίως τῷ ψυχρῷ συνάγειν καὶ τονοῦν τὴν γαστέρα, φυλάττεται πρᾶξαι τοῦτο.

ιγ'.

[228] *Ἀλλὰ καὶ μονοσιτέειν καὶ ἀλουτέειν καὶ σκληροκοιτέειν καὶ γυμνὸν περιπατέειν, ὅσον οἷόν τε μάλιστα εἴη.*

Nam et ipſa ventrem, tum jecur manifeſto laedit, quorumdam quoque nervos. Attamen habitus frigidum vinum corroborat. Vult autem horum ſcriptor ipſos ſolvere. Forſitan alio modo quid ſcriptum erat; verum peccavit qui idem poſtea appoſuerit. Multa ſiquidem ejusmodi etiamnum accidere videntur; cum pro eo quod eſt, neque ex toto calidum, non perfrigidum ſcribere ipſum conveniat. Nam qui cibum adhuc anhelantibus offerendum judicat, corpori videlicet multis vaporibus pleno, volet etiam vini calidi potione magis ipſos implere. Quum autem percalidum frigido ſimiliter contrahat ventrem et corroboret, idem efficere obſervatur.

XIII.

Sed et ſemel tantum die cibum aſſumere, ſuperſedere balneis, duriter cubare nudumque obambulare, quoad ejus fieri queat, oportet.

Κάλλιον ἂν ἦν εἰρῆσθαι πρὸς αὐτῷ μὴ μονοσιτέειν, ἀλλ᾽ ὀλιγοσιτεῖν. ἔνιοι γὰρ τῶν μονοσιτούντων πολὺ πλείω προσφέρονται τῶν δὶς σιτουμένων. ὥσπερ δὲ τὸ λουτρὸν ἐκθερμαῖνον τὸ σῶμα καὶ μάλιστα τοὔκτὸς, εἰς ἀνάδοσίν τε τροφῆς καὶ πρόσθεσιν τῶν ἀναδοθέντων συντελεῖ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἡ ἀλουσία τοῖς ἐναντίοις συναίρεται. καὶ ἡ σκληρο- (33) κοιτία δὲ λυπεῖ καὶ συνέχει καὶ σφίγγει τὸ σῶμα καὶ διὰ τοῦτο τὴν εἰς πᾶν μέρος ἐπίδοσιν αὐτοῦ κωλύει. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τὸ γυμνὸν περιπατεῖν ψύχει μὲν ἅπαντα τὰ μετὰ τὸ δέρμα μόρια. συνελαύνει δὲ εἰς τὸ βάθος καὶ τὰ σπλάγχνα τὴν θερμασίαν, ὡς πέττεσθαι μὲν καλῶς τὰ σιτία, τὴν δὲ πάντη φορὰν αὐτῶν κωλύειν.

ιδ´.

Ὁκόσοι δὲ βούλονται λεπτοὶ ἐόντες παχύτεροι γενέσθαι, τά τε ἄλλα ποιέειν τἀναντία ἐκείνοισι οἷσιν ἔφην καὶ νῆστιν μηδεμίην ταλαιπωρίην ποιέεσθαι.

Melius dixiſſet cibi modicum ſumere quam ſemel tantum cibum ſumere. Quidam enim ſemel die cibo utentium multo plura aſſumunt, quam qui bis eo utuntur. Quemadmodum lavacrum corpus excalſaciens, praeſertim extrinſecus, ad alimenti diſtributionem et diſtributorum appoſitionem conducit; eadem ratione lotionis penuria contraria perficit. Durum cubile corpus moleſtat, contrahit et adſtringit, ideoque in omnem partem incrementum ipſius impedit. Eadem ratione nudum obambulare omnes ſummas ad cutem partes refrigerat; calorem etiam in altum et viſcera cogit, ut cibi probe quidem concoquantur; verum in omne corpus ferri prohibet.

XIV.

Qui vero tenues quum ſint craſſiores effici volunt, tum alia his contraria facere, tum jejunos nullam exercitationem ipſos ſubire oportet.

Τἀναντία τῶν εἰρημένων τοῖς παχέσιν ἐστὶ τὸ μήτε ἀσθμαίνοντας ἐπιχειρεῖν τοῖς σιτίοις, ἀλλ' ὅταν ἤδη κατὰ φύσιν ἀναπνέωσι, μήτε μονοσιτεῖν, ἀλλ' ἤτοι δὶς ἐσθίειν ἢ καὶ τρίς. οὕτω δὲ καὶ ταῖς ἀλουσίαις τἀναντία ποιῶν λούσεται δὶς, ἐξ ἅπαντος μὲν ἐπὶ τροφῇ χρόνου τὸ δεύτερον λουτρὸν περιλαμβάνων, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τὸ πρῶτον. οὕτω δὲ καὶ τὰ γυμνάσια βραχέα τε γυμνάσεται καὶ βραδέα καὶ μετὰ τροφήν. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τὸ μαλακῶς κοιμᾶσθαι καὶ μὴ γυμνὸν ὁμιλεῖν τῷ περιέχοντι, τούτοις ἐστὶ χρήσιμον. διὰ τοῦτο γοῦν καὶ αἱ γυμνασταὶ τὰ μὲν μετὰ τοῦ προσάπτεσθαι καὶ σωματομαχεῖν, οὕτω γὰρ ὀνομάζουσιν αὐτοί τινὰ γινόμενα γυμνάσια, περιλαμβάνουσιν, ἐφ' ὧν σαρκῶσαι θέλουσι, φυλαττόμενοι γυμνοὺς γυμνάζειν αὐτοὺς τὸ σῶμα καὶ μὴ μετὰ συμπλοκῆς. ἔμπαλιν δὲ ὅσους λεπτῦναι βούλονται, μετὰ τοῦ ταχέος γυμνασίου καὶ χωρὶς τῆς πρώτης συμπλοκῆς γυμνάζουσιν.

ιε'.

Τοῖσι δὲ ἐμέτοισι χρὴ καὶ τοῖσι κατακλύσμασι τοῖσι τῆς

Contraria superioribus crassis sunt; neque anhelantes ex labore epulas assumere, sed ubi jam secundum naturam respiraverint; neque semel tantum cibum sumere, verum aut bis aut etiam ter comedere. Sic abstinentiae balneorum contraria qui facit, bis lavabit, semper autem ab epulis alterum lavacrum ingrediens, nonnunquam et primum. Pari modo ad exercitia modica, lenta, eaque post cibum accedet. Eadem vero ratione molliter cubare, non sine vestibus ambulare in aëre his conducit. Propterea gymnastae nonnulla exercitia, quae manuum consertione et corporum pugna, sic enim vocant ipsi, contingunt, adhibent in iis quos carne implere conantur, vitantes ne corpore nudo exercendi incedant, neque cum complexu. E contrario, quos extenuare volunt, celeri exercitio et citra primum complexum movent.

XV.

Vomitionibus autem et infusis alvum eluentibus sic uten-

κοιλίης, ὧδε χρέεσθαι ἓξ μῆνας τοὺς χειμερινοὺς ἐμέειν· οὗτος γὰρ ὁ χρόνος φλεγματωδέστερος τοῦ θερινοῦ καὶ τὰ νουσήματα γίνεται περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ περὶ τὸ χωρίον τοῦτο τὸ ὑπὲρ τῶν φρενῶν. ὅταν δὲ ᾖ τὸ θάλπος, τοῖσι κατακλύσμασι χρέεσθαι. ἡ γὰρ ὥρη καυματώδης καὶ χολωδέστερόν ἐστι τὸ σῶμα καὶ αἱ βαρύτητες ἐν τῇ ὀσφύϊ καὶ ἐν τοῖσι γούνασι καὶ θερμὰ γίνονται καὶ ἐν τῇ γαστρὶ στρόφοι [229] γίνονται. δεῖ οὖν τὸ σῶμα ψύχειν καὶ τὰ μετεωριζόμενα κάτω ὑπάγειν ἀπὸ τῶν χωρίων τουτέων.

Τίνα καλεῖ κατακλύσματα διὰ τῶν ἐφεξῆς ἐδήλωσεν αὐτός. τά τε ἀπὸ τῶν γαλάκτων εἰπὼν καὶ τὸ ἀπὸ τῶν ἐρεβίνθων ἑψημένον ὕδωρ ἅλμην τε καὶ θάλασσαν. ἕτερα γάρ ἐστι τούτων τὰ καθαίροντα φάρμακα κενωτικὰ τοῦ παντὸς σώματος ὄντα. ὥσπερ οὖν τὰ βαλανεῖα κατακλύζειν οἱ βαλανεῖς λέγουσι, τῶν ἐν αὐτοῖς λίθων ἀποπλύνοντες τὸν πηλὸν καὶ τὸν ῥύπον, οὕτω καὶ τὰ τῆς γαστρός τε καὶ τῶν

dum. Sex hibernis menſibus vomitus ciendus, id enim tempus aeſtivo pituitae plus accumulat et capite morbi et regionem quae ſupra ſeptum transverſum eſt, obſident. At quum aeſtatis fervor adſit, cataclysmatis utendum. Haec enim tempeſtas aeſtuoſa eſt et corpus bilioſum magis redditur, gravitates etiam lumbos et genua infeſtant, calores oboriuntur, ventris tormina concitantur. Corpus igitur refrigerandum et qua ſurſum attolluntur, deorſum ex iſtis locis deducenda.

Quae cataclyſmata, id eſt *ablutiones*, vocet, ſequentibus ipſe declaravit; nempe quae ex lacte conficiuntur et cicerum decoctionis aquam; ad haec muriam et marinam. Diverſa namque ab his medicamenta ſunt purgantia, quae univerſum corpus evacuant. Quemadmodum igitur balneatores balnea dicunt abluere, quum lapidum in eis lutum et ſordes abſtergent, ita ventris inteſtinorumque

ἐντέρων κατακλύσματα, περιπλύνει τὸ φλέγμα καὶ τὴν χολὴν αὐτῶν. ἐπεὶ τοίνυν ἐν τῷ χειμῶνι φλέγμα γεννᾶται κατὰ τὴν κοιλίαν, ἐκκενοῦν αὐτὸ διὰ τῶν ἐμέτων συμβουλεύει. τοῦ θέρους δὲ τὴν ἐπιπολάζουσαν ἄνω χολὴν ἀντισπᾷν κάτω. καθαίρειν μέντοι τὸ σύμπαν σῶμα βουληθέντι σοι θέρους μὲν διὰ τῆς ἄνω, χειμῶνος δὲ διὰ τῆς κάτω κοιλίας φαρμακευτέον, ὡς ἐν ἀφορισμοῖς εἴρηται. τὰ μὲν γὰρ ἤδη πλεονάζοντα ἡ κάθαρσις ἰᾶται διὰ τῶν χωρίων ᾗ ῥέπει τὴν κάθαρσιν ποιούμενος. ἀκτέα γὰρ ᾗ ῥέπει διὰ τῶν συμφερόντων χωρίων. ὅσα δὲ κωλῦσαι θέλεις αὐξηθῆναι, διὰ τῶν ἀντικειμένων χωρίων ἀντισπᾷν προσήκει.

ιστ΄.

Ἔστω δὲ τὰ κατακλύσματα τοῖσιν μὲν παχυτέροισι καὶ ὑγροτέροισιν ἁλμυρώτερα καὶ λεπτότερα, τοῖσι δὲ ξηροτέροισι καὶ προσεσταλμένοισι καὶ ἀσθενεστέροισι λιπαρώτερα καὶ παχύτερα. ἔστι δὲ τῶν κατακλυσμάτων λιπαρὰ καὶ παχέα τὰ ἀπὸ τῶν γαλάκτων καὶ ἀπὸ ἐρεβίνθων ὕδωρ ἑφθὲν καὶ

infuſa pituitam et bilem ipſorum detergent. Quoniam itaque pituita per hiemem in ventriculo generatur, evacuari ipſam vomitu conſulit. Aeſtate bilem ſurſum conſcendentem deorſum revelli. Attamen ubi totum corpus purgare volueris, *aeſtate per ſuperiorem, hieme per inferiorem ventrem purgandum eſt;* ſicut in aphorismis dictum invenimus. Etenim jam abundantibus purgatio per loca quo vergunt adhibita medetur. Quippe ducenda quo vergunt per loca idonea. Quae vero ab incremento prohibere velis, per oppoſita revellere conducit.

XVI.

Sint autem cataclysmata craſſioribus quidem et humidioribus magis ſalſa et tenuiora, ſiccioribus vero et gracilioribus et imbecillis pinguiora et craſſiora. At infuſa ſunt pinguia et craſſa quae ex lacte parantur, et aqua

τῶν ἄλλων τῶν τοιουτέων, τὰ δὲ λεπτὰ καὶ ἁλμυρὰ ἅλμη καὶ θάλασσα καὶ τὰ τοιαῦτα.

dicere, glutinofum, aptum ad trahendum et difficile ad excernendum effe id, quo nervi aluntur, idque perfpicuum effe ex iis, quae in nervis apparent. Nam fi elixentur aut computrefcant, in hujusmodi humorem diffolvuntur. Quum vero naturalem fuumque ftatum fervant, funt omnino exangues. Praeterea fingulae partes humore propriae fubftantiae accommodato aluntur. Nihil autem ad nervum alendum accommodatius quam quod dictum eft comperies. Ergo nervus alitur, evacuationem tamen non exigit, quia nullam habet fenfibilem cavitatem, ficut in venis arteriisque confpicitur. Atque hoc interdum in caufa eft, ut nervis glutinofo frigidoque humore repletis, quo fane humore nutriuntur, convulfio ipfos tentet, quod non contingeret, fi cavitatibus fenfibilibus, per quas fieret excretio, praediti effent. *Et in venam*, inquit, *et in arteriam.* Quamplurimas et venas et arterias in toto animantis corpore natura fabricata eft, ac ne longe abeam, in facie et toto capite natura permultas arterias arteriis

Ed. Chart. VI. [249.]
τηρίαις, φλέβας δὲ φλεψὶν ἐκ δεξιῶν εἰς ἀριστερὰ καὶ ἐξ ἀριστερῶν εἰς δεξιὰ, πρόσθεν καὶ ὀπίσω, καὶ αὖθις ὄπισθεν καὶ πρόσω, κᾀκ τῶν ἔξωθεν μερῶν εἴσω κᾀκ τῶν ἔσωθεν ἔξω παράγουσα. καὶ αἱ ἀρτηρίαι ἐπιμίγνυνται φλεψὶ καὶ φλέβες ἀρτηρίαις καὶ νεύροις ἀμφότερα καὶ ταύταις τὰ νεῦρα, παρ᾽ ὅλον τοῦ ζώου τὸ σῶμα. ἐπειδὰν δὲ εἰς μῦν, ἢ εἰς σπλάγχνον, ἢ εἴς τι μόριον ἕτερον ἐμφύεται, πέμπουσί τινας ἀεὶ λεπτὰς ἀποβλαστήσεις τοῖς περικειμένοις σώμασι. σαφὴς δὲ ἡ αἰτία, ὅτι τροφῆς μὲν πάντα δεῖται τὰ μόρια καὶ τὰ θερμὰ καὶ τὰ ψυχρὰ καὶ τὰ σκληρὰ καὶ τὰ μαλακά. ἕλκουσι δὲ τὴν τροφὴν ἐκ τοῦ αἵματος πάνυ ἀλλοιουμένου. ταῦτα δὲ μόρια συνηρίθμησε νῦν ὁ συγγραφεὺς, ὅτι ἐξ αὐτῶν πάντα τοῦ σώματος πλέκονται μόρια. καὶ οὐχ οἷόν τε μηδὲν εὑρίσκεσθαι, ὃ τούτων ἀμερὲς εἴη. καὶ γὰρ εἴπερ τρέφεσθαι δεῖ, ἄνευ τούτων ἀδύνατον. ἅπας δὲ μῦς ἀρτηρίας τε καὶ φλέβας ἔχει καὶ διὰ τούτων τρέφεται. εἴπερ γὰρ ἦν μόνιμος αὐτῶν ἡ οὐσία, μηδὲν ἂν δεῖσθαι λέγοιμεν αὐτοὺς μήτ᾽ ἀρτηριῶν μήτε φλεβῶν. ἐπεὶ

venasque venis tum a dextris ad ſiniſtra tum a ſiniſtris ad dextra tum ab anteriore parte ad poſteriorem et rurſus a poſteriore in anteriorem et ab externis partibus ad internas et ab internis ad externas perducens attexuit. Quum autem vena aut arteria in muſculum aut viſcus aut aliquam aliam partem inſeritur, tenues quasdam propagines corporibus ſibi admotis mittit. Cujus rei perſpicua cauſa eſt; omnes nimirum partes, tam calidas quam frigidas et tam duras quam molles alimento indigere. Easque alimentum ex ſanguine accurate alterato trahere. Has autem partes nunc auctor connumeravit, quia ex ipſis omnes corporis partes componuntur, neque ulla poteſt inveniri, quae ſit harum expers. Etenim ſi ali debent, profecto ſine his effici id non poteſt. Omnes autem musculi et arterias habent et venas et per has alimentum ad ipſos defertur. Si enim ipſorum permanens eſſet ſubſtantia, certe neque arteriis neque venis opus ipſis eſſe diceremus. Sed quum alimento indigeant

R 2

Ed. Chart. VI. [249. 250.]

δὲ καὶ τρέφεσθαι δεῖται καὶ, ὡς εἶπον, τὴν συμμετρίαν φυλάττειν τῆς ἐμφύτου θερμασίας, διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐδέησε φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν. ὅτι δὲ οὐκ ἔχουσι σύμφυτον αἰσθήσεώς τε καὶ κινήσεως ἀρχὴν, διὰ τοῦτο τῶν νεύρων ἀεὶ χρήζουσι, χορηγούντων αὐτοῖς ταῦτα. * *οὐ μὴν τοῖς γε φυσικοῖς ὀργάνοις* * *καὶ μέντοι τοῖς ψυχικοῖς ἡ φυσικὴ διοίκησις ὑπάρχει καὶ χρήζουσί γε καὶ αὐτὰ τῆς τῶν ἀρτηριῶν καὶ φλεβῶν* * *φυλάττειν τὴν οὐσίαν αὐτῶν* * *διαφέρει δὲ πάμπολυ κατὰ τοῦτο, τὰ μέχρι πλειόνων ἐκταθεῖσα μορίων, οὐ μόνους τοὺς μῦς, ἀλλὰ καὶ τὰ μέρη.* * * *διὸ προσέθηκε καὶ ἐς ὑμένα καὶ σάρκα καὶ πιμελήν. οἱ παλαιοὶ μὲν καὶ χιτῶνας καὶ ὑμένας καὶ μήνιγγάς γε καλοῦσιν, ἅπερ νῦν τῷ τῶν ὑμένων ὀνόματι ὁ συγγραφεὺς σημαίνει, οἷς καὶ ἡμεῖς ἑπόμενοι τῆς μὲν ἐν τοῖς ὀνόμασι τερθρείας ἀποστησόμεθα, τοῦ προκειμένου δὲ ἑξόμεθα.* [250] * *πρὸς τὰ τοῦ πνεύματος ὄργανα. καὶ τὰς πλευρὰς ὅλας ἔσωθεν ὑπέζωκεν.* *
οὐχ οἷόν τε μέντοι γεννηθῆναί τι τῶν κατὰ τὸ σῶμα

et, ut ante dixi, servandus sit justus nativi caloris modus, idcirco et venis et arteriis opus fuit. Quia vero innatum sensus et motus principium non habent, ideo nervis semper indigent, qui hoc eis suppeditent * *
Non tamen naturalibus instrumentis. *
Animalibus tamen instrumentis naturalis quaedam est attributa dispensatio indigentque ipsa quoque et arteriarum et venarum ope ad suam essentiam conservandam. *
Permultum autem hac in re differunt. ad plurimas usque extenta partes, ac non solum in musculos, sed etiam * partes *
Propterea addidit: *et in membranam et in carnem et in pinguedinem;* quas prisci tunicas, membranas et meningas vocabant, eas nunc uno nomine membranarum auctor significat, quos nos nunc quoque sequuti omissa nominum subtilitate, rem propositam pertractabimus. *
Ad spiritus instrumenta; et costas omnes intus subcinxit. * Quum interim nulla corporis pars sine

Ed. Chart. VI. [250.]

μορίων ἄνευ τῆς αἱματικῆς οὐσίας. οὐ μὴν οὐδὲ ὅσα λευκὰ καὶ ἄναιμα τῶν μορίων ἐστὶν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ αἵματος δύναται γεννᾶσθαι· καθάπερ ἡ τοῦ ἥπατος οὐσία. τοῦτό γε διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ τε αἵματος καὶ τῆς οὐσίας τοῦ σώματος αὐτοῦ συμβαίνει. * * ἀγγεῖα γοῦν καὶ ὑμένες οὕτω γεννᾶσθαι φαίνονται, ὡς μὴ μόνον πρώτην σύστασιν ἐκ τῆς τοῦ σπέρματος οὐσίας, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐφεξῆς εἰς μῆκός τε καὶ εὖρος ἐπίδοσιν λαμβάνειν. ἔχουσι δὲ καὶ ὑμένες, ὥσπερ τ᾽ ἄλλα πάντα μόρια τοῦ σώματος, τὰς φυσικὰς ἐνεργείας, ὡς καὶ ἕλκειν καὶ κατέχειν καὶ ἐκκρίνειν καὶ ἀλλοιοῦν οἵας τε εἶναι. καὶ περὶ τούτου γε οὐκ ἀμφισβητήσειεν ἄν τις, τὰ περὶ * καὶ μὲν ἡ πιμελὴ τρέφεται τὸν αὐτὸν τρόπον. αὕτη γὰρ ἐλαίου δίκην τακερῶς ἐπιβεβλημένη τοῖς ὑμενώδεσι καὶ νευρώδεσι τοῦ ζώου μορίοις ἐστίν. * * διὸ τὰ εὐτροφοῦντα πάντα πιμελὴν, ἢ στέαρ ἔχει. τὰ δ᾽ ἰσχνὰ καὶ ἄτροφα πολλάκις μὲν οὐδ᾽ ὅλως ἔχειν φαίνεται, πολλάκις δὲ οὕτως ὀλίγην τε καὶ ξη-

ſanguinea ſubſtantia effici queat. Nec tamen quaecunque albae et exangues ſunt ex ipſo effici ſanguine poſſunt, ſicut jecoris ſubſtantia. Id quod propter ſimilitudinem, quae inter ſanguinem et ſubſtantiam corporis ipſius intercedit, accidit. * Vaſa igitur ac membranae ita gigni videntur, ut non modo primam conſtitutionem ex ſeminis ſubſtantia, ſed etiam reliquum in longitudinem et latitudinem incrementum accipiant, ac membranae quidem, ſicut etiam aliae omnis corporis partes, naturales actiones habent, ut trahere, continere, excernere atque alterare poſſint, qua de re nemo converſabitur, qui libros de *

Pinguedo autem eodem modo alitur. Siquidem ipſa inſtar olei pinguis eſt animantis partibus membranoſis ac nervoſis affuſa. * *

Proinde quae bene aluntur, aut pinguedinem aut adipem habent omnia, quae vero gracilia ſunt et non nutriuntur, ſaepe ne habere quidem omnino, ſaepe vero ita

Ed. Chart. VI. [250.]
*ρὰν, ὡς δύσχρηστον εἶναι. περὶ δὲ αἵματος τί χρὴ λέγειν; αὐτὸ γὰρ καὶ τρέφεται ἀπὸ σιτίων καὶ τἄλλα τρέφει πάντα, τὰ ἐν τῷ σώματι ὄντα. διττῶς δὲ τὸ αἷμα λέγεται, ἐνίοτε μὲν ἀντιδιαιρούμενον πρὸς τοὺς ἄλλους χυμοὺς, τουτέστι πρὸς τὸ φλέγμα καὶ ἀμφοτέραν χολὴν, ἐνίοτε δὲ κατ᾽ ἐπικράτειαν ὅλος ὁ ἐν τοῖς ἀγγείοις χυμός. νῦν δὲ προστιθεὶς καὶ φλέγμα καὶ τὰ λοιπὰ δῆλός ἐστι σημαίνειν τὸν ἕνα χυμὸν, τοῖς ἄλλοις ἀντιδιαιρούμενον. * * ἡ μὲν οὖν κατὰ φύσιν ἑκάστῳ ζώῳ θερμασία εὔκρατός τε καὶ μετρίως ὑγρὰ αἵματός ἐστι γεννητική· καὶ διὰ αὐτό γε τοῦτο καὶ τὸ αἷμα θερμὸν καὶ ὑγρὸν φαμεν εἶναι δυνάμει· ὥσπερ καὶ τὴν ξανθὴν χολὴν θερμὴν καὶ ξηράν· μέλαιναν δὲ ξηράν τε καὶ ψυχρὰν καὶ τὸ φλέγμα αὐτὸ, ὑγρόν τε καὶ ψυχρόν. ἐναργῶς γὰρ καὶ περὶ τούτου πίστεις Ἱπποκράτει τε καὶ τοῖς ἄλλοις εἴρηται παλαιοῖς. * * ὅσον οὖν ἐμφέρεται τοῖς φλεψὶ φλέγμα, χρήσιμον ὑπάρχον τοῖς ζώοις, οὐ δεῖται κενώσεως, ὥσπερ καὶ τῶν χολῶν ἑκατέρας τὸ μὲν*

parum idque ſiccum, ut vix uti poſſis videntur. De ſanguine autem quid attinet dicere? Ipſe enim et cibis alitur et caetera omnia, quae in corpore ſunt, alit. Duobus autem modis ſanguis dicitur, interdum ut altera parte caeteris humoribus reſpondeat, hoc eſt, ut a pituita et utraque bili diſtinguatur, interdum vero ex praeſtantia totus is humor, qui vaſculis continetur. Hoc autem loco quum addidit *et pituitam* et reliqua, planum eſt unum ſignificari humorem ab aliis diſtinctum. * Calor unicuique animanti nativus temperatus et modice humidus eſt auctor ſanguinis; ob eamque cauſam ſanguinem calidum et humidum poteſtate eſſe dicimus, ſicut flavam bilem, calidam et ſiccam, atram, frigidam et ſiccam; ipſam denique pituitam humidam et frigidam, qua de re et ab Hippocrate et ab aliis veteribus evidentes probationes allatae ſunt. *

Quantum igitur pituitae in venis fertur, quum utile animantibus ſit, vacuatione non eget, ſicut ex utraque bile

Ed. Chart. VI. [250.]
*χρήσιμον καὶ κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ζώοις, τὸ δ᾽ ἄχρηστον καὶ παρὰ φύσιν. ὅσον δὲ τοῦ φλέγματος ἂν ᾖ γλυκὺ, τοῦτο χρήσιμόν ἐστι καὶ κατὰ φύσιν τῷ ζώῳ· ὅσον δὲ ὀξὺ καὶ ἁλμυρὸν, τὸ μὲν τελέως ἄπεπτον, τὸ δὲ διασαπές. περὶ δὲ τοῦ μυελοῦ * * τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἴδιον αὐτοῦ, ὡς εἶναι τὴν τῶν ὀστῶν τροφὴν, ὡς εἴρηται. τοῦ δὲ νωτιαίου μυελοῦ τὰ μὲν ἔχοντος κοινὰ πρὸς τὸν ἐγκέφαλον, τὰ δ᾽ ἴδια, ἐστὶ μὲν τὰ κοινὰ τὴν τοῦ σώματος οὐσίαν ὁμοίαν ἔχειν, καὶ νεύρων ἀρχὴν εἶναι, τὰ δ᾽ ἴδια, κινεῖσθαι μὲν σφύζοντα τὸν ἐγκέφαλον, ἀκινήτῳ περιλαμβανόμενον, μὴ κινεῖσθαι δὲ τὸν νωτιαῖον ὑπὸ κινουμένων τῶν σπονδύλων περιεχόμενον. * * * * * ὥσπερ δὲ τὸ ζωτικὸν πνεῦμα κατὰ τὰς ἀρτηρίας τε καὶ καρδίαν γεννᾶται, τὴν γένεσιν ἔκ τε τῆς εἰσπνοῆς ἔχον καὶ τῆς τῶν χυμῶν ἀναθυμιάσεως, οὕτω τὸ ψυχικὸν ἐκ τοῦ ζωτικοῦ κατεργασθέντος ἐπὶ πλέον ἔχει τὴν γένεσιν. καὶ ὥσπερ εἰς τὴν γαστέρα καὶ τὰ ἔντερα καθήκουσιν ἀρτηρίαι τε καὶ φλέβες πάμπολλαι, χολὴν μὲν καὶ φλέγμα καί τινας*

altera utilis naturalisque animalibus eſt, altera inutilis et praeter naturam, quae autem pituitae pars dulcis eſt, ea et utilis et naturalis animanti eſt, quae vero acida ſalſaque eſt, acida omnino cruda eſt, ſalſa vero computruit. De medulla autem * Hoc ipſius eſt proprium, ut ſit, velut dictum eſt, oſſium alimentum. Quum vero ſpinalis medulla quaedam habeat cerebro communia, quaedam propria, communia ſunt, ut corporis eſſentiam ſimilem habeat et nervorum origo ſit, propria ut quum cerebrum pulſet, ac motu cieatur, quanquam oſſe immobili contineatur, ipſa tamen non moveatur, tametſi a vertebris mobilibus contineatur. * * * * Quemadmodum autem ſpiritus vitalis in arteriis cordeque gignitur et ortum ex ſpiratione ducit et ex humorum habitu, ſic animalis fit ex vitali admodum elaborato. Et quemadmodum in ventriculum et inteſtina arteriae venaeque plurimae perveniunt, bilem ac pituitam et alias id genus humores in exter-

*ἑτέρας τοιαύτας ὑγρότητας εἰς τὴν ἐκτὸς εὐρυχωρίαν ἀποχέουσαι, στέγουσαί τε ἐντὸς αὐτῶν τό θ' αἷμα καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ζωτικόν. οὕτως εἰς τὰς κατὰ τὸν ἐγκέφαλον κοιλίας αἱ μὲν φλέβες ἐκκρίνουσι μὲν τὰ περιττὰ, τὸ δ' αἷμα κατέχουσιν, αἱ δὲ ἀρτηρίαι τὸ πνεῦμα ἀναπνέουσιν. [251] ὅσα μὲν τοῦ ἐγκεφάλου μέρη τῆς διαζωννυούσης μήνιγγος ψαύει, ταῦτ' ἐξ αὐτῶν τῶν κατ' ἐκείνην ἀγγείων ἀρύεται τὴν οἰκείαν τροφήν· ὅσα δὲ πόῤῥωτέρω κείμενα τυγχάνει, ταῖς τῶν ὑλῶν βοηθεῖται ῥοπαῖς. εἴρηται γὰρ ὅτι ἔχει δύναμιν ἅπαντα τὰ ἐν τῷ σώματι μόρια τῆς οἰκείας ὕλης ἑλκτικήν. ἵνα οὖν ἅπαν τὸ σῶμα καὶ τὰ μόρια αὐτοῦ τὴν τροφὴν ἕλκειν δύναιτο, ἡ φύσις καθ' ὅλον αὐτὸ ἐποίησε πλῆθος φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν, οὕτως ἐγγὺς ἀλλήλων καὶ πλησίον οὕτω πολλάκις, ὥστε καὶ ψαύειν, ὡς ὁρῶμεν τὰς εἰς κοιλίαν καὶ νῆστιν καὶ πᾶν τὸ λεπτὸν ἔντερον καὶ κῶλον καὶ τὰς καθ' ἧπαρ καὶ πνεύμονα καὶ νεφροὺς καὶ κύστιν καὶ μήτραν καὶ σπλῆνα καὶ αὐτὴν τὴν καρδίαν καθηκούσας. ἀλλὰ καὶ κατ' ὤμο * * * ὅπερ μὲν ἐν τοῖς*

nam capacitatem effundentes et ſanguinem ac vitalem ſpiritum intra ſe ipſas cohibentes, ſic in cerebri ventriculos venae excernunt ea, quae ſupervacanea ſunt ſanguinemque retinent; arteriae vero ſpiritum reſpirant. Quaecunque autem cerebri partes membranam ipſius ſuccingentem contingunt, eae ex vaſis, quae in ipſo ſunt, accommodatum ſibi alimentum hauriunt; quae vero longius abſunt, materiarum inclinationibus adjuvantur. Dictum enim eſt omnes corporis partes facultatem habere materiae ſibi accommodatae attrahendae. Itaque ut univerſum corpus ipſiusque partes trahere alimentum queant, natura magnam arteriarum venarumque copiam in totum corpus pertinentem machinata eſt, quae ita vicinae inter ſe ac ſaepe etiam propinquae ſunt, ut ſeſe contingant, ſicut eas eſſe perſpicimus, quae in ventriculum, in jejunum univerſumque tenue inteſtinum et colon et jecur et pulmonem et renes et veſicam et uterum et lienem et ipſum cor pervenerint. Sed etiam in his *

Ed. Chart. VI. [251.]

ἄλλοις ἅπασι σχεδὸν τοῦ σώματος μορίοις, μάλιστα δὲ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ὁρᾶται.

β.

Καὶ δὴ ἐς θερμασίην καὶ πνεῦμα κατὰ ὑγρασίην.

Ὡς ἐν ἀτροφίᾳ ψύχεται τὸ σῶμα, οὕτως αὖ δῆλόν ἐστιν ἀναθερμαίνεσθαι αὐτὸ κατὰ τὴν τροφήν. ἀλλὰ καὶ ταῖς ξηρότησι τῶν στερεῶν σωμάτων ψύξις ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ χρονιζούσαις. αὐτὴ γὰρ καθ᾽ ἑαυτὴν ἡ ξηρότης διαμένειν, ἀμέμπτου τῆς κατὰ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἀντιθέσεως ὑπαρχούσης, οὐ δύναται. τάχιστα γὰρ ἐπὶ ταῖς ἀτροφίαις ἀποψύχεται τὰ μόρια· διότι καὶ ἡ θρέψις αὐτοῖς ἐστιν ἐκ θερμοῦ χυμοῦ τοῦ αἵματος. αἱ μὲν οὖν τροφαὶ πρὸς τῆς ἐμφύτου πεττόμεναι θερμασίας τὸ σῶμα θερμαίνουσι. οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτό γε ἐκ τοῦ παραχρῆμα γίνεται. ὡς γὰρ αἱ τοῦ πυρὸς ἐπιτήδειοι τροφαὶ τὸ πῦρ αὔξουσιν, οὕτω καὶ τῶν φύσει θερμῶν σωμάτων, ὅτε περ ἂν οἰκεία

Quod quum in aliis fere omnibus corporis partibus, tum vel maxime in cerebro conſpicitur.

II.

Et in calorem et ſpiritum et humorem.

Quemadmodum corpus refrigeratur in nutritionis defectione, ita ipſum alimento excalefieri perſpicuum eſt. Quum tamen refrigeratio ex diuturnis quoque ſolidorum corporum ſiccitatibus conſequatur, quippe permanere ipſa per ſe ſiccitas, ſi non mutetur oppoſitio, quae ex calido frigidoque conſtat, non poſſit, partes enim in nutritionis defectione celerrime refrigerantur, propterea quod calido ſanguinis humore nutriuntur, ex quo fit ut quum alimenta innato calore concoquantur, corpus calefaciant; tamen protinus non fit. Ut enim alimenta ad ignem accommodata ignem augent, ita corporum natura calidorum alimentum, quod ipſis accommodatum innatumque ſit, ea

Ed. Chart. VI. [251.]
τε καὶ σύμφυτος ὑπάρχει τροφὴ, ῥώσει τε διὰ παντὸς αὐτὰ καὶ τὴν ἔμφυτον αὐξήσει θερμασίαν. καὶ τοῦτό ἐστιν ἁπάσης ἴδιον τροφῆς. ἐνίοτε δὲ καὶ πλείων τροφὴ ἀμαυροῖ τὸ ἔμφυτον θερμὸν, δίκην τῶν ξύλων ὑγρῶν· ἃ τροφὴ μέν ἐστι καὶ αὐτὰ τοῦ πυρὸς, ἀλλ᾽ ὅτι ἐπιβληθέντα τῷ πυρὶ ἐστι πλείω, διὰ τοῦτο κατακρύπτεται τὴν φλόγα καὶ κίνδυνον ἐπάγει φθορᾶς. φέρεται γοῦν ἡ τῆς τροφῆς δύναμις εἰς τὸ θερμὸν καὶ ὑγρὸν, ἐπειδὴ ἐκ τῆς γαστρὸς εἰς τὰς φλέβας ἀναληφθῆναι καλῶς οὐ δύναται ὁ ἐκ τῶν σιτίων χυμὸς, οὐδὲ ῥαδίως διεξέρχεσθαι τὰς ἐν ἥπατι φλέβας, οὔσας πολλάς τε καὶ στενὰς, εἰ μή τις αὐτῷ λεπτοτέρα καὶ ὑδατώδης ὑγρότης ἀναμέμικτο, καθάπερ ὄχημά τι. Ἱπποκράτης δὲ τὴν κοίλην φλέβα ὄχημα τροφῆς καλεῖ, ὅτι κατ᾽ αὐτὴν πολλῆς ὑγρότητος λεπτῆς καὶ ὑδατώδους μεστόν ἐστι τὸ αἷμα. ὡμολόγηται γὰρ τὰ φυσικὰ ὄργανα εἰς ὅσον μὲν ὑγρότερα, τρέφεσθαι βελτίω. κἂν ἐσχάτως ὑγρὰ ταῖς κράσεσιν ὑπάρχῃ. πρὸς δὲ τὰς πέψεις οὔτε βελτίω σφῶν αὐτῶν οὔτε τῶν ξηροτέρων, εἰ καὶ ὁμοίως ᾖ θερμά. καὶ αἱ μὲν

perpetuo roborabit et innatum calorem adaugebit; idque eſt omnis alimenti proprium, interdum tamen copioſius alimentum hebetat innatum calorem, inſtar lignorum viridium, quae ut ſint ignis alimenta ipſa quidem, tamen quia plura in ignem conjecta ſunt, idcirco flammam occultant et ne ignis extinguatur periculum afferunt. Ergo alimenti facultas in calorem et humorem perducitur, quia is ſuccus, qui ex cibis conficitur, non poſſit recte ex ventriculo in venas tranſumi, neque facile venas, quae in jecore multae anguſtaeque ſunt, pertranſire, niſi tenuior quaedam et aquea humiditas ei tanquam vehiculum quoddam fuiſſet admixta. Hippocrates autem venam cavam alimenti vehiculum vocat; propterea quod in ipſa ſanguis multa, tenui et aquea humiditate plenus eſt. Conſtat enim naturalia inſtrumenta quo humidiora ſint, eo melius nutriri; tametſi extreme humida temperie ſint; quod vero ad concoctiones pertinet, neque ſe ipſis meliora ſunt, neque etiam ſiccioribus, etiam ſi ſimiliter ſint calida. Ca-

Ed. Chart. VI. [251. 252.]

τῆς θερμασίας αὐξήσεις ἀλλοιοῦσιν ἱκανῶς· αἱ δὲ ψυχρότητες εἰς οὐδεμίαν ἐνέργειαν χρησταί. ξηρότητες δὲ εἰς ῥώμην. ὑγρότητες δὲ εἰς μὲν τὰς θρέψεις ἐπιτηδειόταται, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας ἐνεργείας ἐναντιώταται, πλὴν αὐξήσεως. εἰς ταύτην δὲ πλέον ἢ κατὰ τὴν θρέψιν ὑπάρχουσι χρησταί. περὶ δὲ τοῦ πνεύματος, ὅτι διττόν ἐστι, τό τε ψυχικὸν καὶ τὸ ζωτικὸν, καὶ ὅτι κουφότατόν ἐστι καὶ λεπτότατον ἁπάντων τῶν κατὰ σῶμα, οὐδὲν χρή.

γ.

[252] *Τροφῆς δὲ τὸ τρέφον, τοῦτο τροφὴ καὶ τὸ οἷον τροφὴ καὶ τὸ μέλλον τροφή.*

Εἴρηται μὲν ὅτι θρέψις ἐστὶν ὁμοίωσις τοῦ τρέφοντος τῷ τρεφομένῳ καὶ ὅτι πρὸς τὸ γενέσθαι αὐτὴν δεῖ προηγεῖσθαι πρόσφυσιν· καὶ πρὸς ταύτην πρόσθεσιν. ὁ γὰρ χυμὸς ὁ μέλλων ὁτιοῦν τῶν τοῦ ζώου μορίων θρέψειν πρῶτον μὲν εἰς ἅπαν αὐτὸ διασπείρεται, ἔπειτα προστίθε-

lor adauctus valenter alterat, frigus nulli actioni est utile, siccitates ad robur valent, humiditates sunt ad nutritiones accommodatissimae, aliis actionibus praeter quam incremento maxime contrariae. Nam ad incrementum potius quam ad nutritionem valent. De spiritu autem et spiritum esse duplicem animalem et vitalem et ipsum esse omnium eorum, quae sunt in corpore, levissimum et tenuissimum, nihil opus est dicere.

III.

Alimenti autem quod alit, hoc alimentum, et quod velut alimentum et quod futurum est alimentum.

Dictum est nutritionem esse assimilationem ejus quod nutrit ei quod nutritur, et ut fiat, praecedere agglutinationem, et ut haec fiat, appositionem oportere. Humor enim, qui quamvis corporis partem nutriturus est, primum in ipsam totam dispergitur, deinde apponitur, tum

ται, κἄπειτα προσφύεται καὶ τελευταῖον ὁμοιοῦται. ἐπειδὰν δὲ κατὰ μίαν ἡντιναοῦν τῶν ἐν αὐτῷ ποιοτήτων τὸ σῶμα μεταβάλλει τὸ πλησιάζον, οὔτε καθ' ὅλην ἐνεργεῖν αὐτοῦ τηνικαῦτα τὴν οὐσίαν ὑποληπτέον οὔτε ἐξομοιωθῆναι δύνασθαι τὸ μεταβαλλόμενον. ὥστε οὐδὲ θρέψειν ἄν ποτε τὸ οὕτω μεταβληθὲν οὐδὲν τῶν μεταβαλλόντων. εἰ δ' ἐκεῖνο μεταβάλλει, τοῦτ' ἔστι καθ' ὅλην ἑαυτοῦ τὴν οὐσίαν ἐνεργήσει, ἐξομοιώσειεν ἂν οὗτος ἑαυτῷ καὶ τραφείη πρὸς τοῦ μεταβληθέντος. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι θρέψις ἐστὶ παρὰ τὴν τελείαν ὁμοίωσιν. κυρίως μὲν οὖν τὸ τρέφον ἤδη τροφή. τὸ δ' οἷον μὲν τροφὴ, οὔπω δὲ τρέψαν, ὁποῖόν ἐστι τὸ προσφυόμενον ἢ τὸ προστιθέμενον, θροφὴ μὲν οὐ κυρίως, ὁμωνύμως δὲ τροφὴ λέγεται. τὸ δ' ἐν ταῖς φλεψὶ περιεχόμενον καὶ τούτου ἔτι μᾶλλον τὸ κατὰ τὴν γαστέρα, ὡς μέλλον ποτὲ θρέψειν, εἰ καλῶς κατεργασθείη, κέκληται τροφή. διὸ εἰώθασιν οἱ ἰατροὶ τῶν ἐδεσμάτων ἕκαστον κατὰ τοιαῦτα τῆς τροφῆς σημαινόμενα τροφὰς ὀνομάζειν, οὔτε τῷ τρέφειν ἤδη τὸ ζῶον οὔτε τῷ τοιοῦτον ὑπάρχειν, οἷον τὸ

agglutinatur, denique aſſimilatur. Ubi igitur corpus una qualibet earum, quas in ſe habet, qualitatum, id quod ſibi admovetur commutat, non eſt exiſtimandum eo caſu id ipſum tota ſubſtantia agere, neque id quod mutatur aſſimilari ipſi poſſe, quare quod ita mutatum eſt nunquam nutriet id quod ſe mutavit. Si vero illud mutabit, hoc eſt tota ſui ſubſtantia aget, utique tum ſibi aſſimilabit id, quod mutatur, tum ab eo nutrietur, quippe quum nihil aliud ſit nutritio quam perfecta aſſimilatio. Alimentum igitur proprie vocatur id, quod iam nutrit; quod vero eſt velut alimentum, neque tamen adhuc aluit, cujusmodi eſt quod agglutinatur vel quod apponitur, non proprie, ſed homonyme alimentum appellatur; quod autem venis et magis etiam quod ventriculo continetur, utpote quod nutriturum aliquando ſit, ſi probe confectum fuerit, alimentum nuncupatur; quocirca ſolent medici edulia quaeque in his alimenti ſignificationibus alimenta nominare, non quod jam alant animantes, nec quod talia ſint,

Ed. Chart. VI. [252.]

τρέφον, ἀλλὰ τῷ δύνασθαι καὶ μέλλειν τρέφειν, εἰ κατεργασθείη καλῶς. αὐτὸς μὲν γὰρ τὸ μὲν ἤδη ὁμοιούμενον τροφὴν καλεῖ, τὸ δ᾽ οἷον μὲν ἐκεῖνο, προστιθέμενον ἢ προσφυόμενον, οἷον τροφήν· τὸ δὲ ἄλλο πᾶν, ὅσον ἐν ταῖς φλεψὶ καὶ τῇ γαστρὶ περιέχεται, μέλλον. ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντα καὶ πάντη δύναται ὁμοιωθῆναι, ἰστέον ἐστὶ τὰ ὁμοιούμενα πάντη τροφὰς εἶναι, τὰ δ᾽ ἄλλα σύμπαντα φάρμακα καλεῖσθαι. δέδεικται γὰρ ἑτέρωθι διττὴν αὐτῶν εἶναι τὴν φύσιν· ἢ γὰρ ἀμετάβλητα διαμένοντα νικᾷ καὶ μεταβάλλει τὸ σῶμα· ἅπερ τὴν φύσιν τοῦ ζώου φθείρει· ἢ μεταβολῆς ἀρχὴν παρὰ τοῦ σώματος λαμβάνει μὲν, σήπεται δὲ καὶ διαφθείρεται, κἄπειτα συνδιαφθείρει τε καὶ σήπει τὸ σῶμα. καὶ ταῦτα δηλητήρια καλεῖσθαι χρή. εὑρίσκεται δὲ καὶ τὸ τρίτον εἶδος φαρμάκων, τῶν ἀντιθερμαινόντων μὲν τὸ σῶμα, κακὸν δὲ οὐδὲν ἐργαζομένων, καὶ τέταρτον ἐπ᾽ αὐτοῖς ὃ καὶ ποιεῖ τι καὶ πάσχει, τῷ δὲ χρόνῳ νικᾶται καὶ τελέως ἐξομοιοῦται· ὥσπερ καὶ φάρμακον ἅμα καὶ τροφὴ ὑπάρχει.

qualia ſunt quae alunt: ſed quia nutrire poſſint, nutrituraque ſint, ſi probe conficiantur. Ipſe autem quod jam aſſimilatum eſt, alimentum vocat, quod vero tale eſt, quale illud, quod appoſitum agglutinatumve eſt, velut alimentum; reliquum omne, quodcunque venis et ventriculo continetur, futurum alimentum. Quoniam autem neque omnia, neque omnino aſſimilari poſſunt, ſciendum eſt quae aſſimilantur, alimenta eſſe, caetera omnia medicamenta vocari. Alio enim in loco oſtenſum eſt duplicem ipſorum naturam eſſe; nam vel immota manent corpusque vincunt et mutant, quae animantis naturam corrumpunt, vel mutationis principium ſumunt a corpore, ſed putreſcunt ac corrumpuntur, deinde corpus ſimul corrumpunt et putrefaciunt; haecque venena vocanda ſunt; quin etiam tertium genus medicamentorum invenitur, eorum nimirum, quae corpus recalefaciunt, nihil tamen mali efficiunt. Eſt et quartum genus eorum, quae agunt aliquid et patiuntur, ſed tandem vincuntur et perfecte aſſimilantur, quae ſimul et medicamenta et alimenta ſunt.

Ed. Chart. VI. [252. 253.]
λεγομένης μὲν οὖν τριχῶς τῆς τροφῆς, τὴν μὲν ἤδη τρέφουσαν καὶ προστεθειμένην καὶ μηκέτι μέλλουσαν κυρίως τροφὴν λέγει. καὶ αὕτη θερμαίνει πάντως τὸ τρεφόμενον σῶμα, τῶν δ' ἄλλων οὐδετέρα, διότι μηδὲ τροφαὶ κυρίως εἰσὶν, ἀλλὰ τὸ μὲν, ὡς αὐτὸς ἔφη, οἷον τροφὴ, τὸ δὲ ὅτι μέλλει τοιοῦτον γενήσεσθαι.

δ'.

[253] *Ἀρχὴ δὲ πάντων μία καὶ τελευτὴ πάντων μία καὶ ἡ αὐτὴ τελευτὴ καὶ ἀρχή.*

Εἰ ἀρχὴν ἐκεῖνό φαμεν εἶναι τὸ μόριον, ὃ αὐτοῖς ἀφ' ἑαυτοῦ πεφυκόσιν ἤτοι τὴν δύναμιν, ἢ πάντως γε τὴν ὕλην χορηγεῖ, οὗτος ὁ λόγος ἐστὶν ἀμφισβήτησιν οὐ μικρὰν ἔχων, ἐπειδὴ καὶ ἐγκέφαλος καὶ καρδία καὶ ἧπαρ ἔσονται ἀρχαί· καὶ οὕτω πολλαὶ μὲν ἀρχαὶ, οὐχὶ δὲ μία. εἰ δὲ ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἅπασι τοῖς οὖσιν ὕλην ἔχουσαν ζητεῖ, ταύτην ἡμεῖς

Quum igitur alimentum tribus dicatur modis id, quod alit, appofitumque eft et quod non item futurum fit, alimentum proprie vocat, idque omnino calefacit corpus, quod nutritur, aliorum duorum neutrum id facit, propterea quod alimenta proprie non funt, fed alterum, ut ipfe ait, veluti alimentum, alterum vero tale fit futurum.

IV.

Principium autem omnium unum et finis omnium unus et idem finis et principium.

Si eam particulam principium effe dicimus, quae iis, quae ex fe oriuntur, aut facultatem aut omnino materiam fuppeditat, profecto hic fermo non parum controverfus eft; fiquidem et cerebrum et cor et jecur erunt principia, atque ita multa principia, non unum. Si vero principium rerum omnium materiam continens quaerit,

Ed. Chart. VI. [253.]
κατὰ τὸν Ἱπποκράτη ἐν τῷ περὶ στοιχείων τέτταρα εἶναι στοιχεῖα κατεσκευάσαμεν, κεράννυσθαί τε πεφυκότα δι᾽ ὅλων ἀλλήλων καὶ δρᾷν εἰς ἄλληλα. εἰ δὲ μηδέτερον τούτων βούλεται ὁ συγγραφεὺς, ἀλλ᾽ ἴσως περὶ τῆς φυτικῆς ἀρχῆς λέγει, ἥπερ μία ἐστὶ, νὴ Δία τὸ ζῶον ταύτην ἁπάντων ἔχει πρώτην δημιουργοῦσαν οὐκ ἐξ αἵματος, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ σπέρματος ἀρτηρίαν καὶ φλέβα καὶ νεῦρον, ὀστοῦν τε καὶ ὑμένα. εἰσὶ μέν τινες βουλόμενοι τὴν μίαν ἀρχὴν καὶ μίαν τελευτὴν λέγεσθαι πρὸς αὐτοῦ, ὅτι κατ᾽ ἀλήθειαν οὐδὲν γίνεται χωρὶς ἀρχῆς. καὶ τὸ πρῶτον γεννῆσαν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τινος γεγενῆσθαί φασι, κἄπειτα δὲ τελευτὴν ἕξειν, ἥπερ ἐστὶ διάλυσις τοῦ πρόσθεν γεγονότος. πᾶν γὰρ τὸ γενόμενον τὴν τελευτὴν ἕξει καὶ οὐδὲν ἐν τοῖς οὖσιν ἐννοῆσαι δύναιο, ὃ τὴν ἀρχὴν εἶχέν ποτε, ὃ μή ποτε τελευτήσει· ὡς οὖν ἅπαντα ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ἄρχονται, οὕτως εἰς μίαν λήγει τελευτήν. * κατ᾽ ἄλλο δὲ σημαινόμενον ἴσμεν πᾶσαν τέχνην τοῦ τέλους ἐφίεσθαι. τέλος δὲ ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων

nos id ex Hippocratis ſententia eſſe quatuor elementa ſtatuimus, quibus ſit a natura tributum, ut mutuo per ſeſe tota miſceantur atque invicem agant. Si vero horum neutrum hic auctor velit, ſed forte de vegetabili principio loquatur, quod ſane unum eſt, profecto animal unum primum omnium habet principium, quod non ex ſanguine, ſed ex ſemine arteriam, venam, nervum, os membranamque fabricatur. Quidam tamen ſunt, quibus unum principium unumque finem ab ipſo dici placet, quod revera nihil ſine principio fiat et quod primum factum eſt, ab aliquo ſit factum principio et finem ſit habiturum, quae eſt ejus quod ante factum eſt diſſolutio, quia quicquid factum eſt finem eſt habiturum, nec quicquam in rebus humanis poſſit excogitari, quod initium quandoque habuerit, quod finem habiturum non ſit. Ergo ut omnia ab uno principio incipiunt, ſic in unum finem deſinunt. * In alia autem ſignificatione ſcimus omnem artem appetere finem, ac finem in

Ed. Chart. VI. [253.]
ἕν· ὅπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ κατὰ τὴν οὐσίαν ἐκείνην ἀγαθόν. οὕτω καὶ τῆς ἰατρικῆς ἓν ἔσται τὸ τέλος, τὸ τυχεῖν ὑγείας, καὶ εἷς ὁ σκοπὸς ἡ ὑγεία. οἱ δὲ τρόποι τῆς ἐπιτυχίας διαφέροντες. διὸ τὸ χρήσιμον ἐν ἰατρικῇ δεῖ κρίνειν, σκοποῦντας ὁτὲ μὲν, εἰ πρὸς τὸ ποιῆσαι τὴν ὑγείαν φέρει, ὁτὲ δὲ τὸ σωτηρῆσαι. * τὴν αὐτὴν δ' εἶπα τελευτήν τε καὶ ἀρχὴν, ἐπειδὴ ἅπαν εἰς ἑαυτὸ τοῦτο διαλύεται, ἐξ οὗ καὶ γέγονε. αὐτὸς γὰρ ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου οὕτω πως γράφει· καὶ πάλιν γε ἀνάγκη ἀποχωρέειν εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἕκαστον, τελευτῶντος τοῦ σώματος ἀνθρώπου· τό τε ὑγρὸν πρὸς τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ξηρὸν πρὸς τὸ ξηρόν· καὶ τὸ θερμὸν πρὸς τὸ θερμόν· καὶ τὸ ψυχρὸν πρὸς τὸ ψυχρόν· καὶ μετ' ὀλίγον· γίνεταί τε, φησὶν, ὁμοίως πάντα καὶ τελευτᾷ ὁμοίως πάντα. ξυνίσταται γὰρ αὐτέων ἡ φύσις ἀπὸ τουτέων τῶν εἰρημένων πάντων καὶ τελευτᾷ κατὰ τὰ εἰρημένα ἐς τὸ ἑωϋτὸ ὅθεν περ ξυνέστη ἕκαστον· ἐνταῦθα οὖν καὶ ἀπέχωσιν. σαφῶς γὰρ καὶ ἐκεῖ λέγει ὅθεν ἑκα-

quaque re unum esse, idque nihil esse aliud quam id quod convenienter illi substantiae bonum est. Sic medicinae unus erit finis, bonam valetudinem consequi et una intentio, bona valetudo. Modi vero ejus consequendi diversi. Quare utilitas in medicina aestimanda est, partim reputando utrum ad efficiendam bonam valetudinem, partim utrum ad eandem conservandam referatur ∴

Idem autem et finem et principium dixit, quia omnia in illud idem, ex quo etiam facta sunt, dissolvuntur. Ipse enim in libro de natura hominis ita scribit: *Rursus*, inquit, *hominis corpore intereunte necesse est singula in suam naturam, humidum inquam in humidum et siccum in siccum, calidum in calidum, frigidum in frigidum discedere.* Et non ita multo post: *omniaque similiter oriuntur et occidunt.* Ex his enim omnibus quae praediximus ipsorum constat natura, definitque eodem modo, quum id in illud ipsum unde concretum est abi-

στον τῶν ὄντων συνέστη, ἐνταῦθα καὶ ἀπεχώρησεν. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ * * * *

ε.

Καὶ ὅσα κατὰ μέρος ἐν τροφῇ καλῶς καὶ κακῶς διοικέεται· καλῶς μὲν ὅσα προείρηται, κακῶς δὲ ὅσα τούτοισι τὴν ἐναντίαν ἔχει τάξιν.

---

[254] Τὰ ῥηθέντα περὶ τροφῆς ὡς ἐπὶ τὸ καθόλου περὶ πάσης εἴρηται τροφῆς. δεῖ γὰρ αὐτὴν καλῶς κατεργάζεσθαι, εἴπερ μέλλει καλῶς διοικήσεσθαι. καλῶς δὲ διοικησθήσεται, ἐὰν πρώτη γένοιτο πρόσθεσις, εἶτα πρόσφυσις, καὶ τέλος ἐξομοίωσις. τοῦτο δὲ οὐ μόνον περὶ τῆς τροφῆς ἁπλῶς νόει μοι γίγνεσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς κατὰ μέρος τούτου καὶ τούτου σώματος καὶ τοιοῦδε ἢ τοιοῦδε τοῦ σώματος μορίου. ὥσπερ μὲν οὖν καλῶς διοικεῖται ἡ τροφὴ, ἐὰν ὅσα προείρηται γένοιτο, οὕτω πάλιν κακῶς ἀποβήσεται,

erit. Ibi enim etiam perſpicue dicit id diſcedere eo unde quicquam concretum eſt. Sed etiam in libro * *

V.

Et quaecunque particulatim in alimento bene et male diſponuntur; ac bene quidem quae dicta ſunt, male vero quae horum contrarium habent ordinem.

Quae de alimento dicta ſunt, ea generatim de quovis alimento allata ſunt, ut enim rite diſponatur, debet probe confici, probe autem diſponetur, ſi appoſitio imprimis fiat, deinde agglutinatio, denique aſſimilatio, quod non modo de alimento ſimpliciter intelliges, ſed etiam ſigillatim de eo quod huic aut illi corpori adhibeatur et huic aut illi corporis parti convenjat. Sicut igitur alimentum probe diſtribuitur, ſi quae praedicta ſunt fiant, ſic rurſus

ἐὰν ἐναντίαν ποτὲ τάξιν κέκτοιτο. ἀδύνατον γὰρ τροφὴν γίγνεσθαι, εἰ μὴ πάντα τὰ προειρημένα ἕπηται· μᾶλλον δὲ ἀπεψίας καὶ δυσπεψίας καὶ βραδυπεψίας καὶ ἀτροφίας καὶ τἄλλα πλημμελήματα εἰκὸς γενέσθαι· ὅθεν πολλὰ εἴδη τῶν νόσων συμβαίνειν εἰώθασιν.

στ΄.

Χυλοὶ ποικίλοι καὶ χρώμασι καὶ δυνάμεσι.

Ἤτε χυλὸς, ἤτε ὀπὸς ᾖ τινος, ἐν τῇ τῶν χυμῶν προσηγορίᾳ περιλαμβάνεται. διαφορὰν δὲ ἐν τοῖς εἰς τὸ περὶ χυμῶν ὑπομνήμασιν εἴπομεν. οἱ μὲν οὖν χυλοί τε καὶ χυμοὶ ποικίλοι γίνονται καὶ χρώμασι καὶ δυνάμεσιν, ὡς ἂν εἶεν αἱ ὗλαι ἐξ ὧν αὐτοὶ γένωνται, καὶ ἐκ τῶν χρωμάτων διαγνωσθήσονται· καὶ λευκότεροι μὲν ἐπὶ ταῖς τοῦ φλέγματος, ὠχρότεροι δὲ ἐπὶ ταῖς τῆς χολῆς πλεονεξίαις φαίνονται· εἰ δὲ καὶ ἀκρατεστέρα ποτ᾽ εἴη, ξανθότεροι. ὅταν γὰρ οἱ χυμοὶ εἰς τὸ βάθος μὴ ὑποχωρήσωσι, τότε τὸ χρῶ-

male ſuccedit, ſi contrarium ordinem nanciſcatur; ſiquidem effici alimentum non poſſit, niſi quae praedicta ſunt, omnia conſequantur, ac potius apepſias, dyspepſias, bradypepſias, atrophias et alia errata, ex quibus multa genera morborum oriri conſueverunt, fore veriſimile eſt.

VI.

Succi varii et coloribus et facultatibus.

Sive ſuccus, ſive liquor alicujus ſit, humoris nomine comprehenditur. Differentiam vero in commentariis ad librum de humoribus expoſuimus. Ergo et ſucci et humores coloribus et facultatibus variantur, quales ſint materiae, ex quibus ipſi fiant, iidem ex coloribus dignoſcentur, ac candidiores quidem in pituitae, pallidiores in bilis redundantia apparebunt. Si bilis ſit meracior, flaviores videbuntur. Quum enim humores ſe in profundas partes non receperunt, color eſt humorum indicium, ſicut in

Ed. Chart. VI. [254.]

μα τοὺς χυμοὺς δηλοῖ, καθάπερ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῶν χυμῶν δέδεικται· οὕτω δὲ θερμοτάτη αἴσθησις ἀήθης σημεῖόν ἐστι τῶν θερμῶν ἐπικρατούντων χυμῶν, ψυχροτάτη δὲ τῶν ψυχρῶν. ἐὰν δὴ μή τι ἔξωθεν ᾖ ψυχρὸν ἢ θερμὸν ἤ τι πάθος τῆς ψυχῆς παρείη, οἱ χυμοὶ ἐκ τῶν χρωμάτων ὄντως διαγιγνώσκονται. ὡς οὖν τὸ μὲν λευκότερον ἑαυτοῦ γεγονὸς σῶμα τὸν φλεγματικὸν ἐπικρατεῖν ἐνδείκνυται χυμὸν, τὸ δ' ὠχρότερον ἢ ξανθότερον τὸν χολώδη, οὕτω καὶ ἐπὶ τὸ ἐρυθρότερον ἐκτροπὴ τοῦ κατὰ φύσιν αἷμα πλεονάζον τυγχάνειν, οὕτως ἐπὶ τὸ μελάντερον τὴν μέλαιναν χολὴν, οὕτω καὶ τὰ οὖρα τῶν ἐν τοῖς ἀγγείοις χυμῶν διάθεσιν ἐνδείκνυται, οὕτως οἱ ἱδρῶτες καὶ τἄλλα τὰ παρὰ τὴν σύμπασαν ἕξιν τοῦ ζώου φαινόμενα τῶν κατ' ἐκείνην ἐστὶ δηλωτικὰ, εἰ μὴ κρύος ἢ ῥῖγος ἢ φόβος ἢ λύπη σφοδρὰ ἢ αἰδὼς πάρεστιν. τότε γὰρ γίνεται οἷον ἄμπωτίς τις τῶν χυμῶν ἀναφερομένη, καὶ μὴ προσέχειν δεῖ τῇ χρόᾳ τὸν νοῦν. ὥσπερ δὲ τὰ χρώματα τῶν χυλῶν ποικίλα φαίνεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰς διαφό-

primo de humoribus ostensum est. Sic calidissimus sensus insuetus calidorum humorum redundantiam significat; frigidissimus frigidorum. Si vero nihil extrinsecus adveniat, veluti frigus aut calor aut aliqua animi perturbatio, humores ex coloribus revera dignoscentur. Ergo sicut corpus, quod se ipso sit factum candidius, indicat pituitosum humorem in ipso dominari, pallidius vero aut flavius biliosum, sic si ad rubicundius quam natura ferat sit facta conversio, superare sanguinem intelligimus, sic si nigrius, atram bilem. Sic urinae affectionem humorum, qui in vasculis sunt, significant, sic sudores et alia, quae in universo animantis habitu cernuntur, quae in ipso habitu sint docent, nisi frigus aut rigor aut metus, aut vehemens tristitia aut pudor adsit. Eo enim tempore fit quaedam velut humorum reciprocatio, neque attendendus est humorum color. Quemadmodum autem succorum colores varii cernuntur, eodem etiam modo varias ipso-

ρους αὐτῶν δυνάμεις ἐστὶν ἰδεῖν. ἢ λέγει τὸν χυλὸν νῦν, τὴν ἐν τῇ γαστρὶ χύλωσιν σημαίνων σιτίων, τοῦτο γὰρ ἴσως πιθανώτερον. καὶ μὲν δὴ καὶ μαρτυρεῖται πρὸς τοῦ φαινομένου τὸ λεγόμενον, ἕκαστον γὰρ τῶν ἀλλοιούντων μορίων τὴν τροφὴν τὸν σκοπόν τινα ἔχει καὶ τέλος ἑαυτῷ συνεξομοιῶσαι τὸ ἀλλοιούμενον. εἰ μὲν οὖν ἐννοήσεις τὸν ἐκ τῆς κοιλίας ἀναλαμβανόμενον χυλὸν, ἀλλοιούμενον ὑπὸ τῆς σαρκὸς τοῦ ἥπατος, αὐτὸν κατὰ βραχὺ μεθιστάμενον εἰς τὴν ἐκείνου φύσιν εὑρήσεις. καὶ αὐτὸς παχύτερός ἑαυτοῦ καὶ ἐρυθρότερος ἐξ ἀνάγκης γενήσεται, πρὶν ὁμοιωθῆναι τελέως ἐκείνῃ. ἐὰν δὲ τὸν ἄρτον ἢ τὸ κρέας ἢ οἶνον ἢ καρποὺς καὶ τὰ ἄλλα σιτία εἰς τὴν τοῦ αἵματος φύσιν καὶ τοῦ φλέγματος καὶ τῶν ἄλλων χυμῶν τρέπεσθαι δεῖ, πόσην προηγεῖσθαι δεῖ τὴν ἐκτροπήν; τοῦτο δὲ οὐκ ἐνδέχεται ἀθρόως γενέσθαι. [255] δέδεικται γὰρ καὶ τοῦτο, ὡς οὐκ ἐνδέχεται τὰς ἐναντίας, ἢ ὅλως τὰς πολὺ διαφερούσας ποιότητας δέξασθαί τι, μὴ διὰ τῶν μεταξὺ πρότερον ὁδοιπορῆσαν. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς περὶ χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι

rum facultates cernere licet. An ſuccum nunc dicit, ſignificans ciborum converſionem in ſuccum, quae in ventriculo efficitur? hoc enim fortaſſe probabilius eſt. Nam et quod cernitur haec dicta confirmat. Singulae enim partes, a quibus alimentum alteratur, propoſitum quid habent et finem quendam, ut quod alteratur ſibi ipſis aſſimiletur. Si autem animo cogites, aſſumptum ex ventriculo ſuccum a carne jecoris alterari, paulatim in illius naturam transmutari comperies. Ipſeque et craſſior ſe ipſo et rubicundior fiet neceſſario prius quam illi perfecte aſſimiletur. Si vero aut panem aut carnem aut vinum aut fructus et alia edulia in ſanguinis aut pituitae aut aliorum humorum naturam verti oporteat, quantam praecedere converſionem neceſſe eſt? Hoc autem repente fieri non poteſt. Nam et hoc oſtenſum eſt, nullam rem poſſe contrarias vel omnino multum differentes qualitates recipere, niſi per media prius progreſſa ſit; ob eamque cauſam in libris de uſu partium corporis huma-

Ed. Chart. VI. [255.]

μορίων δέδεικται, τὴν φύσιν μεγάλην τῶν φλεβῶν πλοκὴν κατὰ τὸ ἧπαρ δεδημιουργηκέναι, ὑπὲρ τοῦ χρονίζουσαν ἐν τῷ σπλάγχνῳ τὴν τροφὴν αἱματοῦσθαι τελέως· εἰ γὰρ, ὡς ἐπὶ τῆς καρδίας, μίαν κοιλίαν μεγάλην εἰργάσατο, εἶτα δὲ εἰς αὐτὴν διὰ μιᾶς μὲν φλεβὸς εἰσῆγε τὸ αἷμα, δι᾽ ἑτέρας δ᾽ ἐξῆγεν, οὐκ ἄν τινα χρόνον, οὐδὲ πάνυ μικρὸν, κατὰ τὸ ἧπαρ ἔμενεν χυμὸς ὁ ἐκ τῆς γαστρὸς ἀναφερόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀναδόσεως ῥύμῃ φερόμενος διεξήρχετ᾽ ἂν ἑτοίμως δι᾽ ὅλου τοῦ σπλάγχνου. ἡ δὲ φύσις προμηθοῦσα τῷ σώματι, ἵνα μένῃ ἐπὶ πλέον ἡ τροφὴ καὶ δύναιτο ἀλλοιοῦσθαι τελέως, τὰς τῶν διεξόδων ὁδοὺς στενὰς ἐποίησε. νῦν δὲ ἰστέον ἐστὶν ὅτι οὐ τὴν αὐτὴν ἰδέαν ἔχουσιν οἱ χυμοὶ ἐν τῷ κατὰ φύσιν διοικεῖσθαι τὸ ζῶον οἵαν καὶ τὸ παρὰ φύσιν ἔχοντες. ἥπερ γὰρ ξανθὴ χολὴ λεκυθώδης φαίνεται καὶ γίνεται διὰ τὴν τῶν λεκύθων τῶν ᾠῶν ὁμοιότητα κατά τε χρόαν καὶ πάχος, ἡ δὲ μέλαινα κακοηθεστέρα ἀποτελεῖται καὶ ξυστικὴν ἢ ὀξώδη κεκλήκασιν αὐτήν. τὸ δὲ αἷμα μεταβάλλεται πολλαχῶς τοῖς ἄλλοις χυμοῖς μεμιγμένον. ὥσπερ ἐπὶ *

ni indicavimus, magnum venarum plexum a natura in jecore factum esse, ut morans in viscere alimentum in sanguinem perfecte mutetur. Si enim, ut in corde, unum magnum sinum fecisset, deinde in illum sinum per unam venam sanguinem induxisset, per aliam vero eduxisset, nullo tempore, ne brevissimo quidem, humor in jecore permansisset is, qui ex ventriculo sursum fertur, sed impetu distributionis raptus totum viscus celeriter permeasset. At natura corpori consulens, ut alimentum illic diu maneat alterarique perfecte possit, transitus angustos effecit. Hoc autem loco non est ignorandum, non eandem esse formam in humoribus, quum animal naturalem suum statum servat ac quum praeter naturam affectum est; siquidem flava bilis videtur, fitque vitellina, quod vitellis ovorum tum colore tum crassitudine sit similis. Atra quoque fit deterior, eamque radentem aut acidam appellant. Sanguis commutatur, dum cum aliis humoribus multis modis commiscetur, ut in * Pi-

φλέγμα δὲ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν ἐστι καὶ οἷον ἡμίπεπτός τις τροφή. διὸ οὐ χρὴ κενοῦσθαι τὸ τοιοῦτον, ἀλλ᾽ ἐν τῷ σώματι μένειν τε καὶ ἀλλοιοῦσθαι. * οὐ γοῦν θαυμαστὸν, εἰ ἐκ τῶν ποικίλων τῆς φύσεως ἔργων οἱ χυλοὶ ποικίλοι γίγνονται· εἴπερ χρὴ τοὺς χυμοὺς ἐκ τῆς τροφῆς ἀλλοιουμένης γίγνεσθαι.

ζ'.

Καὶ ἐς βλάβην καὶ ἐς ὠφελείην καὶ οὔτε βλάπτειν οὔτε ὠφελέειν.

Τρία κεφάλαιά ἐστι καθ᾽ ἃ δεῖ ἕκαστον ἐσόμενον ἰατρὸν γυμνάζεσθαι· πρῶτον μὲν τὸ περὶ διαίρεσιν καὶ σύνθεσιν, δεύτερον δὲ τὸ περὶ τὴν τῶν ἀκολούθων τε καὶ μαχομένων γνῶσιν, ἐπ᾽ αὐτοῖς δὲ τὸ τρίτον τὸ κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν πραγμάτων μεταβολὴν ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ἴσως τε καὶ ὁμοίως. προσθετέον δὲ καὶ τὴν ταὐτοῦ

tuita frigida humidaque est et veluti quoddam semicoctum alimentum, quocirca evacuanda non est, sed debet in corpore manere atque alterari. * Haud igitur mirabile est, si ex variis naturae operibus succi varii efficiuntur, siquidem humores ex alimento alterato fieri oportet.

VII.

Et in noxam et utilitatem et ut neque laedant neque juvent.

Tria sunt capita, in quibus exerceri debet quicunque medicus futurus est; primum est in divisione compositioneque positum, alterum in consequentium repugnantiumque cognitione versatur, tertium pertinet ad mutuam rerum mutationem, quum quid majus, quid minus, quid simile quidque dissimile sit spectatur, ad quae cognitio, quae est de eodem et altero, adjungenda est; siquidem ita et noxa

Ed. Chart. VI. [255.]
καὶ τὴν τοῦ ἑτέρου γνῶσιν τούτοις. οὕτω γὰρ καὶ ἡ βλάβη καὶ ἡ ὠφέλεια ῥᾳδίως γνωσθήσεται. ἀλλ᾽ ἐπεὶ μὴ μόνον ὠφέλειαι καὶ βλάβαι τοῖς σώμασιν ἡμῶν γίνονται κατὰ τὰς τῶν ὁμιλούντων ἁπλᾶς ποιότητας, ἀλλὰ καὶ καθ᾽ ὅλην τὴν οὐσίαν, διὰ τοῦτο ἰστέον ἐστὶν ὅτι καθ᾽ ὅλην τὴν οὐσίαν ἰδιότητες ἤτοι οἰκεῖαι τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἢ ἀλλότριαι κατὰ τέτταρας ὗλαί εἰσιν, ὡς κατὰ τὰ καθαρτικὰ φάρμακα καὶ τροφὰς καὶ τὰ δηλητήρια καλούμενα καὶ τὰ τούτων ἰάματα· ὅσα μὲν τοῖς δηλητηρίοις ἀνθίσταται, ἀλεξιφάρμακα καλεῖται, ὥσπερ ὅσα τὰς τῶν θηρίων ἰᾶται δήξεις, θηριακά. * * διὸ θαυμάζειν εἴωθα τὴν φύσιν ὡς σοφώτατον δημιουργὸν, ἥπερ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὀργάνοις τὴν γλῶτταν ἐν τοῖς ζώοις ἐποίησεν, ᾗ τὰς ὁμοιότητας καὶ τὰς ἀνομοιότητας τῶν οὐσιῶν διακρίνει, ἵνα τὰ μὲν οἰκεῖα αἱρῆται, τὰ δ᾽ ἀλλότρια διαφεύγῃ. αὕτη γὰρ τῇ ἀκριβείᾳ τῆς αἰσθήσεως τὰ θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ καὶ ὑγρὰ διακρίνει, καὶ τὰ ὀξέα καὶ τὰ γλυκέα καὶ τὰ πικρὰ καὶ τὰ στρυφνὰ καὶ τὰ οἰκεῖά τε καὶ μὴ οἰκεῖα διαγινώσκει,

et utilitas facile cognofcetur. Verum quum noxae et utilitates noftris corporibus afferantur, non folum a fimplicibus rerum nos attingentium qualitatibus, fed a tota etiam fubftantia; propterea fciendum eft proprietates ex tota rei fubftantia prodeuntes, five fint noftris corporibus idoneae, five alienae, in quadruplici materiae genere verfari, ut fint purgantia medicamenta et alimenta et quae venena nominantur et horum remedia. Caeterum quae perniciofis occurrunt, alexipharmaca, hoc eft venenorum auxilia, quae ferarum ictibus, theriaca nuncupantur. * Proinde admirari naturam velut artificem fapientiffimum foleo, quae praeter caetera omnia inftrumenta linguam animalibus dederit, qua fimilitudines et diffimilitudines rerum difcernentia, quae idonea funt adfcifcant, quae aliena refpuant. Haec enim exquifito fuo fenfu calida et frigida, humidaque et ficca diftinguit ac quae acria quaeque dulcia fint, quae item idonea et aliena et quae amara acerbaque fint dignofcit. Quod ad

Ed. Chart. VI. [255. 256.]

καὶ πρὸς ῥᾴδιον τὸ ἔργον τοῦτο, τῶν ἄλλων ἑκάστου ἔχοντος ἓν ἢ δύο νεῦρα, εἰς τουτὶ τὸ μόριον ἓξ ἐμφύονται. [256] * ὥσπερ οὖν τῶν μὴ τρεφόντων φύσις οὐ πάνυ οἰκεία τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν, οὕτω καὶ τῶν τάχιστα τρεφόντων οἰκειοτάτη ἐνίοτε φαίνεται. τὰ δ' ἄλλα πάντα μεταξὺ τούτων ἐστί. καὶ τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ' ἧττον δρᾷν καὶ πάσχειν ὑπὸ τοῦ σώματος ἡμῶν δύναται· αὐτίκα μὲν οὖν οἶνος, ἄρτος, μέλι καὶ πτισάνη πάσχειν μᾶλλον ἢ δρᾷν. ἀλλὰ καὶ δρᾷ τι περὶ τὸ σῶμα. ὅταν γὰρ εἰς ταὐτὸν ἀλλήλοις ἥκοντα δύο σώματα διαμάχηταί τε καὶ στασιάζῃ πρὸς ἄλληλα περὶ τῆς ἀλλοιώσεως, ἐν χρόνῳ πλείονι δρᾷν καὶ πάσχειν ἑκάτερον αὐτῶν ἐστιν ἀναγκαῖον. ἐὰν δέ τινα οὕτω σμικρὰν περὶ ἡμᾶς ἐνέργειαν ἢ πάθος ποιήσῃ διὰ παντὸς, ὡς μηδεμίαν αἴσθησιν καὶ σαφῆ ἐργάζεσθαι, ταῦτα εὐκαταφρόνητα δήπουθέν ἐστιν· ὥσπερ ἐπὶ τῶν τρεφόντων ἔχει σχεδὸν ἁπάντων· ταῦτα μὲν γὰρ περὶ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα ἐργάζεταί τι, ἀλλ' οὐκ αἰσθητὸν οὐδὲ σαφές· αὐτῶν

facile perficiendum, quum caetera instrumenta unum aut duos sortita sint nervos, in hanc partem sex inseruntur. * Sicut igitur natura eorum, quae non alunt, non est admodum hominibus idonea, sic eorum, quae celerrime alunt, interdum videtur esse accommodatissima. Caetera omnia inter haec interjecta sunt media et partim magis, partim minus agere et pati a corporibus nostris possunt. Jam vero vinum, panis, mel, ptisana magis pati quam agere possunt, et tamen aliquid agunt in corpore. Ubi enim duo corpora in idem vicissim tendentia pugnant multo tempore certantque inter se de alteratione, utrumque ipsorum, tum agere tum pati, omnino necesse est. Si vero ita exiguam in nobis actionem aut affectionem perpetuo efficiunt, ut nullum sensum perspicue moveant, ejusmodi certe erunt dispicienda, id quod in rebus, quae alunt, ferme omnibus usu venit; agunt enim quidpiam in humano corpore, sed id neque sentitur neque manifestum est. Si tamen diu multumque

Ed. Chart. VI. [256.]

μέντοι πολυχρόνιος προσφορὰ, μεγάλως ἀλλοιοῖ καὶ μεταβάλλει σαφῶς τὰ σώματα· ὥσπερ ὁρῶμεν τὴν θριδακίνην τοὺς μὲν ἐγκαιομένους τὴν γαστέρα σαφῶς ἐμψύχειν τε καὶ ἀδίψους ποιεῖν, τοὺς δὲ κατεψυγμένους ἐναργῶς βλάπτειν. συντελεῖ μὲν οὖν καὶ βλάπτει κατὰ τὸν ποικίλον τῆς προσφορᾶς χρόνον καὶ κατὰ τὴν τοῦ σώματος χρείαν καὶ κατὰ τὴν ὑγρὰν ἢ ξηρὰν ἢ ψυχρὰν ἢ θερμὴν τῆς γαστρὸς κρᾶσιν. διὸ χρῆσθαι ταῖς τροφαῖς διττῶς ἔξεστι τοῖς ἰατροῖς, καὶ ὡς σιτίοις καὶ ὡς φαρμάκοις. * * ἔστι δὲ καὶ ἄλλα, ἃ μέσα πώς ἐστι κατὰ τὴν κρᾶσιν, ἅπερ καὶ θερμαίνειν ἂν δόξειέν ποτε καὶ ψύχειν· ἐνίοτε δὲ μήτε θερμαίνειν μήτε ψύχειν, ἀλλὰ οἷα παρέλαβε τὰ σώματα διαφυλάττειν. ταῦτα δὲ οὔ ποτε τροφαὶ γίνονται, ἀλλ' ὥς ἐστιν, οὕτω καὶ φάρμακα προσαγορεύεται· κατά γε τὸ ἀληθὲς ὅλον ἀεὶ τὸ μόριον ἐνεργεῖ κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ὑπαρχούσης ἑκάστοτε κράσεως αὐτῷ· ἀλλ' ἐνίοτε μὲν τοῦ λυποῦντος ἐκράτησεν, κατεργασάμενόν τε καὶ ἀλλοιῶσαν καὶ

exhibeantur, magnopere corpora alterant evidenterque commutant. Sicut nos videmus lactucam evidenter refrigerare eos, quorum ventriculus aestuat et a siti vindicare, quorum vero refrigeratus est, evidenter laedere. Ex quo fit, ut prosit et noceat, prout vario tempore adhibetur et prout corpus postulat et prout humida aut sicca aut frigida, aut calida sit ventriculi temperatura. Quocirca licet medicis uti alimentis duobus modis et tanquam cibis et tanquam medicamentis. * Sunt vero etiam alia, quae mediae quodammodo temperaturae sunt, quae interdum calefacere refrigerareque videbuntur, interdum neque calefacere, neque refrigerare, sed talia conservare corpora, qualia nacta sunt; quae vero talia sunt, nunquam alimenta fiunt, sed prout sunt, sic etiam medicamenta nominantur. Re tamen vera tota particula semper agit convenienter ei temperaturae, quae ipsi semper inest. Interdum etiam superavit id, quod molestum erat, quum illud confecerit, alterarit atque concoxerit.

Ed. Chart. VI. [256.]

πέψαν αὐτό. ὅθεν ὠφέλειαν φέρει· καθ' ἕτερον δ' αὖ χρόνον ἤτοι τὴν ποιότητα τοῦ λυποῦντος ἢ τὸ πλῆθος οὐ φέρον ἐξορμᾷ πρὸς τὴν ἔκκρισιν αὐτοῦ. ἐνίοτε δὲ μεγάλως ἀνιώμενον ἀποῤῥῖψαι τὸ λυποῦν ὑπ' ἀσθενείας ἀδυνατεῖ. καὶ τότε βλάβης αἰσθάνεται. τἄλλα μέντοι πολλά ἐστιν, ἅπερ οὔτε βλάπτειν οὔτε ὠφελεῖν πέφυκέ τι ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν· περὶ ὧν * *

η'.

Καὶ πλήθει καὶ ὑπερβολῇ καὶ ἐλλείψει καὶ διαπλοκῇ· ὧν μὲν, ὧν δὲ οὔ.

Ἐν τῷ περὶ πλήθους δύο γένη εἶναι τοῦ πλήθους εἴρηται· τὸ μὲν ὡς πρὸς τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν τοῦ βαστάζοντος αὐτὸ δύναμιν, τὸ δὲ ὡς πρὸς τὴν ὑποδεχομένην χώραν. καὶ ἐπεσκεψάμεθα πόσα τὰ σύμπαντά ἐστιν εἴδη τῶν ὑγρῶν, τῶν βαρυνόντων τὴν δύναμιν ἢ μὴ στεγόντων ἐν τοῖς ἀγγείοις. εἴπομεν δὲ καὶ διαγνωστικὰ σημεῖα ἑκατέρου τε κα-

Unde etiam fructum tulit. Alio rursus tempore, aut ejus quod angit qualitatem aut copiam non ferens, ad illud excernendum impellitur. Interdum magnopere afflicta expellere id quod angit prae imbecillitate non potest. At tunc noxam persentit. Multa etiam alia sunt, quae suapte natura nostra corpora neque laedunt, neque juvant. De quibus * *

VIII.

Et plenitudine et exuperantia et defectu et complicatione, nonnullorum quidem etiam, nonnullorum vero non.

In libro de plenitudine duo esse genera plenitudinis dictum est: alterum ut ad robur et vires refertur ejus, qui eam fert, alterum ut ad suscipientem capacitatem; et expendimus, quot sint genera eorum humorum, qui vires gravant aut qui contineri vasculis non possunt. Exposuimus etiam signa plenitudinis cognoscendae, quae ad

Ed. Chart. VI. [256. 257.]

τὰ τὸ πλῆθος γένους, ἑκάστου τε τῶν καθ' ἑκάτερον ἰδία, τοῦ τε πρὸς δύναμιν. καὶ τοῦ ὥσπερ τῇ περιεχούσῃ χώρᾳ μετρεῖται· ὡς τὸ διατείνεσθαι καὶ ῥήγνυσθαι διὰ πλῆθος αὐτῶν τῶν περιεχόντων ἀγγείων ἐστὶ πάθος, τὸ δὲ βαρύνεσθαι δυνάμεως αἰσθητικῆς. ἐκ δὲ τοῦ πλήθους τὴν γένεσιν ἔχειν φαίνεται πολλὰ τῶν νοσημάτων. [257] καὶ τοῦ μὲν πρὸς αἰσθητικὴν δύναμιν πλήθους ἐναργέστατόν ἐστι γνώρισμα τὸ βάρος. οὐ μήν γε ἀεὶ, βάρους ὄντος ἔν τινι μέρει, πλῆθος χυμῶν ἐν ἐκείνῳ ὑπάρχει. τοῦ δὲ κατὰ τὰς ἀρτηρίας πλήθους ὡς πρὸς δύναμιν αὐτῶν γνωρίσματα διὰ τῆς περὶ τῶν σφυγμῶν εἴρηται πραγματείας, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοῦ σώματος μορίων ἐν τῷ περὶ πλήθους, μάλιστα μὲν ἔνθα ἐγράψαμεν ἔνια συμπτώματα εἶναι ἑκατέρου τοῦ πλήθους, ἔνια δὲ οὐχ ἁπλῶς εἶναι σημεῖα πλήθους, ἀλλὰ τοιοῦδε πλήθους, ἔνια δ' ὅλων οὐδενὸς πλήθους, ἀλλ' ἤτοι κακοχυμίας καὶ διαφθορᾶς ἢ ἀῤῥώστου δυνάμεως ἢ ὄγκου τῶν σωμάτων τῶν στερεῶν. ὃ μὲν οὖν φησιν αὐ-

utrumque plenitudinis genus pertinent, et item privatim ſigna utriusque tum ejus quod ad vires refertur, tum ejus, quod continenti capacitate metimur, ut diſtendi ac rumpi prae plenitudine eſt continentium vaſorum affectio, gravari, ſenſitricis facultatis. Ex plenitudine autem multi morbi oriuntur. Ac plenitudinis quidem, quae ſenſitrice facultate aeſtimatur, evidentiſſimum ſignum eſt gravitas. Non tamen ſemper fit, ut ſi gravitas aliqua in parte ſit, in eadem humorum plenitudo inſit. Ejus autem plenitudinis, quae in arteriis eſt, utpote quae ad ipſarum vires refertur, ſigna in libris de pulſibus oſtendimus, ut aliarum omnium corporis partium indicia in libro de plenitudine, praeſertim in illo loco, in quo ſcripſimus quaedam eſſe utriusque plenitudinis ſymptomata, quaedam non eſſe abſolute, ſed hujusmodi plenitudinis ſigna, quaedam nullius prorſus plenitudinis, ſed vel malitiae humorum vel corruptelae, vel imbecillis facultatis vel tumoris ſolidorum corporum notas eſſe. Quod igitur ipſe nunc ait,

Ed. Chart. VI. [257.]
τὸς νῦν καὶ τῷ πλήθει καὶ τῇ ὑπερβολῇ βλάπτειν τὰς τροφὰς ἀληθὲς εἶναι πάντες ὁμολογοῦσιν. σύμφωνον γάρ ἐστι τῷ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς εἰρημένῳ, ἔνθα φησὶν, ὅκου ἂν τροφὴ παρὰ φύσιν πλείων εἰσέλθῃ, τοῦτο νόσον ποιεῖ· ὃ γὰρ ἐνταῦθα πλῆθος ὀνομάζει, ἐκεῖ πλέον καλεῖ. ἐπειδὴ δὲ ἕκαστον μόριον ἐκ τῆς οἰκείας αὐτῷ τρέφεται τροφῆς, ἐὰν μὲν εἰς αὐτὸ εἰσέλθῃ χυμός τις ἑτέρῳ μὲν μορίῳ κατὰ φύσιν, ἀλλότριος δὲ καὶ παρὰ φύσιν ἐκείνῳ, νόσον οὐ ποιήσει, ἐὰν μὴ πολὺς εἴη· ἐὰν δὲ πλείων εἰσέλθῃ, νόσον ποιεῖ. χρὴ γὰρ τὴν μέλλουσαν νόσον ἐργάζεσθαι τροφὴν οὐ μικρῷ τινι τῆς συμμετρίας ὑπερέχειν, ἀλλὰ μεγάλως καὶ ὑπερβαλλόντως. ὃ δὲ περὶ τῆς ἐλλείψεώς φησιν, ἐνίοις τῶν ἰατρῶν οὐκ ἀρέσκει. ἔδοξε μὲν αὐτοῖς ἐπὶ μὲν τῷ πλήθει γίγνεσθαι πολλὰ νοσήματα, ἐπὶ δὲ ἐλλείψει καὶ δι' ἔνδειαν μηδέν. Ἱπποκράτης δὲ ἡγεῖται καὶ δι' ἔνδειάν ποτε νοσεῖν ἡμᾶς· εἴ γε ἐν ταῖς ἐνδείαις ἕπεται ποτὲ μὲν ψυχρότης, ποτὲ δὲ ξηρότης, ποτὲ δὲ ἄμφω· αἵπερ ὅταν εἰς τοσοῦτο μέγεθος ἥκωσιν, ὡς ἐνέργειαν ἤδη βλάπτειν, τὰ νοσήματα τίκτουσι

alimenta laedere et plenitudine et exceſſu, verum eſſe omnes conſitentur. Eſtque conſonum iis, quae in aphorismis dicuntur, ubi ſcriptum eſt: *Ubi alimentum praeter naturam plus ingeſtum eſt, hoc morbum facit.* Quod enim hic dicit plenitudinem, illic plus dixit. Quoniam autem unaquaeque pars alimento ſibi idoneo alitur, ſi in ipſam ingrediatur humor aliquis, qui ſecundum naturam alteri conveniat, illi vero ſit alienus et praeter naturam, morbum ille, niſi copioſus ſit, non gignet. Si copioſior ingrediatur, morbum afferet, quippe quum id, quod morbum gignere debet alimentum, non exigua mole juſtum modum, ſed magnopere et eximie excedat, neceſſe eſt. Quod vero addidit de defectu, quibusdam medicis non probatur; eis quidem videtur ex plenitudine multos oriri morbos, at ex defectu et indigentia nullum. At Hippocrates arbitratur etiam nos ex defectu in morbos incidere. Siquidem ex defectionibus interdum refrigeratio, interdum

πολλά. ὡς καὶ τὸ πλῆθος ἐνίοτε μὲν τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους, ἐνίοτε δὲ τὰς ἀποπληκτικὰς διαθέσεις, ἐνίοτε δὲ τὰς τῶν φλεβῶν ῥήξεις· εἰ μή τις φθάνῃ κένωσιν ποιεῖν, πρὶν ἂν μέγα τι κακὸν περὶ τὸ ζῶον ἐργάζηται. ἀλλὰ καὶ Πλάτων ταὐτὸ τοῦτο περὶ πλεονεξίας τε καὶ ἐνδείας λέγει. οὐκ ἄτοπον δ' ἴσως τὴν αὐτοῦ παραγράψαι ῥῆσιν ἔχουσαν ὧδε· τεττάρων γὰρ ὄντων, ἐξ ὧν συμπέπαγε τὸ σῶμα, γῆς, πυρὸς, ὕδατος καὶ ἀέρος· τούτων ἡ παρὰ φύσιν πλεονεξία καὶ ἔνδεια καὶ τῆς χώρας μετάστασις ἐξ οἰκείας εἰς τὴν ἀλλοτρίαν γινομένη, πυρός τε αὖ καὶ τῶν ἑτέρων, ἐπειδὴ γένη πλέω ἑνὸς ὄντα τυγχάνει, τὸ μὴ προσῆκον ἕκαστον ἑαυτῷ προσλαμβάνει καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα, στάσεις καὶ νόσους παρέχει. ὅταν μὲν οὖν κατὰ φύσιν ἔχωμεν, διὰ ταῦτα μέτρῳ ἀλλήλοις κεκραμένα, ὑγιαίνομεν· ἐλλείποντος δέ τινος ἢ πλείονος γιγνομένου ἢ μεταστάντος εἰς ἀλλοτρίαν χώραν, νοσοῦμεν. καὶ πρόδηλον ὅτι ἥ τε πλεονεξία καὶ ἡ

ficcitas, interdum utraque confequatur. Haeque ubi ita auctae fint, ut actionem jam laedant, multos morbos pariunt, ficut etiam plenitudo modo tumores praeter naturam, modo morbum attonitum, modo ruptiones venarum, nifi quis evacuando praeveniat prius quam corpus animantis aliquo magno malo afficiatur. Quin etiam Plato de redundantia ac defectione hoc idem cenfuit. Nec erit fortaffe abfurdum, ejus verba adfcribere, quae funt hujusmodi: *Quum quatuor*, inquit, *fint ex quibus corpus compactum eft, terra, ignis, aqua et aër, eorum praeter naturam redundantia atque defectio et loci ex proprio in alienum facta mutatio, itemque ignis et aliorum, quum paries plus ex uno nactae fint, nec quod fibi convenit, unaquaeque affumpferit, caeteraque hujusmodi omnia, feditiones et morbos afferunt. Quum igitur fecundum naturam affecti fumus, ex his menfura quaedam inter fe contemperatis, bene valemus. Si vero defit quidpiam aut redundet aut fit facta in alienam fedem commigratio, aegrotamus. Ac perfpicuum eft bonam temperiem redun-*

ἔνδεια διαφθείρει τὴν εὐκρασίαν. Ἡρακλείδης μέντοι ὁ Ταραντῖνός φησι τὸν παλαιὸν ταῦτα γεγραφέναι περὶ τῆς τῶν προσφερομένων ποσότητος, ἵνα γνῶμεν πότερον πολὺ ἢ ὀλίγον δοτέον. ἐπιβλέπειν δὲ χρῆναι καὶ εἰς τὰ νοσήματα καὶ τὴν δύναμιν τοῦ κάμνοντος, ἔτι τε τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν ὥραν καὶ ἔθος καὶ τἄλλα τούτοις ἀνάλογα. εἰ μὲν οὖν, φησὶν, ἡ δύναμις τοῦ κάμνοντος εἴη ἀσθενὴς καὶ ἡ κατὰ τὸ σῶμα διάθεσις ἤτοι κατὰ διαφθορὰν ἢ κατὰ ἔνδειαν, ὀλίγην τροφὴν τούτοις δοτέον μὲν, πολλάκις δέ· ὅτι πολλῶν ἡ διάθεσις χρήζει· ὀλίγην δὲ, ὅτι ἄῤῥωστος ἡ δύναμις τυγχάνει. ἴσμεν γὰρ ὅτι ἡ ἔνδεια τῆς προσθέσεως δεῖται. [258] εἰ δὲ μήτε ἔνδεια παρείη μήτε διαφθορὰ, συμμετρία δέ τις τῶν κατὰ φύσιν εἴη χυμῶν ἢ καὶ πλῆθος, τότε ὀλιγάκις καὶ ὀλίγα προσφέρειν χρή. εἰ δὲ μετὰ ἐνδείας ἢ διαφθορᾶς ἡ δύναμις ἐῤῥωμένη τύχοι, τότε τοῖς οὕτω διακειμένοις καὶ πολλὰ καὶ πολλάκις δοτέον. ταῦτα γοῦν λελέχθαι μὲν αὐτῷ ἀληθῶς φαμεν, οὐ προσηκόντως δέ. σφαλεὶς γὰρ

dantia defectioneque corrumpi. Et tamen Heraclides Tarentinus ait, senem haec scripsisse omnia de quantitate eorum, quae offeruntur, ut noscamus utrum multum an parum dandum sit. Habendamque esse rationem morborum et virium aegrotantis hominis, praeterea vero etiam aetatis, anni temporis, consuetudinis et aliorum, quae his proportione respondent; nam si, inquit, vires aegroti debiles sint et affectio, qua corpus conflictatur, sit aut ex corruptela aut ex indigentia, parum quidem alimenti, sed saepe dandum est. Causa est, quia malum multa expetit. Parum vero dandum, quia imbecillae vires sunt. Scitum enim est, ab indigentia postulari additionem. At si neque indigentia, neque corruptela adsit, sit autem justus modus secundum naturam humorum vel etiam plenitudo, tum raro et pauca offeremus. At si vires validae sint cum indigentia corruptelaque conjunctae, tunc hominibus ita affectis et multa et saepe danda erunt. Haec ab illo vere quidem dicta, sed non accommodate, fatemur. De-

Ed. Chart. VI. [258.]

τῇ τοῦ ἀφορισμοῦ ἐννοίᾳ, οὗ ἡ ἀρχὴ καὶ οἷσιν ἅπαξ ἢ δὶς καὶ πλείω· εἰς ὃν καθάπερ καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ἔστιν ἐξήγησις αὐτοῦ, ἥγητο περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγειν νῦν τὸν συγγραφέα, περὶ οὗ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ἔγραψεν Ἱπποκράτης. καὶ διὰ τοῦτο ἡγεῖται προστεθεῖσθαι τάδε, ὧν μὲν, ὧν δὲ οὔ. ὅπερ οὐκ ἀληθὲς, ὥσπερ οὐδὲ τὸ περὶ *

θ'.

Καὶ πάντων ἐς θερμασίην βλάπτει καὶ ὠφελέει. εἰς ψῦξιν βλάπτει καὶ ὠφελέει. εἰς δύναμιν βλάπτει καὶ ὠφελέει.

Τρία ἐστὶ τὰ τῆς προσφορᾶς τῶν τροφῶν κεφάλαια, τὸ ποσὸν τῶν σιτίων καὶ τὸ ποιὸν καὶ ὁ τρόπος τῆς χρήσεως αὐτῶν. ἡμεῖς δὲ τοῦ τροφὴν προσφέρεσθαι σκοπὸν ἕνα κοινὸν ἐπὶ πάντων ἐδείξαμεν ὑγιαινόντων τε καὶ νοσούντων, τὴν φυλακὴν δηλονότι τῆς ζωτικῆς δυνάμεως. διὰ ταύτην γὰρ τὴν δύναμιν ἐσθίομέν τε ὑγιαίνοντες καὶ πίνομεν καὶ τἄλλα

ceptus enim ſententia aphoriſmi, cujus initium eſt: *et quibus ſemel aut bis et quibus plura* etc. In quem, ſicut in alios omnes, ejus extat explanatio, exiſtimavit, auctorem nunc de eadem re verba facere, de qua Hippocrates in aphorismis conſcripſit, ob eamque cauſam addita eſſe haec verba arbitratur: *ac nonnullorum quidem etiam, nonnullorum autem non*, quod verum non eſt, ſicut neque illud, quod de *

IX.

Et omnium ad calorem laedunt et juvant; ad frigus laedunt et juvant; ad facultatem laedunt et juvant.

Tria ſunt dandi alimenti capita, quantitas ciborum, qualitas et utendi modus. Nos autem unum communem alimenti offerendi et in bene valentibus et in aegrotantibus ſcopum eſſe docuimus, vitalis facultatis conſervationem. Hujus enim facultatis ope ſani edimus, bibimus caeteraque omnia vitae munia exercemus; propter hanc

Ed. Chart. VI. [258.]
πάντα πράττομεν, ὅσα πρὸς τὴν ζωήν ἐστι. καὶ διὰ τὴν αὐτὴν καὶ νοσοῦντες ἐπὶ τροφὴν παραγινόμεθα. ὥσπερ γὰρ τὸ νόσημα τὰ βοηθήματα ἐνδείκνυται τῆς διαθέσεως ἑαυτοῦ, ὡς φλεβοτομίαν ἢ κάθαρσιν ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον, οὕτως ἡ τῆς δυνάμεως φυλακὴ τὴν τροφὴν ἐνδείκνυται μόνην. ἐπεὶ δὲ ἡ τροφὴ βλάπτει πολλάκις, ὡς μὴ κατὰ καιρὸν δοθεῖσα, ἐπισκοπούμεθα διὰ τοῦτο τῆς νόσου τὴν διάθεσιν, ὡς κωλύουσαν τὴν τροφήν. ὅταν οὖν μὴ κωλύῃ, κελεύει τε ἡ δύναμις, τηνικαῦτα τρέφομεν. καὶ μηδαμῶς ἡ τροφὴ βλάπτει, ἀλλὰ μᾶλλον ὠφελεῖ. ἵνα γὰρ τὸ ζῶον διαμένῃ, δεῖται οὐ τροφῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀέρος. καὶ ἡμεῖς ἑκατέρου χρείαν ἐπιστάμεθα. καὶ γὰρ ἡ μὲν ἀναπνοὴ τὴν συμμετρίαν τῆς ἐμφύτου θερμασίας φυλάττει· ἡ δὲ τῶν σιτίων προσφορὰ τὸ διαῤῥέον τῆς σωματικῆς οὐσίας ἀναπληροῖ. εἰ μὲν οὖν τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ᾧ μάλιστα ἀναφέρει τὰ σωματικὰ τῶν ἔργων Ἱπποκράτης, μὴ ἀκριβῶς βλάττοιτο, οὐ μόνον οὐκ ἔστι δυνάμενον τὰς ἔμπροσθεν ἐνεργείας ἐπιτελεῖν, οὐδὲ τρέφειν ἡμᾶς, ὅπερ ἦν αὐτῷ κυριώτατον, ἀλλὰ διαφθεί-

eandem etiam aegroti ad cibum potumque progredimur, nam ut morbus auxilia suae affectionis indicat, ut sanguinis missionem aut purgationem aut aliquid aliud hujusmodi, sic facultatis conservatio alimentum solum indicat. Quia vero alimentum saepe laedit, utpote quod non sit datum in tempore, ideo morbi affectionem, tanquam dari alimentum prohibeat, expendimus, quumque affectio non prohibeat, jubeat vero facultas, tum alimus; ac tantum abest, ut alimentum ullo modo noceat, ut etiam potius juvet. Ut enim animal duret, indigens est non modo alimenti, sed etiam aëris, nosque utriusque usum novimus; siquidem respiratio nativi caloris symmetriam conservat, ciborum vero oblatio id, quod de corporea substantia defluit, resarcit; quod si innatus calor, cui corporea opera Hippocrates praecipue accepta refert, non accurate conservetur, non modo non potest priores actiones obire, neque nos alere, quod ejus erat praecipuum munus vel

Ed. Chart. VI. [258. 259.]

ῥεῖ τε καὶ τήκει τὸ σῶμα. ὠφελεῖ γοῦν καὶ βλάπτει ἡ τροφὴ καὶ εἰς θερμασίαν καὶ εἰς ψύξιν ἄμετρον ἢ σύμμετρον τραπεῖσα. θερμασία μέν τις ἔμφυτος ἐν ἥπατι παρέχεται, καθ᾽ ἣν αἷμα γεννᾶται· θερμασία δὲ ἑτέρα πλείων ἐστὶ κατὰ τὴν καρδίαν, εἰς γένεσιν θυμοῦ δοθεῖσα τοῖς ζώοις. δεῖται δὲ ἡ αὐτὴ θερμασία τροφῆς, ὥσπερ ἡ ἑτέρα τῆς ἀναπνοῆς. ἐν μὲν οὖν τοῖς ζώοις αὐτοῖς, ὅσα τῶν ἐδεσμάτων, ἵνα ἐξομοιωθῇ τελέως καὶ θρέψῃ τὸ σῶμα, χρόνου δεῖται, ψῦχος μᾶλλον ἢ θάλπος ἐν τῷ παραχρῆμα ἐπάγειν φαίνεται. θερμαίνει μὲν ἐν τῷ χρόνῳ καὶ ταῦτα, ὡς τἄλλα ἐδέσματα, εἰ μόνον αὐτοῖς προσγένηται τὸ θρέψαι τὰ σώματα. τροφὴ γὰρ ἅπασα κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον αὔξει τὸ τοῦ ζώου θερμόν. μάλιστα οὖν χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν ἐν ἅπασι τοῖς δυνάμει θερμοῖς ἢ ψυχροῖς εἶναι λεγομένοις, [259] εἴτε τῆς φύσεώς ἐστι τῶν τρέφειν δυναμένων εἴτε μόνον ἀφορμὴν ἀλλοιώσεως λαμβάνοντα· κἄπειτα κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἀλλοιούμενα διατίθησί πως τὸ σῶμα· καὶ εἰ μηδ᾽ ὅλως ἀλλοιοῦται πρὸς αὐτοῦ κατὰ μηδέν. εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ

maxime, ſed corpus corrumpit ac liquefacit. Juvat igitur et nocet alimentum, quum in calorem et frigus moderatum aut immoderatum convertitur. Et tamen calor innatus in jecore continetur, cujus ope ſanguis gignitur. Major vero eſt alius calor in corde, qui ad iram excitandam eſt animantibus tributus. Qui non ſecus indiget alimento quam ille alter reſpiratione. In animantibus autem cibi, qui ut aſſimilentur et corpus alant, ſpatio temporis egent, hi frigus univerſi potius quam calorem in praeſenti afferre videntur. Calefaciunt autem hi quoque progreſſu temporis ſicut alia edulia, ſi ſolum ut corpus alant, conſequantur. Omne enim alimentum ſuapte ratione calorem animantis auget. Quocirca adhibenda maxime mens eſt iis omnibus, quae poteſtate calida aut frigida eſſe dicuntur, ſintne ex natura eorum, quibus ali corpus poſſit, an ſolum occaſionem alterationis nanciſcantur, deinde convenienter, propria natura alterata, corpus quodammodo afficiant, et an ab eodem nullo modo ulla

Ed. Chart. VI. [259.]

γένους εἴη τῶν τρεφόντων, εἰ μὲν κρατηθείη, θερμαίνει· μὴ κρατηθέντα δὲ ψύχει. εἰ δὲ τῶν ἐπ' ὀλίγον ποσὸν ἀλλοιουμένων, θερμαίνει πάντως· εἰ δὲ τῶν μηδ' ὅλως, ψύχει μάλιστα. ὥσπερ δὲ τὸ θερμὸν καὶ τὸ αἷμα διὰ τῆς τροφῆς αὐξάνεται, οὕτω ξηραίνεται ἐν ταῖς ἀσιτίαις τὸ αἷμα καὶ παχύτερον ἑαυτοῦ γίνεται. προστίθησι δὲ, ὠφέλειάν τε καὶ βλάβην εἶναι εἰς τὴν δύναμιν. προσέχειν οὖν χρὴ τὸν νοῦν ἀκριβῶς, ἵνα γνῶμεν ὅτι ἡ δύναμις ἕξει τὴν μίαν ἔνδειξιν ἀεὶ, ἥτις ἐστὶν ἑαυτῆς φυλακή. φυλάττεται δὲ κατὰ μὲν πρῶτον λόγον ἐκ τοῦ τῆς οὐσίας αὐτῆς τὸ κενούμενον ἢ ἀλλοιούμενον ἐπανορθοῦσθαι· κατὰ δεύτερον δὲ ἐκ τοῦ κωλύειν ἡμᾶς τὰ κενοῦν ἢ ἀλλοιοῦν τὴν οὐσίαν αὐτῆς δυνάμενα. τούτων μὲν οὕτως ἐχόντων ἐπὶ μὲν τῶν ὑγιαινόντων συμφωνία τῶν πραττομένων ἁπάντων ἐστὶν εἰς τὴν διαμονὴν αὐτῆς· ἐπὶ δὲ τῶν νοσούντων οὐκ ἀεί. μέγιστον γοῦν ἐστι τὸ τῶν δυνάμεων ἀξίωμα, εἴπερ τὸ ζῆν ἡμῖν ἐκ τῆς τούτων ὑπάρχει φυλακῆς. ἡ δύναμις οὖν ἁπάντων

in re alterentur. Si enim ſint ex genere nutrientium, ſiquidem vincantur, calefaciunt; ſi non vincantur, refrigerant. Sin ex iis ſint, quae parum quid alterantur, omnino calefaciunt. Si denique ex iis, quae nihil omnino alterantur, maxime refrigerant. Quemadmodum autem calor et ſanguis alimento augetur, ſic ſanguis ciborum inopia areſcit et ſe ipſo fit craſſior. Addit autem et noxam et utilitatem in facultatem. Eſt igitur hoc diligenter animadvertendum, ut noſcamus facultatis unam ſemper indicationem, ſui ipſius nimirum conſervationem. Ea autem praecipua ratione cuſtoditur, id, quod e ſua ſubſtantia vacuatur aut alteratur, corrigendo. Secundo vero loco cohibendo ea, quae ipſius evacuare aut alterare ſubſtantiam poſſunt. Quae quum ita ſint, in bene valentibus conſenſus omnium eorum, quae agenda ſunt, eo pertinet, ut ipſa perennis ſit, in aegrotantibus vero non ſemper. Maxima autem eſt virium dignitas, ſiquidem vita in nobis ex harum cuſtodia exiſtit. Facultas ergo prima omnium eſt hominibus conſervanda, ut neque ejus

Ed. Chart. VI. [259.]

πρῶτον φυλακτέα τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν, ἐκ τοῦ μήτε κενοῦσθαι τὴν οὐσίαν αὐτῆς μήτε ἀλλοιοῦσθαι τοσαύτην ἀλλοίωσιν, ὅση πλησιάσει φθορᾷ. μόριον δὲ ταύτης τῆς φυλακῆς εἶναί φαμεν, ὅταν τὴν εὐκρασίαν ἤτοι φυλάττωμεν οὖσαν, ἢ οὐκ οὖσαν ἐργαζώμεθα. διὸ πρὸς τὴν τῶν δυνάμεων φυλακὴν εὐλαβεῖσθαι δεῖ ὡς μήτε πλείω δῷς μήτ' ἐλάττω. τὸ μὲν γὰρ πλείω τοῦ προσήκοντος διδόναι ἀπεψίας αἴτιον γίνεται, πλὴν ὅτι καὶ βαρύνει τὸ σῶμα· τὸ δ' αὖ μηδ' ὅλως τρέφειν ἀσῶδές ἐστι καὶ κακωτικὸν τοῦ στομάχου καὶ τῆς δυνάμεως καταβλητικὸν, καὶ πολλάκις τῆς κακοχυμίας αὐξητικόν.

ι.

Δυνάμεως δὲ ποικίλαι φύσιες.

Πᾶσαν δύναμιν ἀπὸ τοῦ δύνασθαι ποιεῖν, ὅπερ ἂν δύναται, καλεῖν εἰθίσμεθα. τινὸς γάρ δύναμίς ἐστι· καὶ τὴν νοῦσον αὐτῆς ἐν τῷ πρός τι κεκτήμεθα. καὶ διὰ τοῦτο

fubftantia evacuetur, neque tanta alteratione immutetur, ut corruptelae propinqua fit. Hujus autem cuftodiae partem effe dicimus, quum vel aptam temperiem praefentem fervamus, vel abfentem inducimus. Quocirca ad facultatem confervandam cavendum eft, ne plura offeras, neve pauciora. Si enim plura quam par eft des, cruditatis caufam afferes, praeterquam quod etiam corpus praegravabis, ficut rurfum omnino non nutrire et ftomachi faftidia creat et eundem laedit et vires labefactat et malos fuccos adauget.

X.

Facultatis autem variae naturae.

Facultatem omnem ex poteftate efficiendi id, cujus habet poteftatem, nominare folemus. Alicujus enim facultas eft, ejusque notionem confequimur ex eo, quod ad

Ed. Chart. VI. [259.]

οὕτως αὐτὴν ὀνομάζομεν, ὅταν τὴν οὐσίαν ἀγνοῶμεν. ὅταν δὲ ῥώμην ἢ ἀρετὴν δυνάμεως λέγωμεν, ἢ καὶ ἀῤῥωστίαν τε καὶ κακίαν, τότε ὡς πρὸς τὴν ἐνέργειαν ἀκούειν χρὴ τῶν ὀνομάτων. αἱ μὲν οὖν ἐν τῷ σώματι τῶν ζώων δυνάμεις ὀργάνων ἐπιτηδείων δέονται πρὸς τοὔργον. καὶ ὡς οἱ κατὰ τὰς πόλεις τέκτονες ὀργάνοις τισὶ χρῶνται, δι' ὧν τὸ σφέτερον ἔργον ἀποτελοῦσι, οὕτως αἱ δυνάμεις. οὐσῶν δὲ τριῶν ἐν ἡμῖν, τῆς ψυχικῆς καὶ ζωτικῆς καὶ φυσικῆς, αἵπερ διοικοῦσι τὸ ζῶον καὶ ἑτερογενεῖς ἀλλήλων εἰσὶν, ὥσπερ ἐκ πηγῆς τινος ἰδίας ἑκάστη παντὶ τῷ σώματι διανέμεται. ἔστι δ' ἡ μέν τις αὐτῶν εἰς τὸ τρέφεσθαι τὸ ζῶον ἀναγκαία καὶ κοινὴ πρὸς τὰ φυτά· καὶ οἷον πηγὴν ἔχει τὸ ἧπαρ. ὀχετοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς εἰς ὅλον τὸ σῶμα διασπειρομένους τὰς φλέβας, ἣν ἔξεστιν ἐπιθυμητικὴν ἢ φυσικὴν ἢ καὶ θρεπτικὴν ὀνομάζειν. ἑτέρα δὲ οὐ μόνον ὡς φυτοῖς ἡμῖν ἢ ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ ὡς ζώοις ὑπάρχουσα ψυχὴ κατὰ τὴν καρδίαν ἵδρυται, πηγή τις οὖσα καὶ ἥδε τῆς ἐμφύτου

aliquid refertur. Proinde ſic ipſam appellamus, quum eſſentiam ignoramus. Quum vero aut robur aut virtutem facultatis dicimus, aut etiam infirmitatem et vitium, tunc nomen intelligendum eſt, ut ad actionem refertur. Facultates igitur, quae in corporibus animantium ſunt, ad ſuum opus peragendum accommodatis egent inſtrumentis, et ut fabri, qui in urbibus vitam degunt, quibusdam inſtrumentis utuntur, quibus ſua opera abſolvunt, ſic facultates. Quum autem in nobis tres facultates ſint, animalis, vitalis et naturalis, quae animal gubernant, ſintque diverſi inter ſe generis, unaquaeque veluti ex ſuo quodam fonte toti eſt corpori diſtributa. Earum una ad alendum animal neceſſaria eſt, ac communis cum ſtirpibus et veluti fontem jecur habet, rivulos vero ab hoc in totum corpus diſperſos, venas. Hanc vel appetitricem vel naturalem vel altricem vocare licet. Altera eſt, quae non modo in nobis, ut ſtirpibus aut viventibus, ſed etiam ut animalibus anima ineſt, quae ſedem habet in corde

Ed. Chart. VI. [259. 260.]
θερμασίας. ὀχετοὶ δὲ ταύτης τῆς πηγῆς αἱ ἀρτηρίαι· καλεῖται δὲ καὶ αὐτὴ πολλοῖς ὀνόμασι· καὶ γὰρ δύναμις ζωτικὴ καὶ δύναμις θυμοειδὴς καὶ ψυχὴ θυμοειδὴς ὀνο- [260] μάζεται. τρίτη δὲ ἐν ἐγκεφάλῳ ἐστὶ ψυχὴ λογικὴ, τῶν κατὰ προαίρεσιν ἐνεργειῶν ἅμα ταῖς αἰσθήσεσιν ἐξηγουμένη. ταύτης δ᾽ ἐστὶ καὶ μόρια, οἷς χρῆται ὥσπερ ὀχετοῖς τισι, τὰ νεῦρα, αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν ἐπιπέμπουσα δι᾽ αὐτῶν τῷ ζώῳ παντί. καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν αὐτὸς ποικίλας εἶναι τὰς τῆς δυνάμεως φύσεις, ὡς ἐν ποικίλοις τοῦ σώματος μορίοις συνεστώσας καὶ ἐκ ποικίλων ὡς πηγῶν ὁρμωμένας. Ἡρακλείδης δέ φησιν ἐνταῦθα περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ἀκούειν ἡμᾶς χρῆν. ὅπερ οὐκ οἶμαί γε ἀπίθανον. ὑπέλαβε γὰρ κατὰ τὸν Ἱπποκράτη τὴν φύσιν τὰς δυνάμεις ἔχειν, ἑλκτικὴν μὲν τῶν οἰκείων μίαν, ἀποκριτικὴν δὲ ἑτέραν τῶν ἀλλοτρίων, τρίτην δὲ ἀλλοιωτικὴν καὶ τὴν τετάρτην τὴν καθεκτικήν. ὃ καὶ ἀληθές ἐστι καὶ ἡμεῖς ἐν ἑκάστῳ τῶν ὀργάνων οὔσας ἀπεδείξαμεν.

---

estque veluti innati caloris fons quidam. Hujus fontis rivuli sunt arteriae. Caeterum multis nominibus appellatur, nam et facultas vitalis et facultas, quae irascitur et anima irarum aestu fluctuans nominatur. Tertia sita in cerebro est anima particeps rationis, quae voluntariis actionibus una cum sensibus praesidet. Haec utitur ipsa quoque partibus quibusdam ceu rivulis, hoc est nervis, per quos sensum et motum in totum animal transmittit. Ideo ipse varias esse facultatis naturas dixit, ut quae in variis corporis partibus consistant et ex variis veluti fontibus emanent. Heraclides autem censet nos haec de naturalibus facultatibus accipere debere. Quod non absurdum existimo. Rebatur enim ex Hippocratis sententia naturam praeditam esse facultatibus, ut trahendi ea, quae apta sunt, excernendi quae sunt aliena, itemque alterandi et quarto loco retinendi. Quod sane verum est et nos in unoquoque instrumento esse demonstravimus.

Ed. Chart. VI. [260.]

ια΄.

Χυλοὶ φθείροντες καὶ ὅλον καὶ μέρος καὶ ἔξωθεν καὶ ἔνδοθεν.

Ἡ φθορὰ διττῶς λέγεται, ἡ μὲν ἐν τῷ γίγνεσθαι, ἡ δὲ ἐν τῷ γεγονέναι. τὰ δὲ πράγματα κατὰ τέτταρας τρόπους φθείρεσθαι εἴωθεν. ὅτι καὶ τὰ στοιχεῖα τῆς οὐσίας αὐτῶν ἐστι τέτταρα· τὰ μὲν διὰ ξηρότητα φθείρεται, τὰ δὲ δι' ἄμετρον θερμότητα ἢ ψυχρότητα ἢ καὶ ὑγρότητα. φθείρεται γὰρ τὴν φύσιν, ἕκαστον θερμαινόμενον ἢ ψυχόμενον ἢ ξηραινόμενον ἢ ὑγραινόμενον. μάλιστα δὲ διὰ τὸ θερμαίνεσθαι ἢ ψύχεσθαι· δραστικώταται γὰρ αὗται αἱ ποιότητες. ἤδη δὲ καὶ διὰ τὸ ὑγραίνεσθαι καὶ ξηραίνεσθαι. ἐν δὲ τῷ πεινῆν ἢ διψῆν ἐπιλειπούσης ἔνθα μὲν τῆς ὑγρᾶς οὐσίας, ἔνθα δὲ τῆς ξηρᾶς. τὸ μὲν οὖν αἷμα εἰ χολωδέστερον ὑπάρχοι, ῥᾷον ἐκθερμαίνεται· ἐὰν δὲ ἐν τῷ φλεγμαίνοντι μορίῳ περιέχηται, εἴη δ' ἱκανῶς θερμὸν καὶ καθ' ὅλον τὸ ζῶον χολῶδες, πολὺ μᾶλλον ἐκθερμανθήσεται· καὶ

XI.

Succi corrumpentes et totum et partes et foris et intus.

Duobus modis corruptela dicitur, tum ea quae fit, tum ea quae facta eſt. Res autem quatuor modis corrumpi ſolent, quod etiam ipſarum eſſentiae elementa ſint quatuor, ut quaedam propter ſiccitatem, quaedam propter nimium calorem aut frigus aut humorem corrumpantur. Cujusque autem natura corrumpitur, quum calefit aut frigefit aut ſiccatur aut humectatur, potiſſimum autem dum calefit aut frigefit, quippe quum hae qualitates ſint efficaciſſimae. Sed etiam quum ſiccatur et humectatur, ut etiam eſuriendo et ſitiendo, dum hic humida, illic ſicca ſubſtantia deeſt. Itaque ſi ſanguis ſit bilioſior, facilius excalefit. Sique in parte contineatur, quae inflammatione tentetur, ſitque admodum calidus et in toto corpore ſit bilioſus, multo magis excalefit, ac deinceps corrumpitur.

Ed. Chart. VI. [260.]
ἑξῆς διαφθείρεται. ἴσμεν γὰρ ὅτι ἐπὶ παντὸς τοῦ θερμαίνοντος, ὅσον εὐαλλοίωτον ἦν, ἢ τῇ φύσει θερμὸν ἐκθερμαίνεσθαί τε καὶ οὕτω φθείρεσθαι πρῶτον, ὥσπερ γε κἀπὶ τοῦ ψύχοντος, ὅσον εὐαλλοίωτον ἢ τῇ φύσει ψυχρὸν, ἐκεῖνο πρῶτον καταψύχεται καὶ διαφθείρεται εἴτε καθόλου εἴτε κατὰ μέρος. ἔστι δ' εὐαλλοίωτα ὅσα καὶ λεπτομερέστερα. διὸ τὸ πνεῦμα εὐαλλοίωτόν ἐστι. θερμότατον δὲ φύσει ἡ χολὴ ξανθὴ, ψυχρότατον δὲ τὸ φλέγμα. αἷμα δὲ ἐφεξῆς τῇ ξανθῇ χολῇ θερμόν. ἡ μέλαινα δὲ ψυχρὸν κατὰ τὸ φλέγμα. ἀλλοιοῦται μὲν γὰρ ἡ ξανθὴ χολὴ ῥᾳδίως ὑπὸ παντὸς τοῦ δρῶντος εἰς αὐτὴν, ἡ μέλαινα δὲ δυσκόλως. συνελόντι δ' εἰπεῖν τὸ μὲν λεπτομερὲς ἅπαν εὐαλλοίωτον, τὸ δὲ παχυμερὲς δυσαλλοίωτον καὶ ἑξῆς δύσφθαρτον. εἰσὶ δὲ διαφθοραὶ τοῦ σώματος ἡμῶν διτταὶ κατὰ γένος. αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀναγκαῖαί τέ εἰσι καὶ σύμφυτοι καὶ ὡς ἐκ τῶν ἀρχῶν τῆς γενέσεως ὁρμώμεναι, καθάπερ ἐξ αἵματός τε καὶ σπέρματος. ἔνιαι δὲ ἐξ αὐτῶν ἡμῶν ὁρμώμεναι. πρῶτον μὲν γένος διὰ τὴν ξηρότητα γίνεται καὶ γῆρας καλεῖται.

Scimus enim quicquid facile alteratur, aut natura calidum est, id a quavis re calefaciente excalefieri atque ita primum corrumpi, ſicut quicquid facile eſt ad alterandum et natura frigidum, id a quavis re refrigerante primum refrigerari atque corrumpi, ſive univerſe, ſive particulatim. Facile porro alterantur, quae tenuiorum ſunt partium, proinde ſpiritus eſt ad alterandum facilis, ac bilis flava eſt natura calidiſſima, pituita frigidiſſima. Poſt flavam bilem calidus eſt ſanguis, ut poſt pituitam frigida eſt atra bilis. Etenim flava bilis a quovis in ipſam agente alteratur, atra aegre, atque ut uno verbo dicam, quicquid e tenuibus conſtat partibus, facile ad alterandum eſt, quicquid e craſſis, difficile, deinceps difficile ad corrumpendum. Corporis autem noſtri ſunt duo genera corruptelae. Quaedam enim corruptelae ſunt neceſſariae et innatae et tanquam ex ortus noſtri principiis, ut ex ſanguine ſemineque profectae, quaedam ex nobis ipſis oriuntur. Primum genus ex ſiccitate ſit, ac ſenectus appellatur, eſtque

ἔστι δὲ σύμφυτος ἀνάγκη φθορᾶς ἅπαντι τῷ γεννητῷ σώματι. δευτέρα δὲ τοῖς ζώοις μάλιστα ὑπάρχουσα, τῆς ὅλης αὐτῶν οὐσίας ἡ ῥύσις, ἐκ τῆς ἐμφύτου θερμότητος ἀποτελουμένη. ῥεούσης γοῦν τῆς συστάσεως ἀπὸ πάντων τῶν ζώων, εἰ μή τις ἑτέρα ὁμοία ἀντεισάγει τῷ ἀποῤῥέοντι, διαφθαρθήσεται σύμπαν οὕτω τὸ σῶμα. διὰ μὲν οὖν τῆς ἐδωδῆς ἀναπληροῦμεν ὅσον ἀποῤῥυῆ τῆς ξηροτέρας οὐσίας· διὰ δὲ τοῦ πόματος ὅσον τῆς ὑγροτέρας. οὕτω δὲ καὶ τῆς ἀερώδους τε καὶ πυρώδους οὐσίας τὴν συμμετρίαν ἀνα- [261] *πνοαῖς τε καὶ σφυγμοῖς διασώζομεν. οὐ γὰρ ὡσαύτως ὑπὸ τῶν θερμῶν ἢ ψυχρῶν ἅπαν τὸ σῶμα διατίθεται. καὶ διὰ τοῦτο τινὰ μὲν οἰκείους ἔχει χυμοὺς ἀλλήλοις ζῶα, τινὰ δὲ οὐ μόνον οἰκείους ἔχει, ἀλλὰ καὶ φθαρτικούς. τρέφεται δὲ πάντα πρὸς τῶν ὁμοίων. ἀναιρεῖται δὲ καὶ φθείρεται πρὸς τῶν ἐναντίων. οὐδὲν μέντοι αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ, ὥς γε ἐκ τῆς οἰκείας θερμασίας φθείρεται· τοὐναντίον δ' ἅπαν αὐξάνεταί τε καὶ ῥώννυται καὶ ὑγιαίνει καὶ ζῇ. εἰ δέ τι παρὰ φύσιν ἐγγένηται τοῖς σώμασι, τοὺς μὲν χυμοὺς*

haec omni genito corpori innata corruptelae neceſſitas. Altera quae in animantibus ineſt maxime, totius ſubſtantiae fluor eſt, qui ab innato calore efficitur. Quum enim fluat omnium animantium moles, niſi alia ſimilis ſubſtantia pro ea, quae defluit, introducatur, univerſum corpus ita corrumpetur. Ergo quicquid ſiccioris ſubſtantiae effluxit, cibo reſtituimus, quicquid vero humidioris, potione, ita aëreae igneaeque ſubſtantiae modum reſpirationibus pulſuque arteriarum conſervamus. Siquidem non eodem modo univerſum corpus a calidis aut frigidis afficitur, ob eamque cauſam quaedam animantes aptos ſibi ipſis humores habent, quaedam non modo aptos, ſed etiam qui perniciem afferant. Caeterum omnia aluntur ſimilibus, tolluntur autem et corrumpuntur a contrariis. Nihil tamen ex ſeipſo, ut ex proprio calore corrumpitur. Contra vero omnia augentur, roborantur et bene valent et vitam ducunt. At ſi quid praeter naturam corporibus accidat, primum humores propter humiditatem corrum-

πρώτους δι' ὑγρότητα διαφθείρει· τῷ χρόνῳ δὲ καὶ τῆς πιμελῆς ἅπτεται καὶ τῆς σαρκός. καὶ διὰ τοῦτο ὁρᾶται πολλάκις ἐκχολούμενον τὸ αἷμα κατά τινα διαφθορὰν ἀλλόκοτον· ὡς ὅλον τὸ τοῦ σώματος γενέσθαι πρασοειδές. ἀλλὰ καὶ χωρὶς τῶν θανασίμων φαρμάκων εἰς διαφθορὰν χυμῶν ἀφικνούμενον ὁρᾶται τὸ σῶμα, παραπλησίαν τῇ διὰ τῶν φαρμάκων γιγνομένῃ. ἐνίοτε δὲ τὸ χρῶμα ἐξαλλάττεται διὰ τὴν τροπὴν χυμῶν, ὡς ἰκτεριωθῆναι τὸ πᾶν. ἐνίοτε δὲ μολίβδῳ παραπλήσιον ἔχειν τὴν χρόαν· ἐνίοτε δὲ φαιοτέραν· ἐνίοτε δὲ μελαντέραν· ἐνίοτε δὲ καὶ πρὸς τὸ * οὐ θαυμαστόν. δῆλον γὰρ ὅτι ἡ σῆψις ὑπὸ θερμότητος ἀλλοτρίας γίνεται, ὡς εἴρηται. λέγω δ' ἀλλοτρίαν τὴν ἔξωθεν, οὐκ ἔμφυτον, οὐδὲ οἰκείαν ἑκάστου τῶν ὄντων. αὐτὴ μὲν πέφυκεν πέττειν, ἡ δὲ ἀλλοτρία διαφθείρειν. οὕτω δὲ ἔξωθεν θερμότης ἐπιγίνεται τοῖς χυμοῖς, μάλιστα δὲ τῷ αἵματι κατά τε τὰς ἐγκαύσεις καὶ τὰς λοιμώδεις καταστάσεις. ἀλλὰ κἀπειδὰν ἔν τινι μορίῳ τοῦ ζώου τὸ αἷμα πλέον ἀθροισθὲν ὑπὲρ τὴν δύναμιν αὐτοῦ γένηται, διαφθείρεται,

pit, temporis vero progreſſu id pinguedinem et carnem attingit. Quamobrem videmus ſaepenumero ſanguinem bilioſum redditum corruptela quadam abſurda usque adeo, ut totus corporis color porri colorem imitetur. Quin etiam ſine mortiferis medicamentis cernitur corpus ad humorum corruptelam pervenire, quae ſimilis eſt ei, quam venena afferunt. Quandoque etiam color propter humorum converſionem immutatur, ut totum corpus arquatum ſit, interdum plumbi colorem referat, interdum ſit magis ſuſcum, interdum nigrius, interdum vero etiam magis vergat ad * Quod mirabile non eſt. Perſpicuum enim eſt putredinem ab alieno calore proficiſci, ut dictum eſt. Alienum calorem voco eum, qui foris advenit et neque eſt innatus, neque unicuique rei aptus, ſiquidem innato eſt a natura tributum ut concoquat, alieno ut corrumpat. Calor enim extrinſecus ſanguini advenit et in ſolis exuſtionibus et in peſtilenti ſtatu. Sed et quando in aliqua parte corporis major copia ſanguinis

Ed. Chart. VI. [261.]
ὡς κατὰ τοὺς βουβῶνας καὶ τὰ φύματα καὶ τὰς φλεγμονὰς, ὅταν ἐμφραχθῇ διὰ πάχος ἐν τοῖς μικροῖς ἀγγείοις ἢ σφηνωθῇ διὰ πλῆθος. καὶ τότε κατὰ διττὴν αἰτίαν φθείρεται τὸ αἷμα, τῷ τε μὴ διαπνεῖσθαι καὶ τῷ μὴ κρατεῖσθαι πρὸς τῆς φύσεως. * * μεταβάλλει δήπου πάντως καὶ ἡ μετάπτωσις εἰς τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν γίνεται· * καὶ τοίνυν κατὰ τὰς τῶν χυμῶν ἰδέας * * περὶ τούτων εἴρηται τὰ εἰκότα ἐν τοῖς περὶ * * τῇ τοῦ * * αἵματος μεταβολῇ σὺν * πειρατέον ὑπὲρ αὐτῶν διελθεῖν, οὐδ᾽ ἐνταῦθα μηκύνοντες, οὐδὲ ἀντιλέγοντες τοῖς παλαιοῖς, τοῖς μάλιστα ἐσφαλμένοις, πλὴν γὰρ Ἀριστοτέλει, ὅς μοι δοκεῖ ὀρθῶς εἰρηκέναι, ἄλλους σχεδὸν πάντας ἐστὶν ἐσφαλ. * *

συγχωροῦσι μὲν πάντες, ἀπὸ τῆς οἰκείας ἢ ἀλλοτρίας θερμότητος γίγνεσθαι, οὐχ ὁμοίως δέ· ἀλλ᾽ ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς * * * * τοῖς γὰρ οὕτω διακειμέ-

coacervata ſit et ejus vires ſuperet, corrumpitur, quemadmodum in tumoribus inguinum et orientibus tuberculis et inflammationibus, quum in parvis vaſculis propter craſſitudinem obſtruitur aut propter multitudinem impingitur. Quo ſane tempore ſanguis duplici de cauſa corrumpitur, et quia non difflatur et quia a natura non vincitur * Omnino mutatur et commutatio in humorem melancholicum ſit * et ex humorum formis. * Deque his dicta ſunt, quae dici par erat in libris de * ſanguinis mutatione * * Conandum eſt de eis diſſerere, ita tamen ut neque hoc loco longiores ſimus, neque veteribus contradicamus, qui ſummopere erraverunt, praeter Ariſtotelem, qui quum caeteri ferme omnes hallucinati ſint, recte dixiſſe mihi videtur. *

Omnes tamen concedunt a ſuo aut alieno calore id effici. Non tamen pari modo. Sed Empedocles * * Iis enim, qui ſic

Ed. Chart. VI. [261. 262.]

νοις φησὶν ὀλεθρίως ἔχειν αὐτοὺς, ὅτι τοιαῦτα τὰ πάθη ἐνδείκνυται ἔνδειαν τροφῆς καὶ διαφθορὰν χυμῶν, ὅπερ οὐκ ἀεὶ συμβαίνει. * * * καὶ μὲν ἀλλὰ συγχωρητέον ἤδη αὐτοῖς πολλὰ κατὰ τὴν ἰατρικὴν εἰρηκόσιν ἄτοπα, ὡς μήτε ἰατροῖς μήτε ἐμπείροις· ὡς δὲ φιλοσόφοις καὶ τὰς τῶν ὄντων αἰτίας ζη * * * *

ιβ'.

Αὐτόματοι καὶ οὐκ αὐτόματοι· ἡμῖν μὲν αὐτόματοι, αἰτίῃ δὲ οὐκ αὐτόματοι.

[262] Τὰ αὐτόματα λέγεται ποτε οὐ τὰ χωρὶς αἰτίας, ἀλλὰ χωρὶς τῆς ἐξ ἡμῶν αἰτίας. ὅταν γὰρ δόντων ἡμῶν χολαγωγὸν φάρμακον τῆς χολῆς γένηται κένωσις, οὐκ ἔτι αὐτὴν ὀνομάζειν αὐτόματον χρή· ἐνίοτε δὲ καὶ τὰ χωρὶς τῆς αἰτίας τῆς ἔξω, ἐνίοτε δὲ καὶ τὰ οἷον ἐξαίφνης οὐδενὸς

affecti ſunt, perniciem inſtare: ſiquidem ejusmodi affectus et alimenti indigentiam et humorum corruptelam indicant, quod quidem non ſemper uſu venit. * * Illis tamen, utpote qui multa abſurda in iis, quae ad medicinam pertinent, dixerint, hoc jam concedendum eſt, quod neque medici ſint, neque longo uſu exercitati; ſed quod philoſophi eſſent et rerum cauſas perveſtigarent. *

XII.

Spontanei ac minime ſpontanei; nobis quidem ſpontanei, cauſa vero minime ſpontanei.

Spontanea interdum dicuntur non quae ſine cauſa, ſed quae ſine cauſa a nobis proficiſcente fiunt. Quum enim medicamentum bili ducendae aptum damus, bilis fit evacuatio, nec eam tum ſpontaneam nominare oportet; interdum etiam quae ſine externa cauſa fiunt. Interdum

συμπτώματος προηγησαμένου. νῦν δὲ ἄμεινον ἀκούειν τὰ αὐτόματα σημαίνειν τὰ χωρὶς τῆς αἰτίας τῆς ἐξ ἡμῶν, ἵνα γνῶμεν τοὺς χυλοὺς ἢ αὐτομάτους εἶναι, ἢ μὴ αὐτομάτους καὶ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀγαθοὺς γινομένους. ὃ χρὴ μιμεῖσθαι τὸν ἰατρόν. τοῦτο γὰρ δῆλον. προστίθησι γὰρ, ἡμῖν μὲν αὐτόματοι, ὅτι κατὰ φύσιν καὶ ὑπὸ τῆς φύσεως γίνονται· αἰτίᾳ δ' οὐκ αὐτόματοι· διότι ὑπαρχούσης τῆς ἄλλης αἰτίας οὐκ εἰσὶν αὐτόματοι. κατὰ μὲν οὖν τὴν ἔννοιαν ταύτην εἶπεν αὐτὸς, ὑπὸ διαῤῥοίας ἐχομένῳ μακρῆς, ἀπὸ ταὐτομάτου ἔμετος ἐπιγενόμενος λύει τὴν νόσον. καὶ ἐν ἄλλοις, ὁκόσοι ἀπὸ ταὐτομάτου αἷμα οὐρέουσιν. ἀλλὰ καὶ τὰς κενώσεις αὐτομάτους ἐκ τοῦ σώματος λέγομεν, ὅσαι χωρὶς τοῦ πρᾶξαί τι ἡμᾶς γίγνονται. ὅπερ ποτὲ συμβαίνει τῆς διοικούσης τὸ σῶμα φύσεως τὰ αὐτόματα ἐκκαθαιρούσης, ποτὲ δὲ δι' ἐρεθισμὸν, ἢ τὸ μὴ στέγεσθαι πρὸς τῶν ἀγγείων. καὶ τότε δεῖ τὸν ἰατρὸν προσέχειν τὸν νοῦν, πότερον χρησιμεύουσιν ἢ βλάπτουσι, τουτέστι πότερον, ὡς αὐτὸς φησὶν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρονται. τότε

vero quae velut repente, nullo casu praecedente. Nunc vero praestiterit accipere spontanea significare quae fiunt sine causa a nobis proficiscente, ut noscamus humores spontaneos esse, vel non spontaneos et a natura bonos effici, quam rem debet medicus imitari, id enim perspicuum est. Addit enim, nobis quidem spontanei, hoc est secundum naturam et a natura facti: *causa vero non spontanei*, quia quum alia causa subest, non sunt spontanei. In hanc sententiam ipse dixit haec: *quem diuturnus alvi fluor vexavit, ei vomitus sponte superveniens morbum solvit.* Et alio in loco: *quicunque sponte sanguinem mingunt.* Quin etiam evacuationes e corpore fieri sponte dicimus, quaecunque fiunt, quum nos nihil molimur. Quod solet contingere, quum natura corpus gubernans expurgat ea, quae sua sponte feruntur, interdum irritata, aut quod illa a vasculis non cohibeantur. Quo sane tempore advertere medicus debet an prosint, an ne noceant. Hoc est utrum, ut ipse ait, qualia purgari oportet

Ed. Chart. VI. [262.]

γὰρ τὰ σώματα ὠφελεῖται καὶ ἡ φύσις ἐκκενοῖ τὸ περιττόν. ὅτε δὲ λόγῳ συμπτώματος γίνεταί τι, οὔτε ὠφέλειά τις ἕπεται, τοιαύτη ἡ κένωσις σημεῖον τῆς κακῆς τοῦ ζώου διαθέσεώς ἐστι.

ιγ'.

Αἰτίη δ' αὖ τὰ μὲν δῆλα, τὰ δ' ἄδηλα, καὶ τὰ μὲν δυνατὰ, τὰ δ' ἀδύνατα.

Τῆς τῶν κατὰ τὸ ζῶον συμβαινόντων ζητήσεως ὁ καρπὸς οὗτός ἐστι, τὸ τὰς αἰτίας τῶν δυσκρασιῶν εἰδότι, εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανάγειν αὐτάς. πῶς δέ τις διαγνωστικός τε καὶ ἰατρὸς τῶν νοσημάτων ἔσται, ἀγνοῶν ὅλως αὐτὰ, τίνα τέ ἐστι, καὶ πόσα καὶ ποῖα; ἡμεῖς δὲ συγχωρήσαντες γένη πλείω τῶν αἰτιῶν ὑπάρχειν τινὰ προθήσομεν νῦν. πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα δι' ὃ γίνεταί τι· δεύτερον δι' οὗ γίνεται· καὶ τρίτον ἐξ οὗ· καὶ τέταρτον δι' οὗ· καὶ πέμ-

purgentur. Siquidem tunc corpora juvantur et natura id evacuat, quod supervacaneum eſt. Quum vero ſymptomatis ratione fit aliquid, neque ulla conſequitur utilitas, ejusmodi evacuatio eſt malae conſtitutionis animantis indicium.

XIII.

Cauſae rurſus aliae manifeſtae, aliae abditae et aliae poſſibiles, aliae impoſſibiles.

Fructus quaeſtionis eorum, quae animali accidunt, eſt, ut qui cauſas intemperierum norit, eas ad naturalem ſtatum reducat. quomodo autem noſcet curabitque morbos is, qui et qui et quales et quanti ſint ignorabit? Nos autem ut multa eſſe genera cauſarum concedamus, quasdam in praeſentia afferemus: primum quidem et praecipue illam, propter quam fit aliquid; ſecundo a qua fit; tertio ex quo; quarto per quod; quinto quale fit. Eo-

πτον τὸ καθό· τρία γάρ ἐστι τὰ σύμπαντα γένη τῶν παρὰ φύσιν, ἓν μὲν αἱ διαθέσεις αἱ βλάπτουσαι τὴν ἐνέργειαν, ἕτερον δὲ τὰ τούτων αἴτια, καὶ τρίτον τὰ συμπτώματα. τὰ μὲν οὖν αἴτια κυριώτατα μὲν, ὅταν ἐνεργῶσιν, οὕτως ὀνομάζεται. λέγεται μέντοι γε πολλάκις, εἰ καὶ μηδέπω μηδὲν ἐνεργεῖ, κατ᾽ αὐτὸ τὸ δύνασθαι μόνον, οἷον καὶ ἀπεψίαι νόσων αἰτίαι λέγονται, κἂν μηδέπω τις νοσάζῃ. διὸ τῶν αἰτίων τὸ μέν ἐστι προκαταρκτικὸν, τὸ δὲ συνεκτικὸν, τὸ δὲ προηγούμενον· ὡς προκαταρκτικὸν μὲν εἶναι, ὃ ποιῆσαν τὸ ἀποτέλεσμα κεχώρισται. συνεκτικὸν δὲ, ὃ παρὸν φυλάττει τὴν παροῦσαν νόσον, ἀναιρούμενον δὲ συναναιρεῖ, προηγούμενον δὲ αἴτιόν ἐστι, τὸ ὑπὸ τοῦ προκαταρκτικοῦ κατασκευάζεταί πως. οὗ παρόντος πάρεστι τὸ ἀποτέλεσμα καὶ αὐξομένου αὔξεται· καὶ μειουμένου μειοῦται· καὶ αἱρουμένου αἱρεῖται· εὑρίσκεται δὲ καὶ ἄλλα γένη πολλὰ, ὡς τὸ αὐτοτελὲς, τό τε συναίτιον καὶ τὸ συνεργόν· ὥσπερ καὶ τὰ πρόδηλα καὶ μὴ πρόδηλα αἴτια. λέγουσι μὲν αὐτοτελὲς εἶναι τὸ αὐτὸ καθ᾽ αὐτὸ ποιοῦν τὸ τέλος.

rum enim quae praeter naturam sunt, tria sunt universa genera: unum affectiones quae actionem laedunt, alterum earum causae, tertium symptomata. Causae autem quum agunt, hoc potissimum vocabulo gaudent. Sed saepe etiam sic vocantur, licet nondum quicquam agant, sed quod solum possint, veluti cruditates morborum causae dicuntur, quamvis nemo adhuc aegrotet. Quocirca causarum alia est procatarctica, alia continens, alia antecedens, ut procatarctica sit, quae opere perfecto separatur. Continens quae praesens morbum praesentem conservat, sublata tollit. Antecedens causa est, quae a procatarctica quodam modo fit, qua praesente effectus ipse adest et illa adaucta adaugetur et diminuta diminuitur et sublata tollitur. Multa quoque alia genera causarum inveniuntur, ut per se finiens, concausa et causa adjuvans, sicut etiam sunt et manifestae et obscurae. Volunt autem causam per se finientem esse, quae ipsa per se finem afferat, concau-

συναίτιον δὲ ὃ κατὰ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ δύναμιν οὐχ οἷόν τέ ἐστι ποιῆσαι τὸ ἀποτέλεσμα· [263] σὺν ἑτέρῳ δὲ δύναται· συνεργὸν δέ ἐστιν αἴτιον, ὃ ποιοῦν μὲν τὸ ἀποτέλεσμα, δυσχερῶς δέ. διό τι συλλαμβάνει πρὸς τὸ ῥᾷον αὐτὸ ἀποτελεῖν. αἴτια δὲ πρόδηλα προσαγορεύεται ὅσα ἐξ ἑαυτῶν ποιοῦντά τε καὶ ἐνεργοῦντα αἰσθάνεται· οὐ πρόδηλα δὲ ὅσα οὐκ ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλὰ διὰ σημείων καταλαμβάνεται· καθάπερ ἄδηλα καλεῖται ὅσα οὐδὲ ἐξ ἑαυτῶν, οὐδὲ ἐκ τῶν ἄλλων εἰς τὴν αἴσθησιν πίπτει. ταῦτα μὲν ἢ ἄδηλα ἀεί ἐστιν, ἢ πρὸς καιρόν· ἅπερ εἶναί φαμεν τὰ μέχρι μέν τινος ἀπόντα, αὖθις δὲ ὑπὸ τὴν αἴσθησιν ἐλθεῖν δύναται· ὡς ἐν τῷ περὶ τῶν προκαταρκτικῶν αἰτιῶν ὑπομνήματι δέδεικται. εἰδέναι δὲ δεῖ πάντως τὰ αἴτια, εἴπερ μηδὲν ἀναιτίως γίνεται. καὶ τοῦτ᾿ ἔστιν ἁπάντων σχεδόν τι τῶν φιλοσόφων ὁμολόγημα κοινόν. οὐ μὴν, ἀλλὰ πειρατέον ἐστὶ τὸ τῶν ἁπάντων αἰτίαν ἀποδοῦναι. πρῶτον μὲν ὅτι πρὸς τὰς τῶν πραγμάτων ἐννοίας καὶ πρὸς τὰς χρείας οὐ πολλάκις τὸ τοιοῦτον ἀναγκαῖόν ἐστιν· ἔπειθ᾿ ὅτι πολλὰ τῶν ὄντων τρό-

ſam vero, quae ſuapte vi opus efficere non poſſit, quum alia conjuncta poſſit, cauſam adjuvantem eſſe, quae efficiat illa quidem opus, ſed aegre. Proinde aliquid ab ipſa aſſumi ad id, quod vult, facilius efficiendum. Cauſae autem manifeſtae appellantur, quae ipſae ex ſe, quum agunt et faciunt quid, in ſenſum cadunt. Non manifeſtae vero, quae non ex ſe, ſed mediis intercedentibus percipiuntur. Sicut abditae vocantur, quae neque ex ſe ipſis, neque ex aliis ſentiuntur. Eaeque aut ſemper abditae ſunt, aut ad tempus quas eſſe dicimus, quae aliquando abſunt, rurſus vero cadere ſub ſenſum poſſunt, ſicut in libro de cauſis procatarcticis oſtenſum eſt. Cauſarum habenda omnino cognitio eſt, ſiquidem nihil ſine cauſa efficitur. Haecque eſt communis fere omnium philoſophorum conſenſio. Non tamen conandum eſt rerum omnium afferre cauſam; primum quia ad rerum notiones atque uſus hoc non eſt ſaepe neceſſarium, deinde quia multa ſunt in rerum natura, quae ſuapte natura quibusdam principiis

Ed. Chart. VI. [263.]

πον τινὰ ἀρχαῖς τισιν ἔοικε κατὰ φύσιν, ὥστε μὴ παραδέχεσθαι τὸν ὑπὲρ αἰτίων λόγον. πρὸς δὲ τούτοις διαμαρτάνουσιν ἐνίοτε, ὅτι τὰ ἀγνοούμενα καὶ τὰ μὴ αἴτια λαμβάνοντες οἴονται λέγειν τὴν αἰτίαν. οὐ γοῦν δεῖ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πάντων οἰομένοις δεῖν λέγειν τὴν αἰτίαν. τότε γὰρ δεῖ τῶν ὄντων αἰτίαν ζητεῖν, ὅτ᾽ ἂν μέλλῃ περὶ τούτων γνωριμώτερον ἢ πιστότερον γίνεσθαι τὸ λεγόμενον. ἀεὶ μέντοι διαφυλάττειν ἀξιοῦμεν τοῦτο, οἷς ἂν ἀλήθεια σπουδάζηται, τὸ μηδὲν ἀποκρύπτεσθαι τῶν ἐναργῶς φαινομένων, μηδ᾽ ἂν ὅτι μάλιστα τὸν τῆς αἰτίας λογισμὸν ἀπορώτατον ἔχει. τοῦτ᾽ ἐπαινεῖν Ἱπποκράτην ἄξιον ἔν τε τοῖς ἄλλοις ἅπασι καὶ ἐν τοῖς περὶ τούτων, περὶ ὧν νῦν διαλεγόμεθα λόγοις οὐχ ἥκιστα. μέχρι γὰρ τοῦ προέρχεσθαι τὸν ἰατρὸν ἀξιοῖ, ὅσον περ ἡ τέχνη αὐτοῦ δύναται, ὡς πολλάκις μέχρι τοῦ πιθανοῦ ἐλθεῖν, ἐπιδεικνύναι τε τὰ παραπλήσια ταῖς ἀλλήλων φύσεσι πράγματα καὶ διὰ τοῦτο παρορώμενα, κἄπειτα τίθεσθαι κατὰ τούτων τὰ ὀνόματα, μάλιστα μὲν εἰ

ſimilia ſunt, ut cauſae rationem non admittant. Praeterea nonnunquam falluntur, quum incognita et quae cauſae non ſunt ſumentes, ſe cauſam afferre arbitrantur. Non eſt igitur attendendus ſermo eorum, qui rerum omnium cauſam putant eſſe afferendam. Tunc enim quaerenda rerum cauſa eſt, quum id, quod de ipſis dicitur, aut notius aut credibilius eſt futurum. Hoc tamen ſemper ſervandum cenſemus ab iis, qui veritatis ſtudio ducuntur, nihil ut occultent eorum, quae evidenter apparent, etiam ſi cauſae rationem maxime controverſam habeant. Quamobrem quum in aliis rebus omnibus Hippocrates ornandus eſt laudibus, tum vel maxime in his, de quibus nunc diſſerimus. Cenſet enim usque eo progredi medicum oportere, quousque pervenire ipſius ars poteſt, ut ſaepenumero ad probabilitatem usque perveniat et res, quod inter ſe natura ſunt ſimiles et ob id minus advertuntur, oſtendat, deinde eis nomina imponat, potiſſimum vero ſi poſſit, quae ſint uſitatiſſima; ſin haec ignoret, apta ſingat.

Ed. Chart. VI. [263.]

οἷός τε εἴη, τὰ συνηθέστατα, εἰ δ' ἀγνοοίη ταῦτα, ποιεῖν ἴδια· πρὸ πάντων δὲ καθ' ἑκάστου πράγματος ἓν ὄνομα, ἵνα μήτε παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν ἀσάφειά τις γένηται, μήτε παραλείπηταί τι πρᾶγμα. τούτων οὕτως ἐχόντων ἐνδέχεταί τινα στίχον αἰτιῶν γενέσθαι, πολλάκις ἀλλήλας διαδεχομένων. ἀλλ' ἐν τοῖς τοιούτοις, εἰ μή τις διορίζοιτο τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς ποιεῖν λεγομένου τὸ καθ' ἑαυτὸ, πάμπολλα καὶ ἄτοπα συμπεσεῖται τοῖς λόγοις ἁμαρτήματα. σημαίνει δὲ ταὐτὸν τὸ καθ' ἑαυτὸ τῷ πρώτως, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς τῷ δευτέρως, ὥσπερ ἐπὶ τὸ νόσημα διάθεσίς τίς ἐστι παρὰ φύσιν, τὴν ἐνέργειαν βλάπτουσα, ἐνδέχεται δὲ προηγεῖσθαι τῆς νόσου διάθεσιν ἑτέραν τινὰ καὶ αὐτὴν παρὰ φύσιν, οὐ μὴν κατά γε τὸν ἑαυτῆς λόγον βλάπτουσαν τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ διὰ μέσου τοῦ νοσήματος, τὴν τοιαύτην διάθεσιν οὐ νόσημα καλέσεις, ἀλλὰ προηγουμένην τοῦ νοσήματος αἰτίαν. οὐδὲ γὰρ καθ' ἑαυτὴν οὐδὲ πρώτως, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός τε καὶ δευτέρως βλάπτεται ἡ ἐνέργεια. καὶ οὕτως οὐ πᾶν ὅ τι περ ἂν ᾖ παρὰ φύσιν ἐν τῷ σώματι, νόσημα

Ante omnia vero ſingulis rebus ſingula nomina imponat, ne in ſermone ex homonymia obſcuritas oriatur, neve res ulla omittatur. Quum vero haec ita ſe habeant, ſeries quaedam cauſarum ſe deinceps excipientium ſaepe exiſtit. Sed in ejusmodi, niſi quis diſtinguat eam quae per ſe facit ab ea quae ex accidenti dicitur, plurimi abſurdiſſimique errores in diſputationibus orientur. Significat autem per ſe idem quod primum, ex accidenti idem quod ſecundo loco, quemadmodum morbus eſt quaedam praeter naturam affectio, quae actionem laedit, accidit autem ut alia affectio, quae ipſa quoque praeter naturam eſt, morbum praecedat. Haec tamen non ſui ratione laedit actionem, ſed morbo intercedente, hanc autem affectionem non morbum, ſed cauſam, quae morbum praecedit, appellabis, quum neque per ſe neque primum, ſed ex accidenti et ſecundo loco laeditur actio. Atque ita non jam quicquid praeter naturam ſit in corpore morbus ſtatim erit appellandus, ſed id denique quod primo actionem

εὐθὺς ἔσται κλητέον, ἀλλὰ τὸ πρώτως βλάπτον τὴν ἐνέργειαν· τὸ δὲ τούτου προηγούμενον αἴτιον. κατὰ μὲν οὖν τὴν αἰτίαν τὰ μὲν δῆλα, τὰ δὲ ἄδηλα, καὶ τὰ μὲν δυνατὰ, τὰ δὲ ἀδύνατα· ὡς τὰ μὲν οἷά τε εἶναι γίνεσθαι ὑπὸ τοιαύτης αἰτίας, τὰ δὲ οὔ. καὶ τοῦτό γε κατὰ τὴν δύναμιν τῆς αἰτίας καὶ τὴν ἐπιτειδιότητα τοῦ γενησομένου πράγματος.

ιδ'.

[264] Φύσις ἐξαρκέει πάντα πᾶσιν.

Πάντες ὀλίγου δεῖν τὴν φύσιν ὡς τεχνικὴν ὑμνοῦσι καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου καὶ οἱ κατὰ Ἱπποκράτην. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐρασίστρατον οὐκ ἀεὶ τοῦτο λέγουσιν, αὐτὸν μέντοι τὸν ἡγεμόνα θαυμάζουσιν ὡς θεὸν καὶ πάντα ἀληθεύειν νομίζουσι. εἰ δ' οὕτως ἔχει τὸ πρᾶγμα, πάμπολυ δήπου τῆς ἀληθείας ἐσφάλθαι χρὴ νομίζειν τοὺς ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφους, οἷς μηδὲν ὧν Ἐρασίστρατος ὑπελάμβανεν ἀρέ-

laedit. Quod vero hunc antecedit, causa nominanda est. Causae igitur ratione quaedam manifesta, quaedam abdita sunt; quaedam fieri possunt, quaedam non possunt, ut quaedam a tali causa fieri possint, quaedam non possint, id quod pro potestate causae et prout apta sit res, quae facienda sit, accipiendum est.

XIV.

Natura omnia omnibus sufficit.

Omnes fere et peripatetici et qui Hippocratem auctorem habent, naturam ut artificem ornant laudibus. Erasistrati vero studiosi non id perpetuo confitentur. Illum quidem principem admirantur, ut deum, et omnibus in rebus verum esse existimant. Quod si ita sit, profecto multum a veritate aberravisse philosophos peripateticos putandum est, quibus nihil placet eorum quae Erasistra-

Ed. Chart. VI. [264.]

σκει. ἀλλ' εἴπερ οἱ περιπατητικοὶ καλῶς ἐφυσιολόγησαν, ὡς πᾶσίν ἐστι δῆλον, οὐδὲν ἂν εἴη ληρωδέστερον Ἐρασιστράτου. λέγει γὰρ οὐδὲν ὀρθῶς ἐγνωκέναι περὶ φύσεως τοὺς περιπατητικούς· ὅπερ οὕτω ψεῦδός ἐστιν ὡς εἴ τις ὁμιλήσειε τοῖς Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου γράμμασιν, οὗτος τῆς Ἱπποκράτους αὐτὰ δόξειε φυσιολογίας ὑπομνήματα συγκεῖσθαι. καὶ γὰρ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν εἰς ἄλληλα δρῶντα καὶ πάσχοντα Ἱπποκράτης πρῶτος, δεύτερος δὲ Ἀριστοτέλης καλῶς εἶπεν. ἔτι δὲ τρέφεσθαι δι' ὅλων αὐτῶν τὰ τρεφόμενα καὶ κεράννυσθαι δι' ὅλων τὰ κεραννύμενα καὶ ἀλλοιοῦσθαι δι' ὅλων τὰ ἀλλοιούμενα καὶ τὴν πέψιν ἀλλοίωσίν τινα εἶναι καὶ μεταβολὴν τοῦ τρέφοντος εἰς τὴν οἰκείαν τοῦ τρεφομένου ποιότητα καὶ τὰ περὶ τῆς αἱματώσεως καὶ θρέψεως καὶ αὐξήσεως καὶ ἄλλα πολλὰ δόγματα περί τε γενέσεως καὶ φθορᾶς τῶν ζώων καὶ ὑγείας καὶ νόσου Ἱπποκράτειά τε ἅμα ἐστὶ καὶ Ἀριστοτέλεια. ἐκ δὲ τοσούτων καὶ τοιούτων ἓν μόνον εὑρεθήσεται ταὐτὸν

tus censuit. Verum si peripatetici recte in naturae contemplatione sunt versati, ut perspicuum omnibus est, nihil erit Erasistrato magis ridiculum. Is enim ait peripateticos nihil de natura recte statuisse. Quod ita falsum est ut si quis in Aristotelis ac Theophrasti libris sit versatus, is ceu commentarios physiologiae Hippocratis illos conscriptos esse sit arbitraturus. Etenim calida, frigida, humida et sicca agere inter se et pati princeps Hippocrates, secundus Aristoteles recte affirmavit, nutriri quoque per se tota, quae nutriuntur et quae miscentur, omnia per se tota misceri, pari modo quae alterantur per se tota alterari; sicut illud quoque, coneoctionem alterationem quandam esse et mutationem ejus quod alit in propriam ejus, quod alitur, qualitatem, tum quae de gignendo sanguine ac nutritione deque incremento habentur et item alia multa decreta ad ortum et interitum animantium et ad bonam valetudinem morbumque pertinentia sunt Hippocratica simul et Aristotelica. Ex tot talibus-

Ed. Chart. VI. [264.]

Ἐρασιστράτῳ κἀκείνοις τοῖς ἀνδράσι, τὸ τινὸς ἕνεκα πάντα ποιεῖν τὴν φύσιν καὶ μάτην οὐδέν. φησὶ μὲν γὰρ τοῦτο ἐνίοτε Ἐρασίστρατος, οὐ φυλάττει δέ. ἀλλὰ μυριάκις διαφθείρει. καὶ γὰρ κατὰ τὸν Ἐρασίστρατον ὁ σπλὴν μάτην ἐγένετο, μάτην δὲ τὸ ἐπίπλοον, μάτην δὲ ἄλλα μυρία. διὰ ταῦτα μὲν ἔξεστιν ἰδεῖν ὡς ἐκεῖνοι μὲν οὔτε ψευδεῖς οὔτε ἀπεράντους ἔγραψαν λόγους, τὰ δ' Ἐρασιστράτεια βιβλία παμπόλλους ἔχει τοὺς τοιούτους. γελοῖον δὲ καὶ ἄριστα κατεσκευασμένης τῆς νεὼς ἢ τῆς οἰκείας ἢ τῆς κλίνης, ἀγνώστου δὲ ὄντος τοῦ κατασκευάσαντος, νομίζειν ἄνευ τῆς τέχνης καὶ μάτην γεγονέναι τὰ τοιαῦτα· ἢ κατὰ τύχην διακρινόντων ἁπάντων καὶ τὴν μὲν σπανιάκις ἁμαρτάνειν τοῦ σκοποῦ, τὴν δὲ ἐπιτυγχάνειν ὀλιγάκις· ἀχρείαν δὲ καὶ μὴ τεχνικὴν ἡγεῖσθαι τὴν τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς αἰτίαν εἶναι, φυλάττοντα τὴν ὁμοιότητα τῆς κρίσεως ἐπὶ τῶν ὁρατῶν τεχνιτῶν πρὸς τοὺς μὴ ὁρωμένους. τοῦτ' οὖν εἴ τις αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν βουληθείη βασανίζειν

que ſententiis una ſola reperitur, de qua Eraſiſtratus cum illis viris conſentiat, hoc eſt naturam alicujus rei cauſa facere omnia ac nihil fruſtra. Idque interdum quidem ait Eraſiſtratus, non tamen idem tuetur, ſed plus millies evertit, ſiquidem de Eraſiſtrati ſententia lien ſine cauſa factus eſt, ſic omentum, ſic alia ſexcenta. Quamobrem licet intueri ſermones ab illis mandatos literis neque falſos eſſe, neque parum concludentes, quum interim Eraſiſtrati libri talium pleniſſimi comperiantur. Ridiculum autem eſt, quum optime exaedificatam navim aut domum aut lecticam videas, licet artificem ignores, eam ſine arte et temere et fortuna factam exiſtimare, quum interim artem raro a fine ſibi propoſito aberrare, fortunam raro eundem conſequi, omnes ſtatuant. Sic etiam abſurdum eſt inutilem et non artificem putare cauſam fabricae corporis noſtri, ſi modo ſimilitudinem judicii in artificibus, qui cernuntur, cum iis qui non videntur ſervare velimus. Hoc autem ſi quis ipſe per ſe in animali velit expendere,

Ed. Chart. VI. [264. 265.]

ἐπὶ ζώου, μεγάλως μοι δοκεῖ καταγνώσεσθαι τῆς Ἀσκληπιάδου τε καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν προπετείας. εἰ δὲ καὶ αἰτίαν μάθοι, δι' ἣν οὐδὲν μάτην γέγονε καὶ πάντα ἐν τῷ σώματι πρὸς τὸ χρήσιμον ὑπάρχει, πεισθῆναι γοῦν μοι δοκεῖ καὶ διὰ τοῦδε τὴν εἰς τὰ ζῷα πρόνοιάν τε καὶ τέχνην τῆς φύσεως. διὸ Ἱπποκράτης, ὡς ἂν πρῶτος ἐπιγνοὺς τὰ τῆς φύσεως ἔργα, θαυμάζει τε καὶ διὰ παντὸς ὑμνεῖ ταύτην, ὡς καὶ δικαίαν ὀνομάζειν καὶ μόνην ἐξαρκεῖν εἰς ἅπαντα τοῖς ζώοις καὶ αὐτὴν ἐξ αὐτῆς ἀδιδάκτως πράττουσαν ἅπαντα τὰ δέοντα. εἰ δ' ἐθέλει τις τῆς φύσεως πρόνοιάν τε καὶ σοφίαν γνῶναι ἀκριβῶς, τοῦτο μὲν εἰδέναι δυνήσεται, εἰ ἐπιβλέψειεν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς καὶ σκέψαιτο, πότερον πλημμελῶς, ἢ δικαίως, οὐκ ἴσα τοῖς μέρεσιν ἅπασι διένειμεν, ἀλλὰ τοῖς μὲν μείζω, [265] τοῖς δ' ἐλάττω, εἰς ὅσον ἂν ἤρκει τὸ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἀκριβῶς ἐν ἑκάστῳ μετρήσασα, τὸ μὲν μεῖζον ἀπένειμε μέρος, τὸ δ' ἔλαττον· ἑκάστῳ δὲ τηλικοῦτον, ἡλίκον ἦν δοθῆναι δικαιότατον. οὕτω δὲ καὶ τὸν ἰατρὸν Ἱπποκράτης τῆς φύσεως ὑπηρέτην ὀνομάζει. λέγω

is mihi Asclepiadis et aliorum multorum temeritatem videtur magnopere damnaturus. Si vero causam discat, cur nihil frustra factum sit et omnia in corpore ad usum vergant, vel ex eo naturae in animalibus et providentiam et artem credet. Quare Hippocrates, ut qui primus naturae opera norit, hanc admiratur ac perpetuo praedicat, ut et justam nominet et solam animalibus ad omnia sufficere dicat et ipsam ex se sine doctore quae opus sunt efficere. Si vero naturae providentiam ac sapientiam quispiam velit accurate cognoscere, id poterit percipere, si in dissectionibus spectet et consideret justene an secus suas portiones omnibus partibus distribuerit, sed aliis majores, aliis minores sit impertita: quantae nimirum satis erant, aestimata accurate cujusque dignitate, alii majorem, alii minorem portionem tribuit: unicuique vero tantam dedit, quantam tribui erat aequissimum. Sic Hippocrates vocat medicum naturae ministrum, eum inquam, qui re-

Ed. Chart. VI. [265.]

δὲ τὸν ὄντως ἰατρὸν, οὐ φαρμακοπώλην τινὰ ἐκ περιόδου. οὗτος γὰρ τοσοῦτον ἀποδεῖ τοῦ φύσεως ὑπηρέτης δικαίως ὀνομάζεσθαι, ὥστε μᾶλλον ἐχθρὸν καὶ πολέμιον τῆς φύσεως αὐτῆς καὶ τῶν καμνόντων πρέπειν καλεῖν αὐτόν. οὕτω μὲν γὰρ δεῖ ποιεῖν τὸν ἰατρὸν, ὡς καὶ φύσιν ὁρῶμεν ἀεὶ ποιοῦσαν. ἀναριθμήτους γὰρ ἐκείνη μηχανὰς ἐξευρίσκει, ἕνεκα τοῦ διασώζεσθαι τὰ σώματα, τὰ μὲν ἀμφιεννῦσα καὶ ὑποστέγουσα τῶν μορίων, ὡς μηδὲν ἔξωθεν πλεονάζειν· τὰ δὲ διατιτρῶσα καὶ ἀνευρύνουσα καὶ ὀχετοὺς ἐντιθεῖσα· τοὺς μὲν ὥσθ' ἕλκειν δι' αὐτῶν τὴν τροφὴν, τοὺς δὲ εἰς ἀνάψυξιν καὶ ἀναπνοὴν ὀχετεύουσά τε τὰ περιττώματα, δι' ἄλλων μὲν τὰ παχέα, δι' ἄλλων δὲ τὰ λεπτά. λάθοιμ' ἂν ἐνταῦθα μεταφέρων ἅπασαν τὴν περὶ χρείας μορίων πραγματείαν, εἰ τὰ τῆς φύσεως ἔργα πάνθ' ἑξῆς καταλέγοιμι. οὐ γοῦν θαυμαστὸν ὅτι φησὶ τὴν φύσιν παντάπασιν ἐξαρκεῖν. καὶ γὰρ αἱ φύσεις, ὡς αὐτὸς που γράφει, τῶν νόσων εἰσὶν ἰατροί. εἰ μὲν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ ζώου πάντα πράττει, εὔλογόν ἐστι καὶ τοῦτο, τὰς νόσους ἐκείνην πρώτην ἰᾶσθαι, ἢ

vera medicus ſit, non pharmacopolam quendam de trivio. Hic enim tantum abeſt ut merito naturae miniſter appelletur, ut potius inimicus et adverſarius naturae atque aegrotantium nuncupari jure debeat. Perinde enim par eſt efficere medicum ut naturam ſemper facere intuemur. Ipſa enim innumerabiles machinationes conſervandorum corporum cauſa adinvenit, quum quasdam partes circumveſtierit ac clauſerit, ne quid exterius exuperet: quasdam perforarit et dilatarit canalesque induxerit, quibus modo alimentum, modo refrigerationem ſpiritumque traherent, ſimul etiam excrementa per alios craſſa, per alios tenuia extruſerit. Omnem profecto de uſu partium ſcriptionem huc imprudens transferam, ſi omnia naturae opera deinceps recenſeam. Haud igitur mirabile eſt, ſi ait, naturam omnino ſufficere: *naturae* enim, ut ipſe quodam in loco ſcribit, *ſunt morborum medicae;* propterea quod ſi natura ad animantis ſalutem molitur omnia, conſentaneum etiam eſt ab ipſa principe morbos curari, aut dum co-

Ed. Chart. VI. [265.]

πολλοὺς ἱδρῶτας χεάσασαν, ἢ δι' οὔρων ἢ διὰ γαστρὸς ἢ δι' ἐμέτων κενώσασαν τοὺς λυποῦντας χυμούς. καὶ τοῦτο πολλάκις ὁρᾶται συμβαίνειν ἀπὸ τῆς δυνάμεως ἐνοικούσης τοῖς σώμασιν αὐτοῖς τοῖς διοικουμένοις ὑπ' αὐτῆς, ἣν φύσιν εἴωθε καλεῖν Ἱπποκράτης. ταύτην τε φύσιν εἶναι ἀπαίδευτόν τε καὶ οὐ μαθοῦσαν, ἀλλὰ τὰ δέοντα ποιεῖν· ἐπειδὴ τὰς κινήσεις τὰς προαιρετικὰς ὑπὸ πάντων γίνεσθαι τῶν ζώων ἀδιδάκτως εἶδεν. καὶ ταῦτα μὲν γίνεσθαι ἐναργῶς ὁρῶμεν· ὅπως δὲ γίνεται μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς καὶ πλέον τοῦ θαυμάζειν οὐδὲν ἴσμεν. ἀλλ' ἡ φύσις περὶ τὸ ζῶον κατὰ πάντα χρόνον μηχανᾶται περιττὰ σοφίσματα. καὶ γὰρ περὶ τοῦ στόματος τῶν μητρῶν ὅπως ἀκριβῶς ἔσφιγκται καὶ κεκόλληται κατὰ τὸν τῆς κυήσεως χρόνον οὐδεὶς ἀγνοεῖ· ὡς οὐδὲ ὅπως ἐν δέοντι σχήματι τῷ τῆς μήτρας αὐχένι πελάζοι· καὶ ὅπως διεξέρχοιτο χωρὶς τοῦ πληγῆναί τι μέλος ἢ βλάπτειν, οὐ σμικρὰν ἐποιήσατο πρόνοιαν. τοῦ δὲ κυουμένου ζώου τὰς δυνάμεις ἐνυπαρχούσας ἤδη τοσοῦτον αὐξά-

piofum fudorem effundit, aut per urinam aut per alvum aut per vomitum humores noxios excernit. Id autem faepe fieri cernitur ab ea facultate, quae corporibus ineft, quae ab ipfa gubernantur, quam Hippocrates naturam appellare confuevit. Hanc quidem et indoctam et non didiciffe ait, fed tamen ea efficere quae oporteat, fiquidem ipfa fine magiftro novit motus voluntarios ab omnibus effici animantibus. Haec autem effici nos evidenter cernimus; quomodo autem fiant, hoc vero humanum ingenium fuperat: nec magis quicquam quam admirari poffumus intelligere. Ac natura omni tempore in animali admirabilia commenta machinatur. Etenim neminem praeterit quo tempore praegnans foemina eft quomodo os uteri conftrictum accurate conglutinatumque fit: ficut nemo etiam ignorat, quantum providentiae adhibuerit, ut foetus ad collum uteri qua convenit figura perveniret, et quum ipfum pervaderet, nullam partem fauciaret aut laederet. Jam vero facultates, quae in foetu jam funt, adeo

Ed. Chart. VI. [265. 266.]
νει, ὥς μὴ μόνον τρέφεσθαι, ἀλλὰ καὶ φρονεῖν καὶ διανοεῖσθαι καὶ πάντα ὀλίγου δεῖν διαγνῶναί τε καὶ ἐνεργεῖν. ὅπερ τεκμήριόν ἐστιν οὐ τῆς σοφίας μόνον αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς δυνάμεως. ἀλλὰ τοῦτο οὐκ αὔταρκες. ὃ γὰρ ἁπάντων θαυμάτων μέγιστον ἐμηχανήσατο, τὸ διδάξαι τὸ γεννώμενον ἁπάντων τῶν μορίων τὰς ἐνεργείας, οὔσης αὐτῆς ἀδιδάκτου τε καὶ οὐ μαθούσης. οὐ γὰρ στόμα μόνον καὶ στόμαχον καὶ γαστέρα τροφῆς ὄργανα παρεσκεύασεν, ἀλλ' εὐθὺς ὅπως χρήσαιτο τούτοις, ἐπιστάμενον ἐγέννησε τὸ ζῶον, αὐτοδίδακτόν τινα σοφίας δύναμιν ἐνθεῖσα· καθ' ἣν ἕκαστον τῶν ζώων ἐπὶ τὴν ἐνέργειαν τρέπεται καὶ τὴν οἰκείαν τροφὴν ἀπαιτεῖ· καὶ τἄλλα ἐφεξῆς πάντα, περὶ ὧν ἑτέρου λόγου διέρχεσθαι.

ιε'.

[266] Ἐς δὲ ταύτην ἔξωθεν μὲν κατάπλασμα, κατάχρισμα, ἄλειμμα, γυμνότης καὶ σκέπη ὅλου καὶ μέρεος, θέρμη

adauget, ut non ſolum alatur, ſed etiam ſapiat, intelligat et omnia fere dignoſcat atque agat, quod eſt naturae non modo ſapientiae, ſed etiam poteſtatis argumentum. Sed hoc non eſt ſatis. Nam quod omnium eſt maxime admirabile ipſa effecit, nimirum ipſa a nemine docta et quae non didicit, animans quod naſcitur omnium partium actiones docuit, ſiquidem non modo os, ſtomachum et ventriculum alimenti inſtrumenta praeparavit, ſed ſtatim docuit animal, quomodo eis uteretur, facultatem quandam ſapientiae ipſam a ſeſe doctam animali ingenerans, cujus impulſu ſingula animalia ad actionem ducuntur et alimentum ſibi accommodatum exigunt et caetera omnia deinceps faciunt, de quibus diſſerere eſt alterius diſputationis.

XV.

Ad hanc vero extrinſecus quidem cataplaſma, linimentum, inunctio, nuditas et tegumentum totius ac partis, calor

καὶ ψύξις κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον· καὶ στύψις καὶ ἕλκωσις καὶ δηγμὸς καὶ λίπασμα.

Τῆς προγνώσεως οὐ σμικρᾶς μοίρας οὔσης τῆς ἰατρικῆς καὶ ὠφελιμωτάτης, δείκνυσι νῦν ὁ παλαιὸς κατὰ πόσους τρόπους ἁμαρτάνουσι κατ' αὐτὴν οἱ ἰατροί. πλὴν γὰρ τοῦ πολλὰς εἶναι πρὸς τῆς φύσεως αἰτίας, δι' ἃς πολλάκις ἡ πρόγνωσίς τε καὶ πρόῤῥησις ἐξαλλάττει, πολλὰ δὲ καὶ ἔστιν ἰδεῖν τὰ τῶν ἰατρευόντων πλημμελήματα καὶ τὰ τῶν καμνόντων ἁμαρτήματα ἐς φύσιν πάντα διοικοῦσαν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καλῶς. εἰσὶ μέν τινες ἡγούμενοι σφᾶς αὐτοὺς μὴ εἶναι ἰατροὺς, εἰ μὴ ἕκαστος αὐτῶν εἰσελθὼν περὶ τὸν ἄῤῥωστον, εἶτα περιζωσάμενος ἢ καταπλάσειεν ἢ καταιονήσειεν ἢ κλύσειεν ἢ φλεβοτομήσειεν ἢ σικυάσειεν ἢ τρίψειεν ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον ἐργάσαιτο· ὡς μηδὲν αὐτῷ πεπρᾶχθαι τεχνικὸν, εἰ τούτων τι παραλείπῃ. σημαίνει γὰρ νῦν Ἱπποκράτης ὅτι ὁποσάκις ἂν οὗτοι εἰσέλθωσι πρὸς τὸν νοσοῦντα, ταῦτα μὴ κατὰ καιρὸν ποιοῦντες, τοσαυτάκις

et frigus eadem ratione et adstrictio et ulceratio, morsus et res pinguefaciens.

Quum praenotio non exigua sit medicinae pars, maximeque utilis censeatur, docet hoc loco senex quot modis medici in praesagiendi ratione delinquant. Praeter enim quam quod multae a natura causae afferuntur, quae faciunt ut praesagium praedictioque saepe varientur, profecto multa etiam medicorum peccata et aegrorum errata in naturam, omnia plerumque recte gubernantem, licet intueri. Etenim quidam sunt, qui ne se medicos quidem arbitrantur, nisi quisque ipsorum ad aegrotum ingressus se succingat, deinde vel cataplasma imponat vel perfundat vel clysterem indat vel venam incidat vel cucurbitulas admoveat vel fricet vel tale quidpiam faciat. Ac si quid horum ab ipso praetermissum sit, nihil ex arte factum videatur. Hippocrates autem nobis indicat, quoties hujusmodi homines ad aegrotum accedunt, haecque

Ed. Chart. VI. [266.]

ἁμαρτάνουσι. πῶς οὖν δύνανται προγινώσκειν ἢ προειπεῖν τι ἀληθὲς, τοσούτων ἐν τῷ μεταξὺ πλημμεληθέντων, καὶ τὴν φύσιν, ὡς εἰπεῖν, ἀμυνάντων; δεῖ γοῦν τὸν ἰατρεύειν βουλόμενον ποιεῖν τὰ δέοντα καὶ ἐὰν τὰ περισσὰ καὶ τὰ ἄκαιρα καὶ βλαβερὰ ἀφιέναι· δεύτερον δὲ καὶ ὁ νοσῶν εὐπειθὴς ἔστω τὰ πάντα καὶ μηδὲν ὑπ' ἀκολασίας ἁμαρτανέτω· καὶ τρίτον οἱ παρόντες αὐτῷ μηδὲν πλημμελείτωσαν, ὡς ἤτοι θυμὸν ἀγείρειν ἐφ' οἷς ἁμαρτάνουσιν, ἢ λύπην ἐφ' οἷς ἀκαίρως ἀγγέλλουσιν, ἢ βλάβην ἐφ' οἷς ἐλλιπῶς παρασκευάζουσιν. ἐὰν μὲν οὖν μήθ' ὁ ἰατρὸς ἁμάρτοι τι, μήθ' ὁ κάμνων, μήτε τῶν ὑπηρετουμένων μηδεὶς, ἀλλὰ μήτε τῶν ἔξωθέν τι πλημμεληθείη, ἀληθής ἔσται σοι πρόγνωσίς τε καὶ πρόῤῥησις καὶ τῇ φύσει ἐμποδὼν οὐ γενήσεται. γινομένου δέ τινος ἁμαρτήματος, ἐπισκεπτέον αὐτοῦ τὸ μέγεθος. μάλιστα δὲ τεχνικὸν ὑπάρχειν χρὴ περὶ δίαιταν. οὗτος γὰρ μόνος ἐξεταστικὸς καὶ διαγνωστικός ἐστι τῆς

non in tempore faciunt, toties errare. Quomodo igitur possunt aut praesagire, aut verum praedicere, quum tanta errata et quae naturae, ut ita dicam, repugnent, intercedant? Quamobrem qui vult medicinam facere, debet facere quae oportet, et supervacanea, importuna et noxia omittere. Deinde vero etiam aegrotus in rebus omnibus sit facilis ad parendum, neque quicquam per intemperantiam delinquat. Denique qui assident, nihil peccent, ut neque iracundiam aegro concitent, quum aliqua in re peccant, aut dolorem afferant, quum quid importune nunciant, aut damno afficiant, quum quid diminute praeparant. Si autem neque medicus neque aegrotus neque quisquam eorum, qui eidem assident, delinquat, neque quicquam errati committatur in iis, quae extrinsecus adveniunt, verum erit praesagium veraque praedictio et naturae nullum impedimentum afferetur. Quum autem erratum aliquod commissum sit, quantum id sit expendendum erit. Maxime autem in victus ratione instituenda artifi-

Ed. Chart. VI. [266.]

τῶν ἁμαρτανομένων δυνάμεως· καὶ μόνος δύναται γνῶναι τῆς βλάβης τὸ μέγεθος. ἴσμεν γὰρ ὅτι τὰ μὲν ἀκίνδυνα τελέως νοσήματα χρονίζειν εἴωθεν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι· καὶ τὰ περιεστικὰ, οὐ μὴν ἄνευ κινδυνωδῶν συμπτωμάτων, ὀλέθρια γίνεται. ἀλλὰ καὶ τὰ τελέως ἀκίνδυνα, πολλῶν καὶ μεγάλων ἁμαρτημάτων ἐφεξῆς γινομένων, μεταπίπτει εἰς τὴν τῶν ὀλεθρίων φύσιν. καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, ὅταν καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι τὰ μεγάλα τῶν ἁμαρτημάτων αἴτια τῶν νοσημάτων ὀλεθρίων γίνεται. δεῖ τοίνυν ἐπιμελῶς μὲν εἶναι θεραπευτικὸν καὶ προγνωστικὸν τὸν ἰατρὸν, ἀκριβῶς δὲ καὶ τῆς βλάβης μεγέθους διαγνωστικόν. οὕτω μὲν γὰρ εἴ τι ἔξωθεν ἐμπίπτοι ἢ ὁ κάμνων ἁμάρτοι ἢ καὶ παρόντες μὴ τὰ δέοντα ποιήσωσι, ταῦτα αὐτὸς κατορθώσει, εἰ δυνήσεται καὶ μεταθήσει τὴν πρόῤῥησιν. καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτὸς οὐχ ἁμαρτανεῖ, οὔτε κατὰ τὴν τῶν καταπλασμάτων πρόσθεσιν οὔτε ἐν τοῖς καταχρίσμασιν ἢ ἀλείμμασιν ἢ ἐν τῷ γυμνῶσαι τὰ τοῦ σώματος μόρια, οὔτε ἐν τῷ θερμαίνειν

cem esse oportet. Hic enim solus errorum vim disquirit et pernoscit et solus noxae magnitudinem habere perspectam potest. Scimus enim morbos, qui prorsus periculo vacant, propter errata fieri diuturnos consuevisse. Qui vero incolumitatem pollicentur, non tamen sine periculosis symptomatibus, eos effici letales. Quin etiam ii, a quibus periculum omnino abest, multis magnisque erroribus deinceps commissis in letalium naturam incidunt. Ac nihil mirabile est, quum etiam in bene valentibus magna errata morborum mortiferorum causae sint. Oportet igitur medicum studiose dare operam, ut et praesagiat et curet et noxae magnitudinem accurate pernoscat. Ita enim si quid foris incidet aut aegrotus peccabit aut assistentes non faciunt quae oportebit, ipse illa corriget, si poterit, et praedictionem mutabit. Et initio ipse non errabit, neque cataplasmata superdando, neque liniendo, neque inungendo, neque in partibus corporis denudandis, neque in iisdem calefaciendis aut refrigerandis tempore

ἢ τὴν ψύξιν ἐμποιεῖν ἀκαίρως, [267] οὔτε κατὰ τὰς στύψεις καὶ τὰς ἑλκώσεις καὶ δηγμοὺς καὶ τὰ λιπάσματα καὶ ὅσα αὐτὸς κατὰ τὴν ῥῆσιν μνημονεύει.

ιστ΄.

Ἔνδοθεν δὲ τινά τε τῶν εἰρημένων καὶ ἐπὶ τούτοισιν αἰτίη ἄδηλος καὶ μέρει καὶ ὅλῳ, τινί τε καὶ οὔ τινι.

Ὥσπερ τὰ ἁμαρτήματα γίνεται ἔξωθεν κατὰ τὰ προειρημένα, οὕτω κἂν ἔνδοθεν συμβαίνει πολλάκις παρὰ τὴν αἰτίαν τὴν μὴ σαφῆ καὶ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι καὶ ἐν μέρει καὶ τοῖς καθ᾽ ἕκαστον καὶ μή· ὡς καὶ ταῖς τοιαῖσδε κράσεσι καὶ μὴ τοιαῖσδε. ἐνίοτε μὲν γὰρ ὁ χυμὸς ἢ σαπεὶς ἢ πλείων ἢ χρὴ, ἢ ἄπεπτος ἢ καὶ πληθώρα αἰτίαν τοῦ νοσήματος παρέχει. ἐνίοτε δὲ ταὐτὸ τοῦτο ποιεῖ ἄμετρός τε καὶ ἄκαιρος κένωσις. ὡς καὶ τὰ καταλειφθέντα μετὰ τὴν κένωσιν, καθάπερ αὐτός φησιν, ἂν μὲν ῥυέντων ἐγκα-

minime opportuno, neque in constrictionibus neque ulcerationibus neque morsibus neque rebus pinguefacientibus adhibendis, neque in aliis rebus, quarum ipse mentionem facit, administrandis.

XVI.

Intrinsecus vero et quaedam praedictorum et praeterea causa abdita et parti et alicui et non alicui.

Quemadmodum errata foris committuntur iis in rebus, quarum ante facta mentio est, sic intus saepe accidit propter causam, quae manifesta non est, idque et in toto corpore et in parte et in singulis et non item, sicut in talibus et non talibus temperaturis. Interdum enim humor, qui computruit vel qui sit quam par est copiosior et incoctus, aut etiam omnium humorum redundantia morbi causam affert, interdum idem facit immodica intempestivaque evacuatio, sicut etiam solent efficere, quae post evacuationem relicta sunt, ut ipse ait, si ex effluen-

Ed. Chart. VI. [267.]
ταλείπῃ τι, καὶ τοῦτο μὲν ἢ ἐπὶ νοσοποιοῦντος χυμοῦ ἢ ἐπὶ τῆς νοσώδους διαθέσεως ἀκουστέον.

ιζ.

Ἀποκρίσιες κατὰ φύσιν κοιλίης, οὔρων, ἱδρῶτος, πτυάλου, μύξης, ὑστέρας, καθ᾽ αἱμοῤῥοΐδα, θυμὸν, λέπρην, φῦμα, καρκίνωμα, ἐκ ῥινῶν, ἐκ πνεύμονος, ἐκ κοιλίας, ἐξ ἕδρης, ἐκ καυλοῦ, κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν. αἱ διακρίσιες τούτων ἄλλοισι πρὸς ἄλλον λόγον, ἄλλοτε καὶ ἀλλοίως.

Ἀποδέδεικται τὰς φυσικὰς δυνάμεις ἐν ἑκάστῳ τῶν ὀργάνων τέτταρας ὑπαρχούσας. ἐπειδὴ γοῦν ἕκαστον τῶν ἐν τῷ ζώῳ μορίων εἰς ἑαυτὸ τὸν οἰκεῖον ἕλκει χυμὸν καὶ πρώτη σχεδὸν αὕτη τῶν φυσικῶν ἐστι δυνάμεων, ἐφεξῆς ἰστέον ὅτι οὐ πρότερον ἀποκρίνει τὴν ἑλχθεῖσαν τροφὴν, πρὶν ἂν εἰς ἐναντίον μεταπέσῃ διάθεσιν, ἢ αὐτὸ τὸ ὄργανον, ἢ καὶ περιεχομένων ἐν αὐτῷ τὰ πλεῖστα. ἐπειδὰν οὖν ἱκανῶς

tibus aliquid relinquitur, atque id vel in humore, qui morbum gignit, vel in affectione morbosa intelligendum est.

XVII.

Excretiones secundum naturam ventris, urinarum, sudoris, sputi, muci, uteri, per haemorrhoidas, thymion, lepram, tuberculum, cancrum, e naribus, ex pulmone, ex ventre, ex sede, ex cole, secundum naturam et praeter naturam. Horum discrimina aliis alia ratione, alibi et aliter.

Ostensum est in unoquoque instrumento quatuor esse naturales facultates. Quum autem unaquaeque pars animalis humorem, qui ei conveniens est, in se traxit, haecque ferme est naturalium facultatum prima, deinceps sciendum est, partem non prius id alimentum, quod attraxit, excernere, quam vel ipsum instrumentum vel pars maxima eorum, quae continentur, in contrariam affectionem transierit. Postquam igitur partes sint abunde expletae

ἐμπλησθῇ τῶν σιτίων τὰ μόρια, τηνικαῦτα ἤδη τὸ λοιπὸν ἀποτρίβεται, καθάπερ ἄχθος ἀλλότριον. οὕτω μὲν γὰρ ποιεῖ ἡ γαστήρ. οὕτω καὶ αἱ κύστεις, ὅταν ἕκαστον τῶν ἑλχθέντων ἢ τῷ πλήθει διατείνῃ ἢ τῇ ποιότητι δάκνῃ καὶ γένηται ἀνιαρόν. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον αἱ μῆτραι. διὸ ἔστιν ὅτε καὶ ἀμβλύσκουσι, ὡς διατεινόμεναι, τὸ λυποῦν ἀποθέσθαι σπεύδουσαι· ἢ τῇ ποιότητι δακνόμεναι τῶν ἐκχυθέντων εἰς αὐτὰς ὑγρῶν. ἔστι δ' ὅτε καὶ τίκτουσι καὶ οἱ τόκοι προσηκόντως γίνονται. ἴσμεν γὰρ τῆς ἀνίας αἴτιον εἶναι τριττὸν, ἢ ὄγκον περιττὸν, ἤ τι βάρος, ἢ δῆξιν. ὄγκον μὲν λέγω, ἐπειδὰν τὸ μόριον μηκέτι φέρῃ διατεινόμενον· βάρος δὲ, ὅταν ὑπὲρ τὴν ῥώμην αὐτοῦ ᾖ περιεχόμενον· δῆξιν δὲ, ὅταν τὰ πρότερον ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσι στεγόμενα ῥαγέντων αὐτῶν εἰς τὰ μόρια ἐκχυθῇ. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς γαστρὸς αἱ δήξεις ἐναργεῖς εἰσι, διὰ τὴν τῆς πλείστης αἰσθήσεως μετουσίαν· ὡς ἐπὶ τῶν ὑστερῶν τε καὶ τῆς κύστεως τῆς τὸ οὖρον ὑποδεχομένης. ἀνάγκη γοῦν τὸ μόριον ἕκαστον ἢ διὰ τὸ πλῆθος βαρυνόμενον, ἢ διὰ τὴν ποιότητα μετα-

cibis, tum quod reliquum est tanquam onus alienum abjiciant. Sic enim facit venter, sic vesicae, ubi quodvis eorum, quae attraxerunt, vel multitudine distendat vel qualitate mordeat molestumque reddatur. Eodemque modo uterus. Idcirco interdum abortus fit, quia distentus properat quod molestum est abjicere. Quod etiam fit quum humoris in se effusi qualitate mordetur. Interdum etiam foetus editur et, ut decet, in lucem profertur. Est enim laesionis triplex causa, aut nimia moles, aut aliquod pondus, aut morsus. Molem intelligo, quum uterus non fert, ut amplius distendatur; onus, quum id quod continetur supra ipsius vires sit; morsus, quum ea, quae aliis in partibus prius continebantur, illis disruptis, in uterum sint effusa. At in ventriculo morsus sunt evidentes propter plurimum ipsius sensum, sicut etiam in utero et vesica lotium excipiente. Quare necesse est, unamquamque partem, aut multitudine oppressam, aut propter qualitatem in

Ed. Chart. VI. [267. 268.]
βάλλουσαν [268] ἐπὶ τὸ δακνῶδες καὶ τὸ δριμὺ, τῆς ἀποκρίσεως ἐφίεσθαι. ὅθεν καὶ κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν αἱ ἀποκρίσεις γίνονται ὡς κοιλίας, ἱδρῶτος, πτυάλου, οὔρων, μύξης καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν. ἀλλ᾽ ὅταν ἅμα συνέλθοι τὴν μὲν ἑλκτικὴν δύναμιν ἐπισπᾶσθαι πολὺν χρόνον, ἀδυνατεῖν δὲ τὴν ἀλλοιωτικὴν ἅπαντα τὰ ἑλχθέντα κατεργάζεσθαι καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ γενέσθαι τὰ περιττώματα, τὴν ἀποκριτικὴν δὲ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ χεῖρόν τε καὶ ἀτονώτερον ἑαυτῆς κινεῖσθαι, πλῆθος οὕτως ἀνάγκη τῶν περιττωμάτων ἐν ταῖς σαρξὶ συνίστασθαι. κᾂν τούτῳ, κατὰ τὴν ἰδέαν καὶ ποσὸν τοῦ περιττώματος ἄλλοτε ἀλλοίαν γίνεσθαι τὴν σάρκα, ποτὲ μὲν οἰδηματώδη, ποτὲ δὲ φυσώδη, ποτὲ δὲ ὑδερώδη· ἐνίοτε δὲ καὶ παρὰ φύσιν γίνεται ἔκκρισις, ἤτοι, ὡς εἴρηται, διά τινα δυνάμεως βλάβην ἢ ἐρεθισμὸν ἄκαιρον ἢ πλημμελῆ κίνησιν, ἀφ᾽ ἧς ἐπεγείρεται ἡ δύναμις, ἢ διὰ ἀναστόμωσιν ἢ ῥῆξιν ἢ διάβρωσιν ὀργάνου τινός· ὥσπερ ἡ τοῦ αἵματος ἔκκρισις, ἣ τῷ γένει δοκεῖ παρὰ φύσιν

mordacem acremque mutatam, desiderare expulsionem. Ex quo fit ut excretiones et secundum naturam et praeter naturam fiant, ut alvi, sudoris, sputi, lotii, muci et aliarum rerum multarum. Sed quum simul evenit ut facultas attrahendi humoris et facultas alterandi totum, quod attractum est, conficere non possit, ideoque multa gignantur excrementa, facultas autem expellens eo tempore deterius et imbecellius quam prius moveatur, necesse est ita magnam excrementorum vim in carnibus consistere. Atque interdum pro excrementi specie et multitudine alias aliam fieri carnem modo tumidam, modo flatus plenam, modo ut in hydropibus est Interdum vero etiam praeter naturam excretio fit, vel, ut dictum est, propter aliquam facultatis noxam vel irritationem importunam vel vitiosum motum, a quo facultas excitatur, aut propter ora venarum adaperta, aut propter instrumenti alicujus ruptionem ,aut erosionem. Quo in numero est sanguinis effusio, quae genere ipso praeter naturam esse

Ed. Chart. VI. [268.]

ὑπάρχειν, ὡς τὰ πολλά. ἔστι δὲ καὶ ὅτε κατὰ φύσιν γίνεται, ὡς ὅταν διὰ μήτρας αἱμοῤῥαγῶσι γυναῖκες. ἀλλὰ πᾶσαι μὲν ἄλλαι κενώσεις τοῦ αἵματος ὅλαι τῷ γένει παρὰ φύσιν εἰσίν· ἐκεῖναι δὲ ποσῷ μόνον. * * * * τὰ δ' ἐμούμενα ἐκκρίνεται ποτὲ μὲν ὡς πλείω τε καὶ βαρύνοντα τὴν κοιλίαν, ὡς ἔστιν ἐνίοτε τὸ πλῆθος τῆς τροφῆς, ἔστιν ὅτε δὲ ὡς ἀνιῶντά τε καὶ δάκνοντα. τοιούτου δὲ γένους ἐστὶ τὰ ὀξώδη, τὰ κνισώδη ἢ πικρὰ καὶ τὰ χολώδη καὶ τὰ φλεγματώδη, ἅπερ ἢ αὐτόθι γίνονται, ἢ συῤῥέουσιν εἰς αὐτὴν ἐξ ὅλου τοῦ ζώου τῆς ἕξεως· παρὰ φύσιν δὲ, εἰ μὴ δύναιτο τρέφειν πεφθέντα. διὸ ὁρῶμεν πολλάκις μὴ μόνον ὀξὺ φλέγμα καὶ ἁλυκὸν, ἀλλὰ καὶ γλυκὺ ἐν τῇ γαστρὶ συστὰν εἰς ἔμετον αὐτὴν ἐξορμᾷν. ἀλλὰ καὶ αὐτό γε τὸ αἷμα τὸ εἰς τὴν κοιλίαν ἐκχυθὲν οὕτως ἐμεῖν αὐτὴν ἀναγκάζει. περὶ δὲ τῆς ἀποκρίσεως τοῦ οὔρου, ὅτι φυσική ἐστιν, ὥσπερ καὶ ἡ τῆς γονῆς καὶ ἡ τῶν σκυβάλων κένωσις, οὐδεὶς, οἶμαι, ἀμφισβητεῖ. ἐνίοτε μὲν ὁρῶμεν τὸ

magna ex parte videtur. Interdum tamen secundum naturam fit, ut quum mulieres sanguinem per uterum excernunt. At caeterae omnes sanguinis evacuationes toto genere praeter naturam sunt, illae vero sola multitudine praeter naturam censentur. * Quae autem vomuntur, expelluntur alias, ut immodica et ventriculum praegravantia, ut est interdum alimenti copia, alias vero, ceu quae angant et mordeant. Quo in genere sunt acida, nidorosa aut amara, et item biliosa, pituitosa et serosa excrementa, quae vel ibidem gignuntur, vel ex totius animantis habitu in ipsum confluunt. Praeter naturam vero, si quae concocta sunt, nutrire non possint. Quocirca videmus saepe non solum acidam salsamque pituitam, sed etiam dulcem in ventriculo collectam ad vomitum ipsum impellere. Sed et sanguis ipse in ventriculum effusus eo pacto ipsum vomere cogit. Urinae autem excretionem, sicut etiam seminis et stercoris, naturalem esse nemo, opinor, ambigit. Videmus tamen quandoque magnam lotii

Ed. Chart. VI. [268.]

πλῆθος τῶν οὔρων οὐκ ἐκκαθαιρούσης τὸ σῶμα καὶ κινούσης τὰ λυποῦντα τῆς φύσεως· ἀλλ' ὥσπερ συμβαίνει ἱδρῶτάς τε καὶ διαχωρήματα ποτὲ μὲν ὡς συμπτώματα τῆς κατὰ τὸ σῶμα περιουσίας τῶν μοχθηρῶν χυμῶν ἐκκρίνεσθαι, ποτὲ δὲ ἐκκαθαιρούσης αὐτὰ τῆς φύσεως, αὕτη γὰρ ἡ τῶν οὔρων διάκρισις, ἐὰν ἀναμνησθῇς ὅπως γίνεται, θαυμαστὴν ἐνδείξεταί σοι πρόνοιαν τῆς φύσεως εἰς τὰ ζῶα τῆς τε τῶν νεφρῶν κατασκευῆς ἕνεκα καὶ τῆς τῶν οὐρητήρων ἐκφύσεως, ἣν ἐκ τῆς κοιλίας τῶν νεφρῶν ἴσχουσιν. ὥστε εἰ μὴ τὸν τρόπον τοῦτον ἅπαντα κατεσκεύαστο, μοχθηρῶς ἂν ἦ οὐδ' ὅλως ἐγίνετο τὰ περὶ τῶν οὔρων διάκρισίν τε καὶ κένωσιν. καὶ γὰρ ἡ τῶν οὔρων διάγνωσις πάνυ ὠφέλιμός ἐστι· μάλιστα δὲ ἐν τοῖς νοσήμασι τοῖς ὀξέσιν· ὡς ἐν τοῖς προγνωστικοῖς εἴρηται ἡμῖν. Ἱπποκράτης μέντοι εἴωθε καὶ ὅταν περί τι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ᾖ διάθεσις, εἰς τὰ οὖρα βλέπειν· κατὰ φύσιν μὲν γὰρ ἐχόντων αὐτῶν, ἐκ μόνων ἀναπνευστικῶν ὁ κίνδυνος, εἰ δὲ καὶ ταῦτα μοχθηρὰ φανείη, κακῶς ἔχειν ἐνδείκνυται τότε καὶ τῆς

copiam excerni, quum natura nec corpus purgat, nec molesta amovet, sed sicut accidit, ut sudores et alvi dejectiones, ut symptomata redundantiae vitiosorum humorum, qui sint in corpore, excernantur, interdum vero a natura expurgentur. Si vero memoria repetas ut fiat urinae secretio, profecto ea res admirabilem tibi in regendis animalibus naturae providentiam indicabit, idque quum ob renum fabricationem, tum vero ob urinariorum vasorum originem, quam ex renum ventriculo ducunt. Ut nisi ad hunc modum facta essent omnia, aut perperam, aut ne omnino quidem urina secerneretur et vacuaretur. Etenim urinae dignotio valde utilis est, praecipue autem in morbis acutis, ut in libris praesagiorum dictum est nobis. Quamquam Hippocrates etiam consuevit, ubi aliquod instrumentum respirationis laesum sit, urinas intueri; quae si secundum naturam sint, in solis respirationis instrumentis periculum versatur; sin hae quoque pravae esse videantur, tunc instrumentum quoque nutritionis male

Ed. Chart. VI. [268. 269.]

τροφῆς ὄργανον. καί τοι τῶν κατὰ γαστέρα πεπονθότων καὶ τῆς διαθέσεως αὐτῶν ἐκ τῶν διαχωρημάτων γνωριζομένης, ὅμως καὶ τῶν οὔρων μνημονεύει, ὡς λεπτῶν ὄντων· ἅπερ ἀπεψίαν σημαίνει τῶν ἐν ταῖς φλεψὶ χυμῶν. οὕτω δὲ καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα καὶ θώρακα καὶ πνεύμονα [269] καὶ νεῦρα πάθεσι τὰ οὖρα ἐπισκοπεῖν δεῖ. αὐτὸς δὲ λέγει ἐφεξῆς περὶ τῶν ἱδρώτων, περὶ ὧν ἀμφισβητήσει τις ὡς οὐκ ὄντων κατὰ φύσιν. Διοκλῆς μὲν γὰρ ἐπεχείρησεν εἰς τοῦτο ἐπιμελῶς. ἀλλὰ τουτὶ τὸ δόγμα δοκεῖ μοι εἶναι πάνυ τραχὺ καὶ παρὰ τὴν ἐνέργειαν· εἰ καὶ ὅτι μάλιστα πιθανῶς κατασκευάζεται πρὸς αὐτοῦ. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἴσμεν αὐτὸν τὸν ἱδρῶτα τὴν ὕλην αὐτὴν ἔχειν καὶ τρόπον γενέσεως τὸν αὐτὸν τοῖς οὔροις. καὶ γὰρ ἐκ τῆς πινομένης ὑγρότητος γίνεται ἀμφότερον, θερμαινομένης τε ἅμα κατὰ τὸ σῶμα καί τι χολώδους οὐσίας προσλαμβανούσης. ἀλλ' ὡς περὶ τῶν οὔρων καὶ πλείω τοῦ προσήκοντος ἔγραψαν οἱ ἰατροὶ, οὕτω περὶ τῶν ἱδρώτων ἢ τῶν περιέργων τινὰ μᾶλλον. ἐκκαθαίρειν μὲν γὰρ τὸ αἷμα διὰ παντὸς ἡ φύσις

affectum esse ostendunt. Jam vero quum venter male affectus sit, ipsiusque affectio ex dejectionibus dignoscatur, tamen etiam facit urinae mentionem, quae tenuis quum sit, cruditatem humorum venis contentorum significat. Quo etiam modo in ventriculi, thoracis, pulmonis nervorumque affectionibus urinae spectandae sunt. Ipse autem deinceps sudorem commemorat. De quo, utpote qui secundum naturam non sit, aliquis controversabitur. Diocles de hoc est studiose argumentatus. Sed hoc decretum mihi plane asperum et praeter evidentiam esse videtur, quum tamen ab ipso vel maxime accommodate ad persuadendum confirmetur. Nos autem perspectum habemus, sudorem ex eadem gigni materia, ex qua urina, et eodem modo exoriri. Utrique enim origo est ex humore epoto, qui in corpore calefit et aliquid biliosae materiae assumit. Verum ut medici plura quam par est de urinis, ita de sudoribus aut nihil aut certe potius non necessaria conscripserunt. Etenim natura semper dat operam

Ed. Chart. VI. [269.]
πειρᾶται, διακρίνουσά τε τὸ μοχθηρὸν ἐξ αὐτοῦ, κἀκ τῶν κυρίων μορίων ὠθοῦσα, ποτὲ μὲν εἰς τὴν γαστέρα τε καὶ τὰ ἔντερα, ποτὲ δὲ εἰς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν. ἀλλ᾽ ὅσα μὲν τῶν τοιούτων λεπτομερεστέρας οὐσίας ἐστὶ, διεξέρχεται τὸ δέρμα, τινὰ μὲν κατὰ τὴν ἄδηλον τῇ αἰσθήσει διαπνοὴν, ἔνια δὲ αἰσθητικῶς, καθάπερ οἱ ἱδρῶτες· ὅσα δὲ παχύτερα, διεξελθεῖν μὲν οὐ δύναται τὴν πυκνότητα τοῦ δέρματος, κενοῦνται δὲ ἤτοι ὑπὸ τῶν φαρμάκων ἢ καθάρσεων ἢ κλυστήρων ἢ ἐμέτων. ἐκκενοῦνται μὲν ἑτοιμότερον οἱ μὲν ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶ χυμοὶ διὰ γαστρός· οἱ δὲ ἐν ταῖς μεθ᾽ ἧπαρ δι᾽ οὔρων· οἱ δὲ καθ᾽ ὅλην τὴν ἕξιν δι᾽ ἱδρώτων· ὥσπερ γε καὶ οἱ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἤτοι δι᾽ ὑπερώας ἢ διὰ ῥινῶν ἢ δι᾽ ἀμφοτέρων· οἱ δὲ ἐν ταῖς τοῦ θώρακος εὐρυχωρίαις, διὰ φάρυγγος ἅμα καὶ βηχός· οἱ δὲ κατὰ τοὺς νεφροὺς ἢ κύστιν δι᾽ οὔρων. περὶ δὲ τῶν πτυσμάτων εἰδέναι χρὴ τοῦτο, ὅτι τὰ μὲν αὐτῶν ἐστιν ἀφρώδη, τὰ δὲ πυῤῥὰ, τὰ δὲ ξανθὰ ἢ ὠχρὰ ἢ ἐρυθρὰ ἢ μέλανα. τούτων δὲ τὰ μὲν ἀφρώδη φλεγματικώτερον ἐνδείκνυται τὸ

ut ſanguinem expurget, quodque vitioſum eſt ab eo ſecernat et a partibus principibus modo in ventrem et inteſtina, modo in extimam ſuperficiem detrudat. Sed ex iis quaecunque tenuioris ſubſtantiae ſunt, ea cutim egrediuntur, partim per eam perſpirationem, quae ſenſum effugit, partim, ut ſenſu percipiantur, ut ſudores. Quae vero craſſiora ſunt, ea pertranſire cutis denſitatem non poſſunt, ſed aut medicamentis aut purgationibus aut clyſteribus aut vomitibus evacuantur. Promptius autem per alvum evacuantur humores, qui in primis venis ſunt; qui vero inſunt in iis, quae in jecore ſunt, per urinas, qui vero in toto corporis habitu, per ſudorem; ſicut qui in capite, aut per palatum aut per nares aut per utrumque; qui in amplis ſpatiis thoracis, per guttur ſimul cum tuſſi; qui denique in renibus aut veſica ſunt, per urinam. De ſputis autem hoc intelligendum eſt, quaedam ipſorum eſſe ſpumea, quaedam flava, quaedam rufa, quaedam pallida, quaedam rubra, quaedam nigra. Ex iis

ῥεῦμα· τὰ δὲ ξανθὰ πικρόχολον ἄκρατον. ὅσα δὲ πυῤῥὰ, πικρόχολα μὲν καὶ ταῦτα, μεμίχθαι δὲ οὐκ ὀλίγον ὀῤῥῶδες περίττωμα τῇ χολῇ ξανθῇ δηλοῖ. οὕτω δὲ καὶ τὰ μέλανα μελαγχολικὸν ἐνδείκνυται τὸ ῥεῦμα, ὅσα δὲ τὴν χροιὰν μᾶλλόν πως ἐρυθρά ἐστι, πλεῖστον μὲν αἵματος, ὀλίγον δὲ τῆς πικρᾶς χολῆς μετέχειν τὸν χυμὸν σημαίνει· καὶ διὰ τοῦτο πάντων μέν ἐστιν ἐπιεικέστατον πτυσμάτων, ὡς τὰ μέλανα πάντων ὀλεθριώτατα. πῶς δὲ χρὴ τὰ πτύσματα κατὰ τὰς ὀξείας νόσους σκοπεῖσθαι οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖον εἰπεῖν κατὰ τὸ παρόν. οὐ γὰρ περὶ τούτων νῦν ὁ παλαιὸς διαλέγεται, ἀλλὰ ἐν τῷ περὶ διαίτης ἱκανῶς εἴρηται· καὶ ἡμεῖς ἤδη ἐξηγησάμεθα ἐν τοῖς τέτταρσι τὴν πραγματείαν αὐτὴν ὑπομνήμασι. διὸ πρὸς τὰ ἑξῆς μεταβήσομαι. προστίθησι γοῦν, μύξης, ὑστέρης, καθ᾽ αἱμοῤῥοΐδα καὶ τὰ λοιπά· περὶ ὧν καθ᾽ ἕκαστον λέγοντας οὐ χρὴ μηκῦναι τὸν λόγον. ἀρκεῖ δὲ τοσοῦτον περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, καθ᾽ ὅσον δύναιτο εἰδέναι τις τὰς κενώσεις γίνεσθαι, τὰς μὲν κατὰ φύσιν, τὰς δὲ

ſpumea pituitoſum fluxum indicant, flava bilioſum ſincerum; quaecunque autem rufa ſunt, ea bilioſum quidem fluxum ſignificant, ſed non parum ſeroſi excrementi eſſe cum flava bile commixtum; ſic nigra melancholicum eſſe fluxum oſtendunt, quae vero magis rubra ſunt, plurimum ſanguinis, ſed parum amarae bilis habere humorem atteſtantur, quamobrem, quod hujusmodi eſt, omnium eſt ſputorum mitiſſimum, ſicut nigrum eſt omnium pernicioſiſſimum. Caeterum quomodo ſputa in acutis morbis expendenda ſint, non eſt neceſſe dicere in praeſentia; ſiquidem ſenex de eis nunc non diſſerit, ſed in libro de ratione victus abunde locutus eſt, nosque in quatuor in illum librum conſcriptis commentariis rem ipsam explicavimus. Quare ad ea, quae deinceps ſequuntur, noſtra ſe convertet oratio. Addit, *muci, uteri, per haemorrhoidas* etc. De quibus ſigillatim agendo, non eſt producenda longius oratio, ſatisque erit eatenus de iis loqui, quatenus poſſit quispiam intelligere, evacuationes fieri partim ſecundum naturam, alias praeter naturam, quod jam nobis ad oſtendendum propoſitum

Ed. Chart. VI. [269. 270.]

παρὰ φύσιν· ὅπερ δὴ ἡμῖν πρόκειται δεικνύναι· ὥσπερ καὶ περὶ μύξης ἰστέον ὅτι πολλάκις ὁ ἐγκέφαλος ταύτης ἐκκενουμένης ἐκκαθαίρεται. τὸ μὲν γὰρ τῶν ὀσμῶν αἰσθητήριον ἔνδον ἐγένετο τοῦ κρανίου ἐν ταῖς προσθίοις τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίαις αἱμῶδές τε πνεῦμα περιεχούσαις. ἔδει μὲν γὰρ στέγασμά τι περιβεβλῆσθαι τοιοῦτον, οἷον καὶ φρουρεῖν ἱκανὸν εἶναι καὶ μὴ κωλύειν τὴν δίοδον τῶν αἰσθητῶν. διὸ τουτὶ τὸ σκέπασμα ἀραιὸν ἐγένετο. ὅθεν πολλάκις γίνεται τῶν ἄνωθεν περιττωμάτων ἀθρόα κένωσις· ἃ δὴ βλέννας μὲν οἱ παλαιοὶ, μύξας δὲ νεώτεροι κατὰ τὸν Ἱπποκράτην ὀνομάζουσι. [270] Πρόδικος μέντοι τὸ πρὸς ἁπάντων ἀνθρώπων καλούμενον φλέγμα, οὗ τὸ χρῶμα λευκόν ἐστι, βλένναν ὀνομάζει· τὸ δὲ φλέγμα καλεῖ αὐτὸς τὸ συγκεκαυμένον καὶ οἷον ὑπερωπτημένον ἐν τοῖς χυμοῖς. τὸ δὲ ἐξ ἐγκεφάλου καταῤῥέον περίττωμα τάχα μὲν ἂν οὐδὲ φλέγμα τις ὀρθῶς, ἀλλὰ βλένναν τε καὶ κόρυζαν καὶ μύξαν καλοίη. τὸ δὲ κατὰ τὴν γαστέρα τε καὶ ἔντερα συνιστάμενον φλέγμα, ὅπως ἂν ἐκκενῷτο καὶ αὐτὸ, μάλιστά τε καὶ τάχιστα παρε-

eſt; quemadmodum de muco illud ſcire convenit, cerebrum ſaepe expurgari hoc evacuato. Inſtrumentum enim olfactus intra calvariam exiſtit, in anterioribus cerebri ventriculis, qui vaporoſum etiam ſpiritum continent. Oportebat enim operimentum quoddam tale ei circumjectum eſſe, quale et tueri ipſum poſſet et tranſitum ſenſibilium non impediret. Quocirca hoc operimentum rarum factum eſt. Unde ſaepenumero a partibus ſuperioribus confertim fit excrementorum evacuatio, quas blennas antiqui, mucos juniores ex Hippocratis ſententia nuncupant. Prodicus tamen id quod ab omnibus phlegma vocatur, cujus albus eſt color, mucum appellat: phlegma vero nominat ipſe id, quod in humoribus uſtum et veluti ſupra modum coctum eſt. Excrementum autem, quod a cerebro defluit, fortaſſe quispiam non rite pituitam, ſed mucum et gravedinem nuncupabit. Quemadmodum autem pituita, quae in ventriculo inteſtinisque conſiſtit, commodiſſime celerrimeque vacuetur, naturae inventum in libris de uſu par-

Ed. Chart. VI. [270.]
σκευασμένον τῇ φύσει μηχάνημα, ἐν τοῖς περὶ χρείας εἴρηται μορίων. ὅσον μὲν ἐμφέρεται ταῖς φλεψὶ φλέγμα, χρήσιμον ὑπάρχον, οὐδεμιᾶς δεῖται κενώσεως· ἀλλὰ γινώσκειν χρὴ ὅτι τοῦ φλέγματος τὸ μὲν χρήσιμον καὶ κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ζώοις, τὸ δ' ἄχρηστόν τε καὶ παρὰ φύσιν. ὅσον μὲν ἂν ᾖ γλυκὺ, χρηστὸν μέν ἐστι τοῦτο τῷ ζώῳ καὶ κατὰ φύσιν· ὅσον δὲ ὀξὺ καὶ ἁλυκὸν ἐγένετο, τὸ μὲν ὀξὺ τελέως ἀπεπτῆσθαι, τὸ δ' ἁλμυρὸν διασεσῆφθαι. ταῦτ' ἀρκεῖν μοι δοκεῖ περὶ μύξης ἐν τῷ νῦν. περὶ δὲ τῆς ὑστέρας ὀλίγα ῥηθήσεται· καὶ πρῶτον μὲν, πότερον ὑστέρον, ἢ μήτραν κλητέον ἐστὶ τὸ μόριον ἐκεῖνο, ὃ πρὸς τὴν κύησιν ἔδωκε φύσις ταῖς γυναιξὶν, οὐδὲν διαφέρει· ἔπειτα ἰστέον ὅτι τινά ἐστιν ἅπερ κενοῖ καὶ καθαίρει πάντα τὰ τοῦ ζώου σώματα, τινὰ δὲ τὶ μόριον. γίνονται μὲν ποτὲ τάδε διὰ τῶν καθαιρόντων ὅλον τὸ σωμα, ποτὲ δὲ διὰ τῶν μορίου τινος κενωτικῶν· οἷον ὅσα δι' ὑπερώας καὶ ῥινῶν ἀπάγει τῆς κεφαλῆς τὰ περιττά· καὶ ὅσα διὰ βηχὸς ἐκκαθαίρει τὰ κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα· καὶ ὅσα δι' οὔρων ἀπάγει τὸ

tium exposuimus. Quod vero pituitae in venis comportatur, quum ex usu sit, nullius est vacuationis indigens. Sed scire oportet pituitae unum genus utile esse, ac secundum naturam animantibus, aliud inutile et praeter naturam: quae dulcis est, eam esse animanti utilem et ad ejus naturam accommodatam, quae acida salsaque facta est, acidam perfecte incoctam esse, salsam computruisse. Atque haec de muco satis esse mihi videntur in praesentia. De utero pauca dicentur. Ac primum utrum vulvam, an uterum appellare oporteat eam partem, quam mulieribus ad pariendum dedit, soliciti esse non debemus. Deinde sciendum est quaedam esse, quae tota animantium corpora expurgant, quaedam, quae partem aliquam. Haec autem interdum praestant, quae totum corpus purgant, interdum quae unam partem vacuant, qualia sunt quae per palatum et nares excrementa capitis educunt et quae per tussim thoracis partes pulmonemque purgant et quae per urinam serosum totius sanguinis excrementum edu-

Ed. Chart. VI. [270.]

τοῦ παντὸς αἵματος ὀῤῥῶδες περίττωμα. τοῦ γένους δ' ἐστὶ τῶν κενούντων ὅλον τὸ σῶμα, τὰ διὰ μήτρας καὶ ἡ διὰ τῶν αἱμοῤῥοΐδων κένωσις, ἥ τ' ἐπὶ τοῖς γυμνασίοις καὶ τρίψεσι καὶ πάσῃ κινήσει. ὅσον δὲ πρὸς τῆς μήτρας, αἴτιον ἐστὶν, ὅτε τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἁπάντων μορίων πλείστας τε καὶ μεγίστας φλέβας ἔχουσιν αἱ μῆτραι, ὅθεν γινομένης ποτὲ τῆς τῶν καταμηνίων ἐπισχέσεως πολλὰ ἕπεσθαι εἴωθε συμπτώματα. ἐνίαις μὲν διασημαίνει τι ἄλγημα κατ' ἐκεῖνο τὸ μόριον μετὰ βάρους, ἐνίαις δὲ εἰς ἰσχίον τὸ ἄλγημα ἥκει, ἐνίαις δὲ χωλεύει τὸ σκέλος τὸ κατ' εὐθύ. ἐὰν δὲ πολλῷ χρόνῳ τὰ καταμήνια κρυφθῇ, τότε καὶ φλεγμοναὶ καὶ φυματώδεις ὄγκοι ἐγείρονται κατὰ τὸ πέρας τοῦ κενεῶνος, καὶ χωρὶς τούτων ἀλγήματα κατ' ὀσφὺν καὶ τράχηλον καὶ βρέγμα καὶ τὰς τῶν ὀφθαλμῶν βάσεις, ἔτι δὲ καὶ πυρετοὶ σφοδροί· ἔνιαι δὲ καὶ δυσουροῦσιν· ὧν οὐδὲν γίνεται ταῖς ἀμέμπτως καθαιρομέναις. ὡς μὲν οὖν πολλὰ ἕπεται συμπτώματα ταῖς ἐπισχέσεσι τῆς ἐμμήνου καθάρσεως, οὕτω καὶ ἀμέτροις κενώσεσιν ἐπιγίνεται τάδε· ἄχροιαι καὶ ποδῶν

cunt. De genere autem totum corpus purgantium ſunt quae per uterum et per haemorrhoidas evacuant et item evacuatio, quae fit exercitationibus, frictionibus et quovis motu. Quod ad uterum pertinet, cauſa eſt, quoniam ex omnibus corporis partibus uteri plurimas maximasque venas habent. Itaque facta interdum menſium ſuppreſſione, multa ſymptomata conſequi ſolent. Quasdam autem foeminas aliquis ejus partis dolor cum gravitate conjunctus conflictat, aliquibus in coxam dolor incidit, aliquibus crus illius partis claudicat. Si vero menſtruae purgationes diu ſupprimantur, tunc et inflammationes et tumentia tubercula in extrema ilium parte excitantur, praeterea dolores lumborum, colli, ſincipitis et ſedis oculorum et vehementes febres. Quibusdam lotium aegre it, quibusdam ne aegre quidem, quorum nihil accidit iis, quae integre purgatae ſunt. Ut igitur multa ſymptomata comitantur menſtruas purgationes retentas, ſic immoderatas evacuationes ſequuntur haec,

οἴδημα καὶ ὅλον ὕποιδον τὸ σῶμα. ἀλλὰ καὶ αἱ τοῦτο παθοῦσαι γυναῖκες μοχθηρῶς πέττουσι τὰ σιτία καὶ φαύλως ὀρέγονται. εἰκότως γοῦν εἶπεν αὐτὸς ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς, καταμηνίων γινομένων πλειόνων νοῦσοι ξυμβαίνουσι, καὶ μὴ γινομένων ἀπὸ τῆς ὑστέρας ξυμβαίνουσι νοῦσοι· ὡς πολλῶν ὄντων τῶν αἰτίων, ἐφ' οἷς πλείω τοῦ προσήκοντος ἢ ἐλάττω γίνεται καταμήνια. καὶ διὰ τοῦτο αἱ νόσοι πολυειδεῖς ἕπονται. ταὐτὸ δὲ τοῦτο συμβαίνειν φαίνεται ἐν ταῖς διὰ τῶν αἱμοῤῥοΐδων κενώσεσι· καὶ γὰρ πολλὰ ἕπεταί συμπτώματα· ὡς ἐπὶ μὲν χρονίαις αἱμοῤῥοΐσιν ἐπισχεθείσαις ἢ διὰ κένωσιν ἄμετρον εἰς ψύξιν ἐσχάτην ἀγούσαις τὸν ἄνθρωπον πολλάκις ἤδη ἐθεασάμεθα συστάντας ὑδέρους. τοῦτο δὲ οὐ πάντες ἰατροὶ γινώσκουσι, καίτοι [271] σαφῶς Ἱπποκράτους καὶ τοῦτο καὶ ἄλλα πολλὰ διδάξαντος· ἀλλ' ὅσοι γνησίως ὡμίλησαν αὐτοῦ τοῦ γράμματος, οὗτοι μόνοι πῶς μὲν αἱμοῤῥοῒς γίγνεται μεμαθήκασι παρ' αὐτοῦ, πῶς δὲ καὶ πολλὰ πάθη γίνεται, ὡς δυσεντερία καὶ κίρσος, ὅτι τε οὐ διὰ παντὸς

coloris vacuitas, pedum tumor et totum corpus ſubtumidum. Quin etiam hoc malo affectis mulieribus et concoctio et appetitus ciborum vitiatur. Merito igitur ipſe in Aphorismis ſcriptum reliquit: *ſi menſtruae purgationes copioſiores ſint, morbi accidunt; ſi non ſiant, et ex utero morbi exiſtunt.* Utpote multae cauſae ſint, quibus copioſiores quam par ſit, aut etiam pauciores excitentur menſtruae purgationes, atque ideo multiplices morbi exoriantur. Idem in evacuationibus, quae fiunt per haemorrhoidas, videtur contingere, ſiquidem multa inde mala conſequuntur, ſicut ex diuturnis haemorrhoidibus ſuppreſſis aut immodica evacuatione ad extremum frigus hominem ducentibus ſaepenumero jam conſpeximus hyderos conſiſtere. Hoc autem omnes medici norunt, quum tamen Hippocrates et hoc ipſum et alia multa perſpicue docuerit. Sed quicunque vere in illius ſunt ſcriptis verſati, ii ſoli quomodo haemorrhois fiat, ab ipſo didicerunt. Quomodo autem multi morbi inde oriantur, ut tormina

Ed. Chart. VI. [271.]

ἕκαστον τούτων ὅταν συστῇ κωλυτέον, ἀλλ' ὅτι ἐνίοτε συνεργητέον, ἢ τῆς φύσεως ἡσυχαζούσης αὐτῇ τὸ πᾶν διατριπτέον, ὅτε τοῦτο συμφέρει, τοσοῦτον ἀποδέουσιν οἱ ταῦτα μαθόντες πρὸ τοῦ καιροῦ σπεύδειν ἰᾶσθαι, ὥστε αὐτοὶ μηχανῶνται μηδ' ὅλως ὄντα ποιῆσαι. καίτοι μελαγχολήσαντας ἔγωγε πολλοὺς οἶδα ἐπὶ τοιαύταις κενώσεσι κωλυθείσαις, ἄλλους δὲ τῇ πλευρίτιδι καὶ νεφρίτιδι ἑαλωκότας, ἄλλους δὲ αἵματος ἐμέσαντας καὶ ἄλλοις συμπτώμασιν ἀπολλυμένους. ὡς δὲ περὶ τὸ δέρμα καὶ τόπους τοῦ ὅλου σώματος λέπρα, ψώρα, λειχὴν, ἀκροχορδόνες, θύμοι, μυρμηκίαι, ἧλοι, πῶροι, οὕτω καὶ περὶ τὴν ἕδραν αἱμοῤῥοΐδες τυφλαὶ, ῥαγάδες, πρόπτωσις, κονδυλώματα, πυλίδες καὶ ἄλλα πολλὰ συμβαίνει. οὕτω δὲ καὶ φύματα, ὧν τὰ μὲν ἐστι πάνυ θερμὰ καὶ σφοδρῶς ἐξορμῶντα, τινὰ δὲ καὶ ψυχρὰ καὶ ξηρά· πάμπολλα δ' ἄλλα μεταξὺ τούτων· ἔνια μὲν ἀκριβῶς μέσα τῶν εἰρημένων, ἔνια δὲ ὀλίγον ἀφιστάμενα μεσότητος ἑκατέρωσε· καὶ τινὰ πλέον ὡσαύτως ἐφ' ἑκάτερα, καὶ τινὰ

inteſtinorum, ut varices, et quum haec ſint, non ſemper eſſe prohibenda, ſed interdum adjuvanda, vel natura quiescente, totum ei negotium committendum, quum ita expediat, tantum abeſt ut illi ſciant, ut ante tempus remedia adhibentes ea faciant, quae nullo modo facienda ſunt. Vidi etiam his evacuationibus cohibitis multos melancholicis humoribus fuiſſe correptos, alios dolore lateris renumque vexatos, alios quum ſanguinem evomuiſſent et aliis conflictati eſſent ſymptomatibus, diem ſuum obiiſſe. Quemadmodum autem in cute et totius corporis partibus lepra, ſcabies, impetigo, verrucae, thymi, formicae, clavi tophique, ſic in ano haemorrhoides caecae, fiſſa, procidentia, condylomata, fiſtulae aliaque multa contingunt, ſic etiam tubercula. Quorum quaedam admodum calida ſunt et cum vehementia quaedam prodeunt, quaedam frigida ſiccaque, permulta alia inter haec media exiſtunt, quaedam exacte media eorum, quae dicta ſunt, quaedam a medio utrinque parum diſtantia, alia plus eodem modo in

Ed. Chart. VI. [271.]

τῶν ἄκρων ἐγγὺς ἢ μεταξύ πως ἐξ ἴσου τῶν τε μέσων καὶ τῶν ἄκρων. καλοῦσι δὲ φύματα τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους, τοὺς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἄνευ τῆς ἔξωθεν αἰτίας γινομένους. φαίνεται μὲν αὐτῶν ἡ γένεσις ἐν ἐπιγαστρίῳ τε εἶναι καὶ κατὰ θώρακα. ἔστι δ' αὐτῶν τὰ μὲν κορυφώδη καὶ ἀπόξεα, ἅπερ αὐτὸς γράφει κρείττονα τῶν πλατέων εἶναι. ἐπαινεῖ δὲ καὶ τὰ κατάῤῥοπα, διότι ἀναστομωθέντα, τὰς ἀποῤῥύσεις εὐπετεῖς ἔχει· ὥσπερ καὶ τὰ σκληρὰ τῶν μαλακῶν φαυλότερά ἐστι. καὶ μέντοι καὶ πάντων τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ἡ ποικιλία τῆς διαφορᾶς ἕπεται τῇ τῶν ἐπιῤῥεόντων φύσει. πνευματωδέστεροι μὲν γὰρ, ὅταν ἡ πνευματώδης οὐσία πλείων ἀφίκηται, γίνονται· φλεγμονωδέστεροι δὲ, ὅταν ἡ τοῦ αἵματος· ἐρυσιπελατώδεις δὲ, ὅταν ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς χυμός· οἰδηματώδεις δὲ, ὅταν ὁ τοῦ φλέγματος· ὥσπερ γε καὶ σκιῤῥώδεις, ὅταν ἤτοι παχὺς ἢ καὶ γλίσχρος ἱκανῶς ὁ κατασκήψας εἰς τὸ μόριον ᾖ χυμός. οὕτως δὲ καὶ ἡ μέλαινα χολὴ χωρὶς τοῦ ζεῖν τοὺς καρκίνους ἐργάζεται. ἂν δὲ δριμυτέρα τύχῃ, μεθ' ἕλκους. παχὺς δ' ἐστὶν

utramque partem, quaedam fummis vicina aut a mediis quodammodo et fummis pari fpatio diftantia. Phymata autem appellant tumores praeter naturam, qui maxima ex parte fine externa caufa oriuntur. Videntur autem in abdomine thoraceque nafci. Quaedam acuta funt et faftigiata, quae ipfe meliora effe latis fcripfit. Commendat etiam ea quae deorfum vergunt, quia eis adapertis materia facile defluit; ficut etiam dura mollibus deteriora funt. Quin etiam omnium tumorum, qui praeter naturam funt, varietas exiftit e natura ejus quod influit; flatuofi enim magis funt, ubi materia flatuofa copiofior acceffit. Magis vero inflammationis participes, ubi fanguis, eryfipelatis, ubi flavae bilis humor, oedematis, ubi pituita, ficut fcirrhofi, ubi vel craffus vel valde lentus fit humor is, qui parti infixus eft. Pari modo atra bilis fine fervore cancros efficit, eosque fi acrior fit, cum ulcere. Craffus autem eft is humor, qui cancros gignit. Quocirca e vafculis in circumjectam carnem non admodum excidit. Ac

Ed. Chart. VI. [271. 272.]

*ὁ γεννῶν τοὺς καρκίνους χυμός. διὸ οὐ πάνυ ἐκπίπτει τῶν ἀγγείων εἰς τὴν πέριξ σάρκα. οὕτω μὲν οὖν καὶ οἱ καρκινώδεις ὄγκοι ἐν ἅπασι τοῖς μορίοις γίνονται. μάλιστα δὲ τοῖς τιτθοῖς τῶν γυναικῶν, ὅσαι μηκέτι καθαίρονται τὴν κατὰ φύσιν κάθαρσιν. ἔχουσι δὲ τὴν γένεσιν ἐκ τοῦ μελαγχολικοῦ περιττώματος, ὃ καὶ ἐργάζεται τὸν καλούμενον ἐλέφαντα. καὶ πολλάκις εἰς κίρσους κατασκήπτει· καί ποτε εἰς τὸ δέρμα πᾶν ὠθεῖται. καὶ τὸν μὲν καρκίνον ἀρχόμενον ἰασάμεθα· εἰς μέγεθος δὲ ἀξιόλογον ἀρθέντα ἄνευ χειρουργίας οὐδεὶς ἰάσατο. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὴν δυσεντερίαν τὴν ὑπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς ἰώμεθα πολλάκις. εἴ τις δ' ἂν ὑπὸ τῆς μελαίνης γένοιτο χολῆς, ἀνίατός ἐστι πάντη. οὐδὲν γὰρ διαφέρει τοῦ καρκίνου τοῦ μεθ' ἑλκώσεως. * * ἑτοιμοτάτη μὲν οὖν ἡ εἰς τὸ στόμα καὶ τὰς ῥῖνας φορά. παραγίνεται δὲ καὶ εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐνίοις δὲ καὶ εἰς ὦτα. τὴν δὲ εἰς τὸ στόμα φορὰν τῶν περιττωμάτων ὑποδέχεται στόμαχός τε καὶ ἡ τραχεῖα ἀρτηρία. δριμέος δὲ τοῦ ῥεύματος [272] ὄντος, οὐ μόνον τὴν φωνὴν*

ſic quidem tumores cancri naturam imitantes in omnibus partibus, praeſertim vero in mammis mulierum, quae naturali purgatione non amplius expurgantur, oriri ſolent et ab excremento melancholico originem ducunt, quod etiam morbum, qui dicitur elephas, efficit. Saepe etiam ad varices decumbit et interdum ad cutem univerſam expellitur. Ac cancrum quidem incipientem curavimus, quum vero ad notabilem eſt perductus magnitudinem, nemo ſine chirurgia ſanavit. Simili quoque modo tormina inteſtinorum a flava bile exorta ſaepe ſuſtulimus. At ſi quae eſſent ab atra bile excitata, ea vero prorſus fuerunt inſanabilia, ſiquidem a cancro, cum ulceratione conjuncto, nihil differant. * *

Promptiſſime in os et nares comportantur. Decidunt vero et in oculos ac nonnullis in aures. Decurſum porro excrementi in os tum gula excipit, tum aſpera arteria. Si vero acris ſit fluxio, non ſolum vocem laedit, ſed

βλάπτει, ἀλλὰ καὶ χαλεπωτάτη τις ἀνάβρωσις προσέρχεται, ὡς καὶ πνεύμονα πολλάκις ἑλκοῦσθαι διὰ τοῦτο εἴπομεν, ὅτι ἐμέτοις μὲν καὶ διαχωρήμασιν ἡ γαστὴρ ἐκκενοῦται, τὰ δ' ἔντερα μόνοις τοῖς κάτω διερχομένοις, ὥσπερ γε τοῦ ἥπατος τὰ σιμά. νεφροὶ δὲ καὶ κύστις καὶ τοῦ ἥπατος τὰ κυρτὰ πολλῆς μὲν ἐμπεπλησμένα κακοχυμίας, διὰ τῶν ὑπηλάτων τε καὶ καθαιρετικῶν ἐκκαθαίρεται φαρμάκων, μετρίας δὲ, διὰ τῶν οὐρητήρων πόρων, ἐγκέφαλος δὲ, ὡς ἔφην, δι' ὑπερώας καὶ ῥινῶν καὶ ὤτων. θώραξ δὲ καὶ πνεύμων διὰ τραχείας ἀρτηρίας καὶ φάρυγγος. δῆλον μὲν οὖν ἐστι τάς γε τῆς ὑπερώας καὶ ῥινὸς κενώσεις κατὰ φύσιν μὲν εἶναι, ὡς διὰ τῶν μορίων τούτων μετοχετεύεσθαι τὸ περίττωμα τοῦ ἐγκεφάλου, παρὰ φύσιν δὲ διὰ τῶν ὤτων. τοῖς μέντοι βρέφεσι καὶ διὰ τούτων ὁ ἐγκέφαλος ἐκκαθαίρεται. ἐὰν γὰρ τὰ αὐτόθι συνεστῶτα περιττώματα σήπηται καὶ δριμύτερα καὶ θερμότερα γένοιτο, φλεγμονὰς καὶ ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας· καὶ ἄνθρακας καὶ πυρετοὺς καὶ μυρία ἄλλα ἀποτίκτει νοσήματα. πρόνοιαν δ' εἶχεν ἡ φύσις μὴ ἀπὸ κεφαλῆς

etiam graviſſima quaedam accedit eroſio, ut etiam pulmonem ſaepe exulceret. Quamobrem dictum eſt, vomitibus et dejectionibus ventriculum evacuari, inteſtina iis ſolis, quae per infernas partes dejiciuntur, ſicut etiam cava jecoris, renes et veſica et gibba jecoris, ſi multo vitioſoque ſucco ſint referta, medicamentis per infernas partes dejicientibus et purgantibus expurgantur, ſi modico, per urinae meatus. Cerebrum vero, ut dixi, per palatum, nares et aures; thorax et pulmo per aſperam arteriam et fauces. Perſpicuum autem eſt et palati et narium evacuationes eſſe naturales, ut per has partes cerebri excrementa derivando expurgentur. Per aures vero praeter naturam: in infantibus tamen etiam per aures cerebrum purgatur, propterea quod ſi excrementa, quae illic conſiſtunt, putreſcant acrioraque et calidiora reddantur, inflammationes, ignem ſacrum, ulcera ſerpentia, carbones, febres aliaque ſexcenta genera morborum parient. Natura autem providit ne quid a capite in pulmonem deſflueret, ſiquidem

Ed. Chart. VI. [272.]

εἰς τὸν πνεύμονα γενέσθαι κατάῤῥους· οἵπερ εἶναι κακοήθεις εἰώθασιν, ὅταν λεπτὰ καὶ βρωτικὰ ταῖς δυνάμεσιν ᾖ τὰ καταῤῥέοντα. ταῦτα οὖν οὔτε μένειν ἐν τῷ πνεύμονι προσήκει μέχρι περ ἂν πεφθέντα παχυνθῇ, καθάπερ τἄλλα ῥεύματα, λεπτὰ μὲν, οὐκ ἔχοντα δὲ τὸ διαβρωτικόν τε καὶ δύσπεπτον, οὔτε εὐθέως ἐκκρίνεσθαι. μένοντα γὰρ ἔνδον οὐ πέττεται ῥᾳδίως, ἐκκρινόμενα δὲ βῆχας ἐργάζεται συντόνους. διὸ βλάβη ἕπεται καὶ μένουσι κατὰ τὸν πνεύμονα τοῖς τοιούτοις ὑγροῖς καὶ κενουμένοις. καλῶς οὖν ἡ φύσις προυμηθήσατο διττοὺς ποιοῦσα πόρους, ἵνα μὴ τοιοῦτόν τι συμβαίνῃ· καθάπερ τἄλλα πολλὰ ἐκ τῆς κοιλίας τε καὶ τῆς ἕδρας καὶ τοῦ καυλοῦ ἐκκρίνεται· ὅπερ ἀκουστέον ἐστὶ καὶ κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν, ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἤδη εἰρημένων.

ιη'.

Μία φύσις ἐστὶ πάντα ταῦτα καὶ οὐ μία. πολλαὶ φύσιές εἰσι πάντα ταῦτα καὶ οὐ μία.

defluxiones malignae esse solent, quum ea, quae defluunt, tenuia sunt facultatibusque corrodentibus praedita. Haec autem non expedit tam diu in pulmone contineri, quoad concocta crassa reddantur, ut caeteras defluxiones, tenues illas quidem, sed non corrodentes et difficiles ad concoquendum. Neque statim expelli, propterea quod intus morantes non facile concoquuntur, sique excernantur, tusses vehementes concitant. Quare sive in pulmone permaneant hi humores, sive evacuentur, noxa sequitur. Itaque natura recte animantibus consuluit, quum duos meatus fecit, ne quid tale accideret. Sicut etiam alia multa ex alvo, ex sede et ex cole educuntur. Quod et secundum naturam et praeter naturam fieri, sicut etiam de caeteris quae jam dicta sunt intelligendum est.

XVIII.

Una natura sunt haec omnia et non una; multae naturae sunt haec omnia et non una.

Ed. Chart. VI. [272. 273.]

Οὐ λέγει φύσιν τὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων κρᾶσιν, ὑγροῦ καὶ ξηροῦ καὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ· αὕτη γάρ ἐστι μία πάντων τῶν ὄντων, ἀλλὰ καὶ οὐ μία, ἐπειδὴ τὰ καθ᾽ ἕκαστον ταῖς κράσεσι διαφέρει, ἀλλὰ τὴν τῶν κενουμένων ὕλην. ἓν γάρ ἐστι τὸ τῶν περιττωμάτων γένος. καὶ οὕτω πάντα μία φύσις ἐστὶν, οὐ μὴν ἀλλὰ μία τῷ εἴδει, ἀλλὰ τῶν ἑτέρων εἰδῶν.

ιθ'.

Φαρμακίη ἄνω καὶ κάτω, καὶ οὔτε ἄνω οὔτε κάτω.

Σύνηθες αὐτῷ φαρμακεύειν οὐκ ἐπὶ πάσης τῶν φαρμάκων προσφορᾶς λέγειν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῆς τῶν καθαιρόντων μόνοις. οὕτω μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς εἶπε, πέπονα φαρμακεύειν, καὶ τὸ ἐν τοῖς ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις καὶ ἐν [273] ἀρχῆσι τῆσι φαρμακείησι χρῆσθαι. καθόλου δὲ ὡμολόγηται τοῦτο πᾶσιν, ὅτι κἂν ἐπὶ βραχὺ τῆς λέξεως αὐ-

Non vocat naturam quatuor elementorum, humidi, ſicci, calidi et frigidi temperamentum, ſiquidem haec eſt una omnium eorum, quae in rerum natura ſunt, ſed et non una, quia temperamenta rerum ſingularum differunt, ſed vocat materiam eorum, quae evacuantur. Unum eſt enim genus excrementorum. Atque ita haec omnia ſunt una natura. Non tamen una ſpecie, ſed ſpecierum diverſarum.

XIX.

Purgans medicamentum ſurſum et deorſum, et neque ſurſum neque deorſum.

Eſt hoc in more poſitum Hippocratis ut verbum φαρμακεύειν non uſurpet ubi quaevis medicamenta adhibet, ſed ſolum ubi purgantia. Sic in Aphorismis dixit: *concocta φαρμακεύειν, et in acutis morbis raro et in principiis uti pharmaciis.* Omnino autem id fatentur omnes, qui vel mediocriter in ejus ſunt dictione verſati.

Ed. Chart. VI. [273.]
τοῦ συνιᾶσιν. πῶς δὲ καὶ ἄνω καὶ κάτω χρὴ φαρμακεύειν ἐδίδαξεν αὐτὸς εἰπὼν, φαρμακεύειν θέρεος μὲν τὰς ἄνω μᾶλλον, χειμῶνος δὲ τὰς κάτω κοιλίας. καὶ πάλιν τοὺς ἰσχνούς φησι καὶ εὐεμέας ἄνω φαρμακεύειν, ὑποστελλομένους χειμῶνα· τοὺς δὲ δυσεμέας καὶ μέσως εὐσάρκους κάτω, ὑποστελλομένους θέρος. καὶ προσθείς· τοὺς δὲ φθινώδεις, ὑποστελλομένους τὰς ἄνω, τοὺς δὲ μελαγχολικοὺς ἁδρότερον τὰς κάτω. μετ' ὀλίγον δέ· ὁκόσοισι κοιλίαι λειεντεριώδεις, χειμῶνος φαρμακεύειν ἄνω κακόν. καὶ πάλιν, ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη καὶ καρδιωγμὸς καὶ σκοτόδινος καὶ τὸ στόμα ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακίης δεῖσθαι σημαίνει. προστίθησι δὲ καὶ τὸν ἄλλον ἀφορισμὸν, ὡς παράγγελμα ἐπὶ πάσας ἐκτεινόμενον τὰς ὀδύνας, οὕτως· τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα, ὁκόσα καθάρσιος δέονται ἄνω φαρμακείας σημαίνει δεῖσθαι· ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω. κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν πολλὰ γεγραμμένα ἐστὶν εἰδέναι καὶ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς καὶ τἄλλα αὐτοῦ συγγράμματα· καθ' ἃ διορισμοὺς τῆς

Quomodo autem ſurſum et deorſum uti pharmaco oporteat ipſe docuit, quum ait: *purgare oportet aeſtate ſuperiores potius, hieme inferiores ventres.* et item: *graciles et facile vomentes ſuperius purgare, caventes hiemem; vomentes vero difficulter et modice bene habitos, inferius, caventes aeſtatem.* Et quum addit: *tabidos vero, caventes purgationes per ſuperiora; melancholicos uberius, per inferiora.* Et paulo poſt: *quorum alvi laevitate inteſtinorum laborant, hieme per ſuperiora purgare, malum.* Itemque: *ſi quis febrem non habens cibum faſtidiat et cordis morſum tenebricoſamque vertiginem patiatur et os amarum ſentiat, pharmacia per ſuperiora indigere ſignificat.* Adjungit poſtremo alium aphorismum, tanquam praeceptum, quod ad omnes dolores pertineat, his fere verbis: *dolores ſupra ſeptum transverſum, qui purgatione indigeant, per ſuperiora opus eſſe pharmacia indicant; qui vero infra ſunt, per inferiora.* In hanc ſententiam multa et in aphorismis et in aliis ipſius libris ſcripta eſſe licet intueri; quibus aperte diſtinguit, quando per ſu-

Ed. Chart. VI. [273.]

ἄνω τε καὶ τῆς κάτω φαρμακείας παραδίδωσι σαφῶς. * * χρὴ τοίνυν ἐν ἅπαντι πράγματι τεχνίτην γενέσθαι πρῶτον, εἶθ' οὕτως ἐπιχειρεῖν τοῖς ἔργοις. τὸ τεχνίτην δὲ γενέσθαι ἐστὶ τὸ γνῶναι τῆς ὑποβεβλημένης τῇ τέχνῃ συμπάσης ὕλης. πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα τὰς ἁπλᾶς δυνάμεις, εἶτ' ἐφεξῆς τὰς μίξεις αὐτῶν ὁπόσαι τέ τινές εἰσι καὶ ὁποῖαι. ἔστι γὰρ ἡ αὐτὴ μέθοδος καὶ περὶ φαρμάκων συνθέσεώς τε καὶ χρήσεως. διττῆς δὲ ὕλης οὔσης τοῖς ἰατροῖς ὑποκειμένης, ἑτέρας μὲν ἧ γίνεται τὸ τῆς ἰατρικῆς τέχνης τέλος, τοῦτ' ἔστιν ἡ ὑγεία, ὅπερ ἐστὶν ἀνθρώπινον σῶμα, δευτέρας δὲ τῆς τῶν βοηθημάτων, δι' ὧν γίνεται τὸ τέλος, ἰστέον ὅτι ἡ περὶ τῶν φαρμάκων πραγματεία τῆς δευτέρας ὕλης ἐστίν. ἑτέρα δὲ τῆς πρώτης. * * ἔνιοι μὲν γὰρ ἐπὶ ξανθῇ χολῇ, τινὲς δὲ ἐπὶ τῇ μελαίνῃ, τινὲς δὲ ἐπὶ τῷ φλέγματι συνίστανται. τοσαῦτα γάρ ἐστι σύμπαντα γένη τῶν ἐπὶ χυμοῖς σηπομένοις ἀναπτομένων πυρετῶν. καὶ ἅπασα ποικιλία τῶν ἄλλων πυρετῶν ἐκ τῆς

perna et quando per inferna fit pharmacia utendum. * * In omni igitur re primum esse artificem oportet, tum opus aggrediendum est. Artificem autem esse in eo positum est ut primum et maxime totius materiae, quae arti subjecta sint, simplices facultates cognoscas, mox vero ipsarum mixtiones, quot qualesque sint. Est enim eadem ratio atque doctrina de medicamentis componendis deque ipsorum usu. Quum autem duplex materia sit medicis subjecta, altera, in qua medicae artis finis, hoc est bona valetudo, efficitur, idque est humanum corpus, altera est auxiliorum, per quae finis efficitur; sciendum est medicamentorum tractationem ad secundam materiam pertinere, alteram vero esse prioris. * * Quaedam enim ex flava bile, quaedam ex atra, quaedam ex pituita existunt, tot enim sunt omnia febrium, quae ex humoribus putrescentibus accenduntur, genera; omnis aliarum febrium varietas ex

Ed. Chart. VI. [273.]

τούτων γίνεται μίξεως. καί τοι οἱ ἐφήμεροί τε καὶ οἱ ἑκτικοὶ καλούμενοι πυρετοὶ ἕτερα δύο γένη εἰσὶ ἀποκεχωρισμένα τῶν ὀξέων πυρετῶν. ἀλλὰ καὶ ὁ ὀξὺς πυρετὸς ἤτοι σηπομένου τῶν εἰρημένων τινὸς χυμῶν, ἢ μορίου φλεγμαίνοντος γίνεται. ἅπαντα δὲ τὰ τοιαῦτα. * * * ὅτε γὰρ ἐν πρώτῃ τῶν ἡμερῶν. * * ψιλὸς μὲν οὖν καὶ μόνος ἕκαστος τῶν εἰρημένων χυμῶν ἀκριβὲς ἕκαστον ἐργάζεται τῶν εἰρημένων παθῶν. ἀναθολωθεὶς δὲ τῷ αἵματι, κἄπειτα κατασκήψας εἴς τι μόριον σκιῤῥώδεις ἢ οἰδηματώδεις ἢ ἐρυσιπελατώδεις ἐργάζεται φλεγμονάς. καὶ σκιῤῥώδεις μὲν ὁ μελαγχολικὸς, ἐρυσιπελατώδεις δὲ ὁ πικρόχολος, οἰδηματώδεις δὲ ὁ φλεγματικός· ὥσπερ ὅταν τὸ αἷμα αὐτὸ κατὰ φύσιν σφηνωθὲν ἐν τῷ ῥευματισθέντι χωρίῳ διασαπῇ, φλεγμονὴ συνίσταται· * * ὡς καὶ πολλὰ εὑρίσκεσθαι, ἐφ' ὧν οὐ χρὴ μήτε ἄνω μήτε κάτω φαρμακεύειν. αὐτίκα μὲν οὖν οὔτε ἐν * οὔτε ἐν τῇ ἡλικίᾳ, * οὔτ'

harum mixtione existit. Quae autem ephemerae hecticaeque vocantur, sunt alia duo genera febrium, ab acutis distincta. Sed et acuta febris oritur aut putrescente aliquo ex praedictis humoribus, aut particula inflammata. Omnia autem, quae hujusmodi sunt. * * Quum enim primo die. * * Simplex et solus quisque humor ex iis, qui dicti sunt, quemlibet eorum quos commemoravimus morbum exquisitum gignit; confusus vero cum sanguine, tum in partem aliquam procumbens aut scirrhi aut oedematis aut erysipelatis naturam referentem inflammationem. Ac scirrhi quidem is, qui atrae bili miscetur, erysipelatis, qui amarae, oedematis, qui pituitae, sicut quum sanguis ipse impactus in loco fluxioni obnoxio computruit, inflammatio exoritur. * * * Sicut multa comperiuntur, in quibus neque per infernas, neque per supernas partes pharmaco utendum est. Jam vero neque in * neque in aetate *

Ed. Chart. VI. [273. 274.]
ἐν τῷ θερμῷ χωρίῳ, οὔτ᾽ ἐν τῇ ἕξει. *
οὔτ᾽ ἐν * *

κ΄.

[274] Ἐν τροφῇ φαρμακίη ἄριστον. ἐν τροφῇ φαρμακίη φλαῦρον. φλαῦρον καὶ ἄριστον πρός τι.

Πολλὰ μικτὴν ἔχουσι τὴν φύσιν ἐξ ἐδέσματός τε καὶ φαρμάκου. τοιούτου δὲ τοῦ γένους εἶναι λέγομεν ὅσα σύνθετον ἔχει τὴν φύσιν ἐξ ἐναντίας δυνάμεως. οὕτω δὲ καὶ ἐν τοῖς ὑφ᾽ ἡμῶν σκευαζομένοις ἐξ ἐναντίων οὐσιῶν τε καὶ δυνάμεων εὑρίσκεται, καθάπερ εἰ κ᾽ αὐτὸς ἐμβάλῃς τῷ χυλῷ τῆς πτισάνης ὀλίγον τι τοῦ τῆς σκαμμωνίας ὀποῦ. λανθάνον γὰρ οὕτω τὴν αἴσθησιν, οὐ λήσεται κατὰ τὴν ἐνέργειαν, ἀλλ᾽ ὑπάξει σαφῶς τὴν γαστέρα. ἔνια μὲν οὖν συντίθεται κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπὸ τῆς φύσεως τῶν ἁπλῶν εἶναι δοκούντων. τοιαύτην τὴν φύσιν ἔχει καὶ ἡ φακὴ καὶ ἡ κράμβη καὶ τῶν θαλασσίων σχεδὸν ἁπάντων τὰ

neque in calida regione, neque in habitu *
neque in * *

XX.

In alimento pharmacum optimum; in alimento pharmacum malum; malum et optimum ad aliquid referuntur.

Multa ſunt quae mixtam ex cibo et medicamento naturam habent. Hujus generis eſſe dicimus quaecunque ex contraria facultate mixtam habent naturam. Sic in iis, quae a nobis parantur, quaedam ex contrariis ſubſtantiis facultatibusque comperiuntur, ut ſi tu ſucco ptiſanae parum liquoris ſcammonii injicias. Quamvis enim ſic ſenſum effugiat, in actione tamen non occultabitur, ſed aperte alvum ſubducet. Quaedam autem eodem modo a natura componuntur, quae videntur eſſe ſimplicia. Talem habent naturam lens, braſſica et marina propemodum omnia,

Ed. Chart. VI. [274.]

ὀστρακόδερμα καλούμενα· ὧν τὸ μὲν στερεὸν σῶμα βραδύπορόν τέ ἐστι καὶ σταλτικὸν τῆς γαστρὸς, ἡ δ' ὑγρότης ἐρεθίζει πρὸς ἔκκρισιν, καὶ μάχη τις γίνεταί ποτε πρὸς ἄλληλα, τοῦ μὲν στερεοῦ σώματος ἰσχομένου καὶ βραδύνοντος, ἐπειγομένης δὲ τῆς ὑγρότητος πρὸς τὴν ἔκκρισιν. ἔτι δὲ τὰ βρώματα καὶ πόματα ταχεῖαν ἢ βραδεῖαν ἔχει τὴν διέξοδον, ἤτοι διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἡμῶν φύσιν ἢ διὰ τὴν ἐπίκτητον διάθεσιν τῆς γαστρὸς, ἢ διὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν. ὡς καὶ πάντες ἴσασιν, ὅτι τινὰ μὲν αὐτῶν εἰσιν ὑγρὰ, τινὰ δὲ ξηρὰ, καὶ τινὰ μὲν γλίσχρα, τινὰ δὲ εὔθρυπτά τε καὶ εὐδιαίρετα· καὶ τινὰ μὲν δριμύτητας ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντα, τινὰ δὲ ὀξύτητας ἢ πικρότητας ἢ γλυκύτητας ἢ ἁλυκότητας ἢ αὐστηρότητας καὶ στρυφνότητας ἤ τινας ἔξω τούτων φαρμακώδεις δυνάμεις, ὁμοίας ταῖς τῶν φαρμάκων τῶν καθαιρόντων. οὐ γοῦν θαυμαστὸν ὡς τινὰ μὲν ἐπάγει τὴν γαστέρα, μεμιγμένας ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντα φαρμακώδεις δυνάμεις, ὁμοίας τῆς κατὰ τὴν κολοκυνθίδα τε καὶ σκαμμωνίαν καὶ

quae testam pro cute habere dicuntur, quorum solidum corpus tarde permeat alvumque cohibet, humor ad excretionem irritat. Atque interdum pugna quaedam mutuo conferitur, quum solidum corpus cohibet et moratur, humor vero ad excretionem stimulat. Praeterea vero cibi et potus celeriter aut tarde pertranseunt, aut propter naturam nobis ab initio tributam, aut propter ventris affectionem acquisitam, aut propter propriam substantiam, quum neminem fugiat quosdam humidos esse, quosdam aridos, quosdam lentos, quosdam friabiles, quosdam facile dividuos, quosdam acres quosdam acidos aut amaros aut dulces aut salsos aut austeros aut acerbos, aut quasdam extra has habere facultates medicamenti naturam referentes, quae similes sint earum, quae in medicamentis purgantibus insunt. Haud igitur mirabile est, si quaedam alvum movent, quum mixtas in seipsis facultates habeant medicamenti naturam referentes, similes earum, quae sunt in colocynthide, scammonio, veratro et aliis generis ejus-

Ed. Chart. VI. [274.]
ἐλλέβορον ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα. εἰσὶ δέ τινες ἡγούμενοι ἐδέσματα μὲν εὑρίσκεσθαι, ἅπερ οὔτε θρεπτικήν τινα τοῦ ζώου δύναμιν ἔχουσιν οὔτε καθαρτικήν, καί φασι ταῦτα οὐχ ὡς τροφὰς μόνον ἐνεργεῖν πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ὡς φάρμακα, διότι θερμαίνει καὶ ὑγραίνει καὶ ψύχει καὶ ξηραίνει σαφῶς τὰ σώματα. καὶ ταῦτα ὅταν μηδὲν τούτων ἐνεργῇ περὶ τὸ σῶμα, τρέφει δὲ μόνον αὐτὸ, τότε οὐχ ἕξει τὸν τοῦ φαρμάκου λόγον. ἀλλ᾽ εἴπερ ἐστί τινα τοιαῦτα ἐδέσματα, ἡμεῖς εἶναι ὀλίγιστά φαμεν. εἰ δ᾽ ἐστὶ, μόνον τὸν τῆς τροφῆς ἔχει λόγον χωρὶς τοῦ μεταβάλλειν τὸ σῶμα τοῦ προσενεγκαμένου κατὰ ποιότητα. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον ὅσα μέσα ταῖς κράσεσιν οὐδεμίαν ἔχει ἐπικρατοῦσαν ποιότητα, ταῦτα μόνον τροφὰς εἶναι, οὐ φάρμακά φασιν. ἔστι μὲν οὖν ὅτε συμφέρει ἐν τῇ τροφῇ δύναμιν εἶναι τοῦ φαρμάκου, ἵνα μετὰ τροφῆς καὶ τὸ βοήθημα προσενέγκοιτο καὶ ἴσως μετά τινος ἡδονῆς, ἔστι δ᾽ ὅτε οὐ συμφέρει τοῦτό γε. καὶ τότε ἡ τροφὴ γίνεται μὲν φαύλη κατὰ τὴν δύναμιν τὴν φαρμακώδη, εἰ καὶ τῇ τῆς τροφῆς ποιότητι ἐπιτήδειος οὖσα

dem. Sunt qui edulia inveniri arbitrentur, in quibus nulla neque alendi animalis, neque purgandi facultas insit, aiuntque haec non solum ut alimenta persaepe agere, sed etiam ut medicamenta, propterea quod corpora perspicue calefaciunt, humectant, refrigerant et siccant: haec porro quum nihil horum agunt in corpore, sed solum alunt, tum non subire medicamenti rationem. Sed si quae sunt hujusmodi edulia, nos certe paucissima esse affirmamus. Quod si sint, solum pro alimento sunt. Nec qualitatem corporis ejus, qui sumpsit, immutant. Hac ratione quae mediae temperaturae sunt nullamque superantem qualitatem habent, haec alimenta solum esse volunt, medicamenta non item. Prodest igitur interdum in alimento vim medicamenti inesse, ut cum alimento remedium quoque adhibeatur, ac fortasse etiam cum voluptate quadam, interdum vero id prodest. Quo sane tempore alimentum redditur malum ex medicamenti qualitate, licet qualitate alimenti esset omnibus temporibus nostro

Ed. Chart. VI. [274. 275.]
κατὰ πάντας τοὺς χρόνους τοῖς σώμασιν ἡμῶν. οὐ συμφέρει δὲ, ὡς ὅταν μόνης τῆς καθάρσεως χρήζει τὸ σῶμα, τροφῆς δὲ οὔ. τοῦτο δ᾽ οὐκ ἔστιν ἐπὶ πᾶσι καὶ ἀεὶ ἀληθές. διὸ προστίθησι, φλαῦρον καὶ ἄριστον πρός τι· δηλονότι τὸ βλαβερόν τε καὶ ὠφέλιμον. ἑτέρῳ γὰρ λόγῳ φαίης ἂν τήνδε τὴν τροφὴν τῆς ἄλλης βελτίονα, ἑτέρῳ δὲ τὴν ἄλλην ὑπάρχειν· [275] οὐχ ἁπλῶς δέ. ἐὰν μὲν γὰρ χρὴ φαρμακεύειν ἢ τὴν κοιλίαν καθᾶραι, βελτίονα πρὸς τοῦτο τὸ ἔργον εἶναι τὴν σκαμμωνίαν τῆς κράμβης λέξειας· ἐὰν δὲ μόνον ὑπάγειν τὴν γαστέρα δέῃ, τὸν τῆς κράμβης ζωμόν. οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, διότι τὸ φαῦλον καὶ τὸ οὐ φαῦλον πρός τι λέγεται· καὶ ὃ τινὶ ἄριστόν ἐστι, ἄλλῳ φαῦλον ἔσται, καὶ ἀνάπαλιν. καὶ ὃ ἁπλῶς φαῦλόν ἐστι, τινὶ κατὰ μέρος ὠφέλιμον εὑρεθήσεται. περὶ δὲ τῆς τοῦ φαύλου ὀνομασίας ἰστέον ὅτι οἱ παλαιοὶ σχεδὸν ἅπαντες εἰώθασι λέγειν αὐτὸ ἀντὶ τοῦ τυχόντος καὶ ἁπλοῦ, ᾧ ἀντικείμενον τιθέασι τὸ ἀκριβές· νῦν δὲ οὐχ οὕτω ληπτέον, ἐπειδὴ ἀντίκειται αὐτῷ τὸ ἄριστον.

---

corpori idoneum. Non prodeſt autem, quum corpus ſolam purgationem et non item alimentum poſtulat. Id quod neque in omnibus neque perpetuo verum eſt. Quocirca addit: *malum et optimum ad aliquid referuntur,* hoc eſt noxium et utile. Alia enim ratione dices, hoc alimentum eſſe melius: alia vero aliud, non autem abſolute. Nam ſi medicamentum dandum ſit aut purganda alvus, hoc ad agendum ſcammonium braſſicae praeſtare affirmabis; ſi vero ſolum ſubducenda alvus ſit, braſſicae jus antepones. Sic de caeteris judicandum eſt, quia malum et non malum ad aliquid referuntur. Et quod uni optimum eſt, alteri erit malum et contra, et quod abſolute malum eſt, alicui particulatim utile eſſe comperietur. Caeterum de vocabulo *φαύλου* hoc ſciendum eſt, veteres fere omnes ſolere hoc uſurpare, quum ſignificare volunt ſimplex, aut quodvis, cui contrario nomine opponitur exquiſitum. Nunc vero non ita accipiendum eſt, quum ei optimum opponatur.

Ed. Chart. VI. [275.]

κά.

Ἕλκος, ἐσχάρη, αἷμα, πύον, ἰχὼρ, λέπρη, πίτυρον, ἀχὼρ, λειχὴν, ἀλφὸς, ἔφηλις· ὁτὲ μὲν βλάπτει, ὁτὲ δὲ ὠφελέει, ὁτὲ δὲ οὔτε βλάπτει οὔτε ὠφελέει.

---

*Τῶν ἑλκῶν τὰ μὲν αὐτομάτως γίνεται, τὰ δὲ ἐκ τῆς ἔξωθεν αἰτίας. καὶ τὰ μὲν ἀεὶ μείζω καὶ χείρω γίνεται, τὰ δ' ἐναντίως, καὶ τὰ μὲν ἐπιπολῆς, τὰ δὲ κοῖλα. ὅσα δὲ ἐπιπολῆς ᾖ καὶ κατὰ τὸ δέρμα, ἕρπητας ὀνομάζουσιν. ὅσα δὲ τὴν ὑποκειμένην διαφθείρει σάρκα, φαγεδαίνας· ὡς καὶ καλεῖται ἄνθραξ ἕλκος ἐσχαρῶδες ἅμα πολλῇ τῇ τῶν πέριξ σωμάτων φλογώσει εἰ δέ τις ἐπιμελέστερον βούλεται τὰς οἰκείας τῶν ἑλκῶν εἰδέναι διαφορὰς, οὗτος ἔχει αὐτὰς ἐν τῇ θεραπευτικῇ μεθόδῳ παραδεδομένας. ἔνθα καὶ λέλεκται ἡμῖν ἄλλας μὲν εἶναι διαφορὰς ἕλκους ἁπλοῦ καὶ μόνου, χωρὶς ἑτέρας τινος διαθέσεως, ἄλλας δὲ εἴ τις ἄλλη συνῇ διάθεσις. * * * εἶπεν αὐ-*

XXI.

Ulcus, crusta, sanguis, pus, ichor, lepra, furfur, ulcera capitis manantia, impetigo, vitiligo, ephelis, interdum laedunt, interdum juvant. Interdum neque laedunt, neque juvant.

Ulcerum quaedam sua sponte oriuntur, quaedam e causa externa. Et quaedam semper majora deterioraque fiunt, quaedam contra; sicut quaedam in extremitate consistunt, quaedam cava sunt. Quae extremitatem cutemque occupant, herpetes vocant; quae subjectam carnem corrumpunt, phagedaenas, ut etiam carbunculus vocatur ulcus quum crusta simul cum multa circumjacentium corporum inflammatione. Si quis autem accuratius scire aveat proprias ulcerum differentias, is explicatas habebit in libris methodi medendi, ubi etiam diximus alias esse simplicis soliusque ulceris, sine alia affectione conjuncta, differentias, alias, si qua alia simul adsit affectio. *

Ed. Chart. VI. [275.]

τὸς, ἐρυσίπελας ἔξωθεν ἔσω τρέπεσθαι, οὐκ ἀγαθόν· ἔσωθεν δὲ ἔξω ἀγαθόν· ἵνα ἐπιστάμεθα πᾶν ὅ τι ἐκ τῶν βαθέων μερῶν ἐπὶ τὸ δέρμα τρέποιτο τῶν ἀγαθῶν εἶναι, ἔμπαλιν δὲ ἐπὶ τὸ βάθος μεθιστάμενον, τῶν κακῶν· διὰ τοῦτο οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ τὰ ἕλκη ποτὲ ἐπ' ἀγαθῷ γίνεται καίπερ ὄντων, ὡς εἶπον, πάντων σχεδὸν κακῶν. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος τῆς ἐσχάρας ἐστίν. εἰ μὲν οὖν ἐκ τοῦ ἕλκεος τὸ αἷμα ῥέοι, ἐπισχεῖν μὲν χρὴ πρῶτον τὸ αἷμα, τὸ δὲ ἕλκος ἑξῆς ἰᾶσθαι. ἐσχάραν δὲ οἱ ἰατροὶ ὡς φράγμα τι τοῖς ἕλκεσιν ἐξεῦρον. ἔστι γὰρ ἡ γένεσις αὐτῆς ἐκ τῶν ὑποκειμένων καὶ περικειμένων σωμάτων, οἷον ἡμικαύτων γενομένων. ὥστ' ἀπόλλυται τοῦ μορίου τοσοῦτον τῆς κατὰ φύσιν σαρκὸς, ὅσον κατὰ τὴν ἐσχάραν ἐκαύθη. πολλοῖς μὲν ἐπὶ ταῖς τῶν ἐσχάρων ἀποπτώσεσι δυσεπίσχετος ἐπηκολούθησεν αἱμοῤῥαγία· ὥστε βλάπτειν μεγάλως καὶ πολλάκις οὕτω συμβαίνει. καὶ θᾶττον ἀπόλλυται τὸ οὕτως αἱμοῤῥαγοῦν ζῶον, ἢ τὸ αἷμα παύεται κενούμενον. τότε δὲ ἡ ἀνάγκη βιάζεται χρῆσθαι τοῖς

* Ipse dixit: *Eryſipelas ab externis ad interna verti non bonum eſt; ab interioribus ad exteriora bonum,* ut ſciamus quicquid ex imis partibus ad cutim vertitur, in bonis eſſe numerandum. Contra vero ſi ad profundas partes transmutetur, in malis eſſe habendum: quocirca non eſt mirabile, ſi ulcera interdum boni conſulenda ſunt, licet, ut monui, omnia propemodum ſint mala. Eadem eſt cruſtae ratio. Quare ſi ex ulcere ſanguis fluat, cohibendus prius ſanguis eſt, deinde ulcus curandum. Cruſtam autem ut ſepimentum ulcerum medici compererunt. Generatur enim cruſta ex ſubjectis circumpoſitisque corporibus veluti ſemiuſtis, quare tantum carnis naturalis deperditur, quantum ad cruſtam faciendam aduſtum eſt. Multis autem, poſtquam cruſta decidit, profuſio ſanguinis, quae aegre ſiſti potuit, ſupervenit, ut magnopere nocuerit, ac ſaepe acciderit ut animal hoc profluvio laborans citius moriatur quam effluere ſanguis ceſſet: quo ſane tempore neceſſitas nos cogit ut omni

Ed. Chart. VI. [275. 276.]

ἅπασι βοηθήμασι· καὶ δεῖ τὸν ἰατρὸν ἀκριβῶς καὶ ἐπιμελῶς νοῦν προσέχειν. περὶ δὲ τοῦ αἵματος οὐδεὶς ἀγνοεῖ ὅτι ποτὲ μὲν ὠφελίμως, ποτὲ δὲ βλαβερῶς ἐκρεῖ, ἢ καὶ ἐκκρίνεται. καὶ γὰρ εἰ λόγῳ κρίσεως, πεπεμμένου τοῦ νοσήματος, καὶ ἐν τῇ κρισίμῃ ἡμέρᾳ αἱμοῤῥαγία γένοιτο, εἴπερ δέον ἦν τὴν νόσον διὰ τοῦ αἵματος κρίνεσθαι, πάντως σώσει τὸν κάμνοντα· εἰ δ' ἀνάπαλιν, οἴσεται τὸν θάνατον ἢ κίνδυνον μέγιστον, ὡς ἡμεῖς ὁσημέραι σχεδὸν ὁρῶμεν. [276] *τὸ δὲ πῦον ἔχει δύο γένη καὶ καθ' ἕτερον μὲν βλάπτει, καθ' ἕτερον δὲ ὠφελεῖ· ὡς ὅταν ἐπικρατούσης τῆς φύσεως γίνεται. βλάπτει δὲ ὅταν γίνεται ἐκείνης νενικημένης· καὶ ἐπικρατούσης μὲν, ὡς ἐπὶ ταῖς φλεγμοναῖς καὶ τοῖς φυματώδεσιν ὄγκοις· καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὰς ἀρτηρίας τε καὶ φλέβας χυμοῖς τὸ τοῖς οὔροις ὑφιστάμενον. ἕτερον δὲ γένος ἀῤῥωστούσης εἰς τοσοῦτον τῆς πεπτικῆς δυνάμεως γίνεται, ὡς μηδεμίαν ἐπὶ χρηστὸν ἐργάζεσθαι μεταβολὴν τοῦ σηπομένου περιττώματος. ὃ γίνεται ποτὲ μὲν ἐκείνης ἐσχάτως ἀσθενούσης, κἂν τὸ σηπόμενον μετρίως ᾖ μοχθηρὸν,*

remediorum genere utamur, debetque medicus accurate ac ſedulo animum advertere. De ſanguine autem nemo dubitat quin interdum utiliter, interdum ſecus effluat, aut etiam excernatur. Etenim ſi ratione judicationis morbo concocto et critico die fiat ſanguinis profuſio, ſi modo morbum per ſanguinem judicari opus erat, omnino aegrotum ſervabit. Sin contra, aut mortem aut certe maximum periculum afferet, ut nos quotidie propemodum intuemur. Puris duplex eſt genus, altero prodeſt, nocet altero. Prodeſt autem, quum fit ſuperante natura, nocet, quum fit illa ſuperata. Ac ſuperante quidem, ut in inflammationibus et tumentibus tuberculis et in humoribus, qui in venis arteriisque continentur, id quod ſubſidet in urinis. Alterum genus gignitur quum facultas concoctrix usque adeo infirma facta eſt, ut nullam plane mutationem putreſcentis excrementi ad bonum efficiat. Quandoque etiam facultas ad extremam imbecillitatem non per-

Ed. Chart. VI. [276.]

ἔστι δ' ὅτε τὰ μὲν τῆς δυνάμεως οὐκ εἰς ἔσχατον τῆς ἀῤῥωστίας ἥκει, τὸ δὲ ὑγρὸν ἄκρως μοχθηρὸν ὑπάρχει. κρατησάσης μὲν οὖν ἀκριβῶς τῆς φύσεως τὸ κάλλιστον γίνεται πῦον. ἔστι γὰρ ἰδεῖν μὲν λευκὸν, παχὺ καὶ ὅμοιον ἑαυτῷ πανταχόθεν· ἔτι δὲ καὶ λεῖον ἁπτομένῳ καὶ ἥκιστα δυσῶδες. πολλάκις δὲ λευκὸν μὲν ἐστιν, ἀλλ' ὅτι δυσῶδες εἶναι δοκεῖ, οὐ καλόν ἐστιν· ὡς ἐνίοτε οὐ λευκὸν, ἀλλὰ πελιδνὸν φαίνεται. διὸ εἶπεν ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς Ἱπποκράτης, ὁκόσοι ἔμπυοι καίονται, ἢν μὲν τὸ πῦον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται· ἢν δὲ ὕφαιμον καὶ βορβορῶδες καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται. καὶ πάλιν, ὁκόσοι τὸ ἧπαρ διάπυον καίονται, ἢν μὲν τὸ πῦον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται· καὶ τὰ ἑξῆς. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τῶν ἰχώρων νομιστέον, ὡς οὐ σμικρὰ συμπτώματα ὑφ' ἑαυτῶν γίνεται. καὶ ὁ Πλάτων δὲ ταὐτό πως λέγει εἰπών· ἰχὼρ δὲ ὁ μὲν αἵματος ὀῤῥὸς πρᾶος, ὁ δὲ μελαίνης χολῆς, ὀξείας δὲ, ἄγριος. δῆλον γάρ ἐστιν ὅτι ἐπὶ πάντων χυλῶν τε καὶ χυμῶν ὑγρό-

venit, ſed humor eſt ſumme vitiatus. Ergo quum natura integre ſuperat, pus optimum efficitur. Eſt autem hoc ad adſpectum album, craſſum et omni ex parte ſibi ſimile, tangenti autem laeve ac minime foetidum. Saepe autem album quidem eſt, ſed quia foetidum videtur eſſe, non eſt bonum; ſicut interdum non album, ſed lividum apparet. Propterea ipſe in Aphorismis extulit hanc ſententiam: *quicunque ſuppurati uruntur aut ſecantur, ſi pus purum albumque fluxerit, evadunt; ſin ſubcruentum, foeculentum ac foetidum, moriuntur*, et hanc: *quorum jecur ſuppuratum aduritur, ſi pus purum albumque fluxerit, evadunt*, et quae ſequuntur. Eodem modo eſt de ichoribus exiſtimandum, quod non parva ſymptomata ex ichoribus oriantur. Idem ferme cenſet Plato, quum ait: *Ichor, qui ſanguinis ſerum eſt, mitis, qui vero atrae bilis quae acida ſit, ferus.* Perſpicuum enim eſt in omnibus et ſuccis et humoribus humiditatem quandam ſeroſam tenuemque reperiri; differre tamen pro natura eorum humorum, quo-

τῆς τις ὀῤῥώδης καὶ λεπτή ἐστι. διαφέρει δὲ κατὰ τὰς φύσεις τῶν χυμῶν, ὧν εἰσιν ὀῤῥοί. καὶ χαλεπώτατος ἔσται ὁ τῆς μελαίνης χολῆς· ἧττον δὲ χαλεπὸς ὁ τῆς ξανθῆς· καὶ τούτου μᾶλλον ὁ τοῦ φλέγματος. ἐπιεικέστατος δὲ πάντων ὁ τοῦ αἵματος ἰχώρ. καὶ δὴ κἀν τοῖς ἕλκεσιν ἰχὼρ μὲν καλεῖται τὸ λεπτὸν περίττωμα, ῥύπος δ' ἕλκους τὸ παχύ. καὶ διὰ μὲν τὸ λεπτὸν περίττωμα ὑγρὸν τὸ ἕλκος γίνεται, διὰ δὲ τὸ παχὺ ῥυπαρόν. τὴν δὲ περὶ τῶν χυμῶν θεωρίαν, ἐν οἷς ἰχῶρές εἰσιν, οὐ μόνον αὐτὸς οἶδεν Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ Πλάτων, καὶ περὶ τῶν νοσημάτων ἐκ τῶν καθέκαστα χυμῶν ὁρμωμένων διαλέγεται ὧδέ πως, περὶ νοσημάτων ὅσα διὰ χολὴν γίνεται ἀρχόμενος· ὅσα δὲ φλέγμαίνειν λέγεται τοῦ σώματος ἀπὸ τοῦ καίεσθαί τε καὶ φλέγεσθαι διὰ χολὴν γέγονε πάντα. περὶ δὲ φλέγματος ὧδε· φλέγμα δὲ ὀξὺ καὶ ἁλμυρὸν πηγὴ πάντων νοσημάτων, ὅσα γίνεται καταῤῥοϊκά. περὶ δὲ μελαίνης χολῆς λέγει μὲν ἐκεῖνα, ἅπερ ἡμεῖς ἤδη γεγράφαμεν, ταὐτὰ δὲ λέγουσι καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Θεόφραστος καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ δοκιμώτατοι, Διοκλῆς, Πλειστόνικος, Φιλότιμος, Ἡρόφιλος καὶ ἄλλοι πολλοί. Ἱπποκράτης

rum ſerum ſunt. Erit autem infeſtiſſimum atrae bilis ſerum, minus infeſtum flavae, hocque minus pituitae, omnium mitiſſimus ichor ſanguinis. In ulceribus autem ichor tenue excrementum appellatur, ſordes ulceris id, quod craſſum eſt, atque ex tenui excremento ulcus humidum redditur, ex craſſo ſordidum. Hanc vero humorum contemplationem, in quibus ichores ſunt, non ſolum novit Hippocrates, ſed etiam Plato, et de morbis, qui ex ſingulis humoribus oriuntur, ita fere diſſerit, quum de morbis qui a bile progrediuntur, agere incipit: *quaecunque partes corporis pati inflammationem dicuntur, eae omnes a bile incenduntur et inflammantur.* De pituita ad hunc modum: *pituita acida et ſalſa morborum omnium, qui diſtillatione fiunt, fons eſt.* De atra vero bile dicit ea, quae a nobis jam ſcripta ſunt. Eadem conſueverunt Ariſtoteles, Theophraſtus et medici praeſtantiſſimi, Diocles, Pliſtonicus, Philotimus, Herophilus et alii plerique. Hippocra-

Ed. Chart. VI. [276. 277.]

δὲ οὐ μὴ μόνον περὶ τούτων λέγει, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ αἵματος τοῦ ἰχωροειδέος ἐν ταῖς ἐπιδημίαις, ὅπερ εἶναι οἱ ἰατροὶ βούλονται, τὸ μετά τινος ἰώδους καὶ κακοήθους δυνάμεως, κατὰ τὴν ἔννοιαν, καθ' ἣν γέγραπται ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν· καὶ ὑπὸ τῷ δέρματι, φησὶν, ἰχῶρες ἐγίνοντο, ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο καὶ κνησμὸν ἐνεποίουν εἶτα φλυκταινίδες ὥσπερ πυρίκαυστοι ἀνίσταντο καὶ ὑπὸ τὸ δέρμα καίεσθαι ἐδόκεον. πρὸς δὲ τούτοις ἴσθι ὅτι τινὰ τῷ ὅλῳ γένει παρὰ φύσιν ἐστὶν, ὧν ἁπάντων τριττὴ ἡ διαφορά. τινὰ μὲν γὰρ ἐκ μεταβολῆς γίνεται τῶν στερεῶν σωμάτων, ὡς ἡ μυρμηκία καὶ ἡ λεύκη καὶ ὁ ἀλφὸς, ἐλέφας τε καὶ ψώρα καὶ λέπρα, τινὰ δ' οὐδ' ὅλως [277] ὄντα πρότερον ὕστερα γίνεται, καθάπερ καὶ ἡ μελικηρὶς, ἀθερώματά τε καὶ στεατώματα. προσέχειν οὖν ἀεὶ χρὴ τὸν νοῦν ἐπὶ πάντων τῶν παρὰ φύσιν ἀκριβῶς, ἐπισκοπούμενον ἐκ τίνος γένους ἐστὶ, καὶ πότερον αὐτομάτως γέγονεν, ἢ ἔκ τινος τῆς αἰτίας, καὶ πότερον ὠφελεῖ, ἢ βλάπτει· εἰ καὶ μήτ' ὠφελεῖ μήτε βλάπτει, ὡς αὐτός φησιν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ

tes non modo de his egit, fed etiam de ichoroide fanguine in libris de morbis vulgaribus loquutus eft, quem fanguinem medici effe volunt cui venenofa quaedam malignaque facultas fit adjuncta, ut eft in fecundo de morbis vulgaribus fententia, *fub cute*, inquit, *ichores gignebantur, hique inclufi incalefcebant pruritumque excitabant, tum puftulae, ut ambuftis, exurgebant, ac fub cute exuri fibi videbantur.* Praeterea vero fcito quaedam effe toto genere praeter naturam, quorum omnium eft triplex differentia, quaedam ex folidarum partium mutatione fiunt, ut myrmecia, vitiligo, leuce et alphos, elephas, fcabies et lepra. Quaedam non omnino funt praeter naturam prius, fed poftea fiunt, ut meliceris, atheromata et fteatomata. Quare femper adhibenda mens accurate eft ad omnia, quae praeter naturam funt, ut cujus fint generis expendas, et utrum fponte fua, an ex aliqua caufa orta fint pernofcas, et utrum profint, an noceant, utrum denique neque profint, neque noceant, ut ab ipfo dictum eft. Quia

Ed. Chart. VI. [277.]

ὅμοια πιτύροις ἀπὸ τοῦ τῆς κεφαλῆς δέρματος πολλάκις ἀποπίπτει, διὸ ἀξιοῖ σκοπεῖν πότερον καὶ ταῦτα ὠφέλιμά ἐστιν ἢ βλαβερά. γίνεται δὲ τὸ σύμπτωμα τοῦτο ὑπὸ μοχθηρῶν ἰχώρων τοὺς κνησμοὺς ἐμποιούντων. ἐν δὲ αὐτῷ τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς γίνεται ὁ καλούμενος ἀχώρ· ὃς ἐκ τοῦ γένους τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ὑπάρχει. οὗτος γὰρ λεπτοῖς πάνυ τρήμασι κατατιτρᾶται, νοτίδα λεπτὴν ἔχουσιν ὑγρότητος ἀτρέμα γλίσχρας. ἔστι δὲ καὶ ὁ λειχὴν πάθος τοῦ δέρματος, διττὸν δὲ εἶδος λειχῆνος, ὁ μὲν ἥμερος καὶ πρᾳότερος, ὁ δὲ ἄγριος καὶ χαλεπώτερος. ἀφίστανται δὲ καὶ ἐπὶ τούτων καὶ αἱ λεπίδες τοῦ δέρματος καὶ ὑπὸ τὰς λεπίδας τόπος ἐρευθέστερος καὶ ἐγγὺς ἡλκωμένου φαίνεται. τὸ δὲ πάθος αὐτὸ γίνεται ἀπὸ φλέγματος ἁλμυροῦ καὶ τῆς ξανθῆς χολῆς. οὕτω δὲ καὶ ὁ ἀλφὸς διττός ἐστιν, ὁ μὲν λευκὸς, ὁ δὲ μέλας. γίνεται δὲ ὁ μὲν μέλας ὑπὸ μελαίνης χολῆς, ὁ λευκὸς δὲ ὑπὸ τοῦ φλέγματος οὐχ ἁλυκοῦ. περὶ δὲ τὸ πρόσωπόν ἐστιν οὐ μόνον ἔφηλις, περὶ ἧς αὐτὸς εἶπεν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἴονθοι καὶ φακὸς καὶ κατάγματα τῶν ὀστέων.

vero etiam quaedam furfurum ſimilia a capite excidunt, idcirco monet ſpectandum eſſe, utrum haec quoque damnum, an utilitatem afferant. Caeterum hoc ſymptoma gignitur ab ichoribus pravis pruritus concitantibus. In capitis etiam cute naſcitur is, qui achor nominatur. Eſtque ex genere tumorum, qui praeter naturam ſunt. Hic enim tenuibus quibusdam foraminibus perforatur, quae tenuem quendam vaporem humiditatis modicae glutinoſae continent. Impetigo quoque affectio cutis eſt. Ejus ſunt duae ſpecies, altera cicur et mitior, altera agreſtis et moleſtior; in his ſquamae a cute abſcedunt et locus, qui ſub ſquamis eſt, rubicundior videtur et prope ad ulceratum accedit. Morbus autem ipſe a ſalſa pituita flavaque bile exoritur. Alphos quoque duplex eſt, albus et niger. Fit niger ab atra bile, albus a pituita, non ſalſa. In vultu autem eſt non ſolum ephelis, cujus mentionen fecit, ſed et vari et lentigines et oſſium fracturae: quae omnia ſpe-

Ed. Chart. VI. [277.]
ἅπαντα σκοπεῖσθαι χρὴ, πότερον λόγῳ κρίσεως, ἢ ἀποστάσεως, ἢ κατ᾽ ἄλλον τινὰ τρόπον γίνεται.

κβ'.

Τροφὴ, οὐ τροφή· ἢν μὴ οἷόν τε ᾖ τρέφεσθαι, ὄνομα τροφὴ, ἔργον δὲ οὐχί· ἔργον τροφὴ, οὔνομα δὲ οὐχί.

Ὀρθῶς ἐλέγετο τὸ πρόσθεν ῥηθὲν, τὸ δεῖν πρόσθεσιν μὲν πρῶτον, ἐφεξῆς δὲ πρόσφυσιν, ἔπειτ᾽ ὁμοίωσιν γενέσθαι τῷ μέλλοντι τρέφεσθαι. καὶ ὅτι κυρίως μὲν τὸ τρέφον ἤδη τροφὴ, τὸ δ᾽ οἷον μὲν τροφὴ, οὔπω δὲ θρέψαν, ὁποῖόν ἐστι τὸ προσφυόμενον ἢ τὸ προστιθέμενον· τροφὴ μὲν οὐ κυρίως, ὁμωνύμως δὲ τροφὴ καλεῖται. τὸ δὲ ἐν ταῖς φλεψὶ περιεχόμενον καὶ τούτου ἔτι μᾶλλον τὸ κατὰ τὴν γαστέρα, ὡς μέλλον ποτὲ θρέψειν, εἰ καλῶς κατεργασθείη, κέκληται τροφή. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, ὡς εἴρηται, καὶ τῶν ἐδεσμάτων ἕκαστα τροφὰς ὀνομάζομεν, οὔτε τῷ τρέφειν ἤδη

---

ctanda ſunt, an ut criſes, an ut abſceſſus, an alio modo quodam exoriantur.

XXII.

Alimentum non alimentum; niſi alere queat, nomine alimentum, re autem minime; re alimentum, nomine vero non item.

Quod paulo ante dixit recte dictum eſt, appoſitionem fieri, deinde agglutinationem, tum aſſimilationem cum eo, quod nutriendum ſit, et illud proprie alimentum vocari, id quod jam alit: quod vero velut alimentum eſt, necdum aluit, quale eſt quod agglutinatur aut quod apponitur, alimentum non proprie, ſed homonyme nominari; quod autem venis continetur et eo magis etiam quod in ventriculo eſt, utpote quod quandoque nutriturum ſit, ſi probe conficiatur, alimentum eſſe appellatum. Eodem modo, ut dictum eſt, ſingula edulia vocamus alimenta, non quod jam alant

Ed. Chart. VI. [277.]
τὸ ζῶον οὔτε τῷ τοιοῦτον ὑπάρχειν, οἷον τὸ τρέφον, ἀλλὰ τῷ δύνασθαί τε καὶ μέλλειν τρέφειν, καλῶς κατεργασθέν. ἔστι μὲν οὖν τροφὴ καὶ οὐ τροφή· τὸ γὰρ ἤδη ὁμοιούμενον τροφὴν καλεῖ. οὕτω δὲ καὶ τὸ δυνάμενόν τε καὶ μέλλον τρέφειν τροφὴν ὀνομάζομεν, τὸ δὲ μὴ δυνάμενόν ποτε τρέφειν τῷ μὲν ὀνόματι λέγεσθαι τροφὴ δύναται, ἔργῳ δὲ οὐκ ἔτι. οὕτω καὶ τὸ τῷ ἔργῳ τροφὴ οὐκ ἔστι τροφὴ κατὰ τοὔνομα, ἀλλὰ κατὰ τὸ πρᾶγμα καὶ κατ᾽ ἐνέργειαν. περὶ δὲ τῶν τροφῶν, ἐν αἷς αἱ δυνάμεις φαρμακώδεις εἰσὶ καὶ περὶ τῶν φαρμάκων * * ὡς ἡ θεραπεία γινομένη διὰ τῶν τροφῶν, ἐν αἷς ἡ τοῦ φαρμάκου δύναμίς ἐστι, βελτίων ἐστὶ τῆς διὰ τῶν φαρμάκων, τὰς τῶν τροφῶν δυνάμεις ἐχόντων. διὸ εὐλαβοῦ τὰς καθάρσεις ποιεῖν διὰ τῶν καθαρῶν. δεῖ γάρ τι μιγῆναι. εἰ δὲ συμβαίνει φαρμακεύειν, ἵνα μὴ ἁμαρτάνοις τοῦ σκοποῦ, μὴ προσθήσεις ἄλλο τι πλὴν τὸ ἐπιτήδειον, ἐν ᾧ δύναμις ὑπάρχῃ τρόφιμος. τούτου δὲ γένους ἐστὶν, ὅσα * * *

---

animantes, neque quod talia ſint, quale eſt id quod alit: ſed quod poſſint alere nutrituraque ſint, ſi probe fuerint confecta. Eſt ergo alimentum et non alimentum. Quod enim jam aſſimilatum eſt, alimentum vocat. Sic quod poteſt nutrire nutriturumque eſt, alimentum nuncupamus. Quod vero nunquam poteſt alere, nomine quidem poteſt alimentum appellari, re vero non poteſt. Pari modo quod re ipſa alimentum eſt, non eſt alimentum nomine, ſed re et actione. De alimentis autem, in quibus medicamenti facultates ſunt, ac de medicamentis *
Sicut curatio, quae fit iis alimentis, in quibus medicamenti facultas ineſt, praeſtantior cenſetur quam ea, quae medicamentis facultates alimentorum in ſe habentibus fiat. Proinde cave ne purgationes ex puris rebus moliaris, ſiquidem aliquid admiſcendum eſt. Si vero ut in medicamento purgante contingat, ne finem non conſequaris, ne quid aliud adjungito, niſi quod idoneum ſit, in quo alendi inſit facultas. Hujus autem generis ſunt quaecunque *

Ed. Chart. VI. [278.]

κγ'.

[278] Ἐς τρίχας τροφὴ καὶ ἐς ὄνυχας καὶ ἐς τὴν ἐσχάτην ἐπιφανείην ἔνδοθεν ἀφικνέεται. ἔξωθεν τροφὴ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείης ἐνδοτάτω ἀφικνέεται, ξύῤῥοια μία, ξύμπνοια μία.

Δέδεικται μὲν ἐν τοῖς ἄνωθεν εἰρημένοις ὅτι ἕκαστον μόριον ἕλκει τὴν οἰκείαν αὐτῷ τροφήν· καὶ ὅτι φυσικὸν ἔργον ἐστὶν ἡ ἀνάδοσις τροφῆς, ἐκ κοιλίας μὲν εἰς ἧπαρ, ἐξ ἥπατος δὲ εἰς ὅλον τὸ σῶμα· καὶ ὅτι τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν ἡ πρώτη τε καὶ ἀναγκαιοτάτη σχεδὸν ἁπασῶν ἡ θρέψις ἐστὶν εἶδός τι οὖσα τῆς ἀλλοιωτικῆς ἐνεργείας. ἐπειδὴ δὲ ἡ κατὰ τὴν γαστέρα πέψις ἀλλοίωσίς ἐστι καὶ ἡ ἐν ταῖς φλεψὶ καὶ ἡ καθ' ἕκαστον μόριον, διὰ τοῦτο ἕπεται μὲν ἐξομοίωσις, οὐ ταὐτὸν μὲν ὄνομα τῇ θρέψει, τὸ δ' ἔργον οὐχ ἕτερον. εἰσὶ μέντοι τινὲς ἡγούμενοι οὐδεμίαν οὐδενὶ μορίῳ ὑπάρχειν ἑλκτικὴν δύναμιν τῆς οἰκείας ποιότητος. ἡμῖν δὲ οὐδὲ τὸ διὰ τοῦ αὐτοῦ πόρου τὴν ὁλκὴν γίνεσθαι καὶ τὴν

XXIII.

Alimentum in pilos et in ungues et in extimam superficiem ab internis partibus pervenit. Ab externis partibus alimentum ab extima superficie ad intima pervenit, confluxio una, conspiratio una.

In iis, quae supra attulimus, ostensum est, unamquamque partem trahere alimentum sibi aptum; atque alimenti distributionem opus esse naturale, ut ex ventriculo in jecur, ex jecore in totum corpus distribuatur, itemque omnium naturalium actionum principem ac maxime necessariam propemodum esse nutritionem, quae actionis alterantis quaedam species est. Quoniam autem concoctio, quae in ventriculo fit, alteratio quaedam est, itemque ea, quae in venis, quaeque in singulis fit partibus, ideo consequitur assimilatio, quae ut nomine non eadem sit, quod nutritio, re certe diversa non est. Sunt tamen, qui nullam inesse ulli parti attractricem fa-

ἀπόκρισιν ἐν διαφόροις τοῖς χρόνοις οὐδὲν χαλεπὸν δεικνύναι, εἴ γε καὶ τῆς γαστρὸς ὁ στόμαχος οὐ μόνον ἐδέσματα καὶ πόματα παράγων εἰς ἑαυτὸν, ἀλλὰ κἂν ταῖς ναυτίαις τὴν ἐναντίαν ἐνέργειαν ποιῶν ἐναργῶς φαίνεται. ταὐτὸ τοῦτο ποιεῖ καὶ ἡ ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστις, ἣ διὰ τοῦ ἑαυτοῦ αὐχένος πληροῦται καὶ ἐκκενοῦται. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ στόμαχος τῶν μητρῶν ὁδός ἐστιν εἴσω μὲν τοῦ σπέρματος, ἔξω δὲ τοῦ κυήματος. δέδεικται δὲ ἤδη ἡμῖν ὅτι δι' ὧν εἰς ἧπαρ ἐνεδόθη αἱ φλεβῶν ἐκ γαστρὸς, αὖθις εἰς αὐτὴν ἐξ ἥπατος ἐν ταῖς ἀσιτίαις ταῖς μακροτέραις δύναται ἕλκεσθαι ἡ τροφή. τῶν δὲ φλεβῶν τῶν ἐν τῷ μέσῳ τεταγμένων ἥπατός τε καὶ τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν ὁ αὐτὸς λόγος. ὅτε μὲν γὰρ ἐν τούτοις ἄφθονος εἴη περιεχομένη τροφὴ, διὰ τῶν εἰρημένων εἰς ἧπαρ ἀναφέρεται φλεβῶν· ὅτε δὲ εἴη κενὰ καὶ δεῖται τροφῆς, διὰ τῶν αὐτῶν αὖθις ἐξ ἥπατος ἕλκεσθαι. τούτων μὲν οὕτως ἐχόντων πᾶν μόριον ἕλκει μὲν τὸ ἰσχυρότερον, ἐκκενοῦται δὲ τὸ ἀσθενέστερον. καὶ τοῦτό

cultatem propriae qualitatis arbitrentur. Nobis autem nihil difficile est ostendere per eundem meatum effici attractionem et excretionem, temporibus tamen diversis, quando gula ventriculi non solum esculenta et potulenta in seipsum adducit, sed etiam quum nausea tentatur, contrariam obire actionem evidenter conspicitur. Idem facit vesica, quae sub jecore est, quae ejusdem colli usu impletur et vacuatur. Simili quoque modo uteri collum intro est via spiritus, foras vero foetus. Ostensum enim est, per quas venas a ventre in jecur facta est digestio, rursus ex jecore in ipsum trahi nutrimentum in longiore inedia posse. Venarum, quae medium spatium inter jecur et partes citra ventrem occupant, eadem ratio est. Quum enim in eis magna alimenti contineatur copia, per easdem venas sursum fertur jecur. Quum autem vacuae sint alimentique indigeant, per easdem rursus a jecore trahunt. Quae quum ita sint, omnis pars, quae robustior fit, trahit; quae imbecillior, evacuatur. Idque vel

Ed. Chart. VI. [278.]

γε ἢ ἁπλῶς καὶ φύσει καὶ κοινῇ πᾶσίν ἐστιν, ἢ ἰδίως τῷδέ τινι γίνεται. καὶ φύσει μὲν καὶ κοινῇ πᾶσι τοῖς ζώοις ἡ μὲν καρδία τοῦ ἥπατος, τὸ δ' ἧπαρ ἐντέρων τε καὶ γαστρὸς, αἱ δ' ἀρτηρίαι τῶν φλεβῶν ἰσχυρότεραί εἰσιν ἑλκύσαι τε τὸ χρήσιμον ἑαυτοῖς ἀποκρῖναί τε τὸ μὴ τοιοῦτον. καθ' ἕκαστον δὲ ἡμῶν ἰδίως ἐν μὲν τῷδε καιρῷ τὸ ἧπαρ ἰσχυρότερον ἕλκειν, ἐν δὲ τῷδε ἡ γαστήρ. ἐπισπᾶται γὰρ ῥαδίως ἐκ τοῦ ἥπατος, ὅταν αὐτὴ μὲν ὀρέγοιτο τροφῆς σφοδρῶς, ἐμπεπλησμένον δὲ εἴη τὸ ἧπαρ. οὕτω δὲ καὶ τὸ ἧπαρ ἕλκει, ὅταν ποτὲ καὶ αὐτὸ δεῖται τροφῆς, καὶ ὡς ἐξ ἀλλήλων ἕλκει τὰ μόρια τροφὴν, οὕτω καὶ ἀποτίθεταί ποτ' εἰς ἄλληλα τὸ περιττόν. ὥστε οὐ θαυμαστὸν, εἰ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας, τῆς κατὰ τὸ δέρμα, ὡς νῦν Ἱπποκράτης φησὶ, μέχρι τῶν ἐντέρων καὶ τῆς γαστρὸς ἀφικνεῖταί τι μεταλαμβανόμενον. καὶ μὴ μόνον τὸ πνεῦμα ἢ τὸ περίττωμα, ἀλλὰ καὶ ἡ τροφὴ αὐτὴ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας αὖθις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ὅθεν ἀνηνέχθη, καταφέρεται. ἐλάχισται γὰρ ῥοπαὶ τῶν κινήσεων τὴν ἐκκριτικὴν ταύτην οἷα-

abſolute et natura et communiter omnibus ineſt, vel proprie in aliqua efficitur. Et natura quidem, generatimque omnibus et animantibus, cor quam jecur, jecur quam inteſtina et venter, arteriae quam venae ſunt ad trahendum id, quod eis utile eſt, et ad id, quod tale non eſt, excernendum valentiores. In ſingulis autem nobis proprie hoc tempore trahit vehementius jecur, in alio ventriculus. Hic enim facile attrahit ex jecore, quum vehementer alimentum appetit plenumque jecur eſt. Quomodo etiam jecur trahit, quum ipſum quoque indiget alimento: et ut partes viciſſim ex ſeſe alimentum trahunt, ſic etiam quod ſupervacaneum eſt, in ſeſe viciſſim deponunt. Quare non eſt mirandum, ſi ab extima ſuperficie, quae ad cutim eſt, ut nunc ait Hippocrates, usque ad inteſtina et ventrem aliquid translatum perveniat, ac non ſpiritus modo et excrementum, ſed etiam nutrimentum ipſum ab ultima ſuperficie eo, unde primum aſcendit, rurſus deferatur, ſiquidem exiguum momentum expultricem facultatem huc illuc im-

κίζουσι δύναμιν. [279] αἱ δὲ κινήσεις ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν διερεθιζόντων, ὡς ἐν τοῖς καθαίρουσι φαρμάκοις, ἰσχυρότεραί τε πολὺ καὶ μονιμώτεραι γίνονται καὶ διαμένουσιν, ἔστ᾽ ἂν καὶ ἡ περὶ τοῖς σώμασι τῶν ἀγγείων διάθεσις ἡ τὸ πλησίον ἕλκουσα παραμένῃ. αὕτη γὰρ εἰς τὸ συνεχὲς ἐκκενοῖ τὸ μόριον, ἐκεῖνο δ᾽ αὖ εἰς τὸ μετ᾽ αὐτὸ, καὶ τοῦτο οὐ παύεται μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας, ὥστε μεταδιδόντων τῶν ἐφεξῆς ἀεὶ μορίων ἑτέρων ἑτέροις τὸ πρῶτον πάθος τάχιστα διικνεῖσθαι μέχρι τῶν ἐσχάτων. δῆλον μὲν οὖν ἐστιν ὅτι ἐκ παντὸς εἰς πᾶν φέρεταί τι καὶ μεταλαμβάνεται καὶ ὅτι, ὡς γράφεται πρὸς αὐτοῦ, μία πάντων ἐστὶ σύμπνοιά τε καὶ σύῤῥοια. φαίνεται γὰρ τοῦτο σαφῶς ἐπί τε τῆς καρδίας καὶ τῶν ἀρτηριῶν ἁπασῶν καὶ τοῦ θώρακος καὶ τοῦ πνεύμονος. καθ᾽ ἑκάστην γὰρ σχεδὸν τοῦ καιροῦ ῥοπὴν τὰς ἐναντίας κινήσεις τε ἅμα τῶν ὀργάνων καὶ φορὰς τῶν ὑλῶν ἐστιν ἰδεῖν γιγνομένας. καὶ ὥσπερ εἰσπνέομεν ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ καὶ αὖθις πάλιν ἐν ἑτέρῳ ἀντεκπνέομεν, οὕτω καὶ τροφὴν ἐν ἑτέρῳ μὲν χρόνῳ τὸ ἧπαρ

pellit. Motus autem qui ab internis partibus irritant, ut in purgantibus medicamentis fit, et vehementiores ſunt et diuturniores, durantque dum affectio, quae in ore vaſorum eſt, quae nimirum trahit, quod vicinum eſt, permaneat. Haec enim in partem continentem evacuat; illa in eam rurſus, quae ſibi proxima ſuccedit, nec finis fit, donec ad ultimam ſuperficiem perventum ſit, ita ut partibus deinceps poſitis, ſibi ſemper altera alteri impertientibus, prima affectio celerrime usque ad extrema perveniat. Perſpicuum igitur eſt ex toto in totum aliquid ferri mutuoque recipi et, ut ipſe ſcribit, *unam eſſe omnium conſpirationem et confluxionem.* Id autem aperte cernitur in corde arteriisque omnibus, itemque thorace et pulmone. Siquidem omni fere temporis momento ſimul inſtrumentorum, ſimul materiarum contrarios motus fieri conſpicies, et quemadmodum alio tempore ſpiritum ducimus et alio viciſſim emittimus, ſic alimentum alio tempore jecur

Ed. Chart. VI. [279.]
ἐκ τῆς γαστρὸς, ἐν ἑτέρῳ δὲ ἡ γαστὴρ ἐκ τοῦ ἥπατος ἐπισπᾶται. ἐκεῖνο μὲν γινώσκειν χρὴ, ὡς δύο εἰσὶν ὁλκῆς εἴδη, τὸ μὲν τῇ πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθίᾳ, τὸ δ' οἰκειότητι ποιότητος γιγνόμενον. καὶ ὡς ἡ μὲν πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθία τὸ κουφότερον ἕλκει πρότερον, ἡ δὲ κατὰ τὴν τῆς ποιότητος οἰκειότητα πολλάκις τὸ βαρύτερον, ἂν τῇ φύσει συγγενέστερον ὑπάρχῃ. τὸ μέντοι κουφότερον φαίνεται ἀεὶ πρότερον ἀκολουθεῖν καὶ ταῖς ἀρτηρίαις καὶ τῇ καρδίᾳ. ὡς δὲ τρέφεσθαι δεομένοις εἰς αὐτοὺς τοὺς χιτῶνας ἕλκεται τὸ οἰκεῖον. ὁ δὲ δὴ τρόπος τῆς θρέψεως τῶν μορίων τοιόσδε ἐστί· τοῦ σώματος ἑαυτῷ συνεχοῦς τὰ μὲν ἐπιπολῆς μέρη πρῶτα ὁμιλούσης ἀπολαύει τροφῆς, ἐκ τούτων δ' αὖ μεταλαμβάνει κατὰ τὸ συνεχὲς ἕλκοντα τὰ τούτων ἐφεξῆς, εἶτ' ἐξ ἐκείνων αὖθις ἕτερα. καὶ τοῦτο γίνεται ἄχρις ἂν εἰς ἅπαντα τὰ μόρια διαδοθείη ἡ ποιότης τῆς τροφῆς. οὐχ ὁμοίως δὲ πάντα τὰ μόρια τρέφεται, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπὶ πλέον ἀλλοιουμένου δεῖται χυμοῦ, τὰ δ' ἧττον.

trahit ex ventriculo, alio vero ventriculus extrahit e jecore. Illud autem non est praetereundum, duo esse genera tractionis, unum fit successione ad id, quod vacuatur, alterum qualitatis familiaritate. Quod autem fit successione ad id, quod vacuatur, prius id trahit, quod levius est. Quod vero fit qualitatis familiaritate, saepe quod est gravius, modo id sit magis natura cognatum. Quanquam quod levius est, videtur cor et arterias prius petere. Quatenus vero etiam alimentum exigunt, in ipsas tunicas quod accommodatum est trahitur. Partes autem hoc potissimum modo nutriuntur, corporis, quod sibi continuum est, summae primum partes admoto sibi nutrimento fruuntur. Ab his rursum per continuum trahentes, sumunt eae, quae deinceps sunt. Deinde ab illis rursus aliae. Atque id fit usque dum alimenti qualitas in omnes sit partes distributa. Nec tamen partes omnes eodem modo aluntur, sed aliae sanguinem magis, aliae minus alteratum postulant. Quae autem hujusmodi sint alibi

ὅσα δὲ τοιαῦτά ἐστιν εἴρηται ἐν ἄλλοις καὶ οὐ χρὴ μηκύνειν ἔτι τὸν λόγον.

κδ'.

Συμπαθέα πάντα, κατὰ μὲν ὁλομελίην πάντα· κατὰ μέρος δὲ τὰ ἐν ἑκάστῳ μέρει μέρεα πρὸς τὸ ἔργον.

Περὶ γενέσεως τοῦ τῶν ζώων σώματος τέσσαρες κατὰ τὴν διαίρεσιν εὑρίσκονται δόξαι. πρώτη μὲν ἡ ἐξ ἀναισθήτων τε ἅμα καὶ ἀπαθῶν, δευτέρα δὲ ἡ ἐξ αἰσθητικῶν μὲν, ἀπαθῶν δέ. τοῦτο δ' ἀδύνατον. διὸ ἀπεχωρήσαμεν ἀμφοτέρων τῶν δοξῶν. λοιπαὶ δ' εἰσὶ δύο, μία μὲν ἐξ αἰσθητικῶν τε ἅμα καὶ πασχόντων στοιχείων τὸ σῶμα αἰσθανόμενον συνιστῶσα, δευτέρα δὲ ἡ οὐκ ἐξ αἰσθητικῶν μὲν, πασχόντων δέ. εἰ μὲν οὖν προσέχεις τὸν νοῦν, εὑρήσεις ὅτι πάντα τὰ τῶν ζώων σώματα αἰσθητικά ἐστι καὶ παθητικά. ἀλλὰ καὶ τὰ πρῶτα στοιχεῖα εἰς ἄλληλα δρᾷ καὶ πάσχει πολυειδῶς. ἐκ δὲ τῶν μὴ μεταβαλλόντων τὰς ποιότητας

dictum est, neque opus nunc est orationem producere longius.

XXIV.

Consentientia omnia, universae compagi omnia, parti vero partes in unaquaque parte ad opus.

De ortu corporis animantium quatuor opiniones per divisiones inveniuntur, prima, quae ex non sentientibus simul et non patientibus, secunda, quae ex sensibilibus quidem, sed impatibilibus ipsum constituit. Quod fieri non potest: ideo ab utraque opinione discessimus. Reliquae sunt duae, quarum altera ex sensibilibus patientibusque elementis corpus sentiens efficit, altera non ex sensibilibus illa quidem, sed ex patientibus. Verum si mentem adhibeas, omnia corpora animantium et sensibilia et patibilia esse comperies. Imo vero prima ipsa elementa vicissim agunt et patiuntur multis modis. Ex elementis

Ed. Chart. VI. [279. 280.]

στοιχείων οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι τι τῶν ἑτερογενῶν· ἐκ δὲ τῶν μεταβαλλόντων ἐγχωρεῖ. ὁρῶμεν γάρ ποτε ἐν πολλαῖς ταῖς μεταξὺ γινομέναις μεταβολαῖς τὸ τέως μέλαν αὖθις γενέσθαι λευκὸν καὶ τὸ τέως λευκὸν, αὖθις μέλαν, [280] καὶ τὸ νῦν ἀναίσθητον αὖθις αἰσθητικόν. ὅσοι μὲν οὖν ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ γῆς καὶ ἀέρος ἀλλοιουμένων τε καὶ μεταβαλλομένων καὶ κεραννυμένων δι᾽ ὅλων ἀξιοῦσι γενέσθαι τι τῶν συνθέτων σωμάτων αἰσθητικὸν, τἀληθὲς λέγουσιν. ὅτι δέ τινες λέγουσι τὰ σώματα μὴ εἶναι αἰσθητικὰ, ἐπειδὴ τῇ ἐνεργείᾳ οὐκ αἰσθάνεται, καὶ ἐν τῷδε ἐνδεχόμενα λέγουσι. τὸ γὰρ ἡμέτερον σῶμα καίτοι φανερῶς ὑπάρχον αἰσθητικὸν, ὅμως οὐκ αἰσθάνεται, πρὶν παθεῖν ὑπό τινος. διὸ ἤτοι ἐξ αἰσθητικῶν τε καὶ πασχόντων τῶν πρώτων στοιχείων, ἤτοι ἐξ ἀναισθήτων μὲν, ἀλλὰ μεταβάλλεσθαι καὶ ἀλλοιοῦσθαι δυναμένων ἀνάγκη συνίστασθαι τὸ μέλλον αἰσθήσεσθαι, ἀληθής ἐστιν ἡ τοῦ παλαιοῦ δόξα, πάντα εἶναι συμπαθῆ. ἢ νῦν λέγει περὶ τῶν μόνων τοῦ σώματος ἡμῶν μορίων ση-

autem qualitates non transmutantibus aliquid diverſi generis fieri non poteſt, ex transmutantibus poteſt. Videmus enim interdum in multis mutationibus, quae interjectis mediis fiunt, quod hactenus fuit nigrum, rurſus fieri album, et quod hactenus album fuit, viciſſim nigrum, et quod nunc ſenſile eſt, mox effici non ſenſile. Quicunque igitur ex igne, aqua, aëre et terra alteratis, transmutatis et per ſe tota temperatis, aliquod ex compoſitis corporibus ſenſibile fieri cenſent, ii verum pronunciant. Quod vero quidam ajunt, corpora non eſſe ſenſibilia, quia actu non ſentiunt, fortuito loquuntur. Etenim noſtrum corpus etſi eſt perſpicue ſenſibile, tamen non ſentit prius, quam ab aliquo quidpiam patiatur. Quare ſive ex ſenſibilibus et patientibus primis elementis, ſive ex non ſenſibilibus, ſed quae mutari alterarique poſſint neceſſario conſtitutum eſt, quod ſenſum ſit habiturum, vera eſt ſenis ſententia: *omnia eſſe conſentientia.* An de ſolis corporis noſtri partibus nunc loquitur, ſignificans omnes eſſe ſibi

Ed. Chart. VI. [280.]

μαίνων πάντα εἶναι ἀλλήλοις συμπαθῆ, τουτέστιν εἰς ὑπηρεσίαν ἑνὸς ἔργου πάνθ' ὁμολογεῖν. δῆλον γὰρ ὅτι τὰ μεγάλα τοῦ παντὸς ζώου μόρια, καθάπερ χεῖρες καὶ πόδες καὶ ὀφθαλμοὶ καὶ γλῶττα, ἐγένοντο χάριν τῶν ὅλων τοῦ ζώου ἐνεργειῶν· καὶ ὁμολογεῖ πάντα πρὸς ταύτας. ἀλλὰ καὶ τὰ μικρότερα πρὸς τοὔργον τοῦ παντὸς ὀργάνου καὶ αὐτὰ ἀναφέρεται. οἷον ἐν τῷ ὀφθαλμῷ, ἑνὶ ὄντι ὀργάνῳ τῆς ὄψεως καὶ ἐκ πολλῶν μορίων συνεστῶτι, ἅπαντα τὰ μόρια πρὸς ἓν ἔργον, τουτέστι πρὸς τὸ ὁρᾷν ὁμολογεῖται· τῶν δ' ἄλλων μορίων ὁ αὐτὸς λόγος. οὕτω μὲν οὖν ἡ γαστὴρ καὶ τὸ στόμα καὶ πόδες καὶ χεῖρες. τοῦτο δὲ οὐ πάντες εἰδέναι βούλονται, καίτοι κατὰ τόνδε τὸν λόγον εἰρηκότος τοῦ συγγραφέως. συγγνωστέον μέντοι καὶ πολλοῖς, ἀγνοοῦσι διὰ τὴν ἀσάφειαν τῆς λέξεως. καὶ γὰρ κατὰ τὸν παλαιὸν ἡρμήνευται τρόπον καὶ ταχέως καὶ ἀπὸ τῶν ἄνωθέν τε καὶ κάτωθεν ἀδιαλύτως, καθάπερ ἐστὶ πλεῖστα τῶν ἐν τῷδε τῷ γράμματι, ἢ αὐτοῦ τοῦτον τὸν τρόπον πρῶτον γράψαντος, ἢ τοῦ βιβλιογράφου, ὡς εἰκός ἐστι, σφαλέντος,

mutuo conſentientes, hoc eſt omnes in unius operis miniſterium conſpirare. Perſpicuum enim eſt, magnas omnis animalis partes, ut manus, ut pedes, ut oculos, ut linguam, omnium animalis actionum cauſa factas eſſe, omnesque ad actiones obeundas conſentire. Quin etiam minores ad totius inſtrumenti actiones ipſae quoque referuntur, ſicut in oculo, quod unum eſt aſpectus inſtrumentum et ex multis conſtat particulis, omnes particulae ad unum opus, hoc eſt ad videndum conſentiunt. Aliarum partium eſt eadem ratio. Sic ventriculus, ſic os, ſic pedes, ſic manus faciunt; non omnes tamen id noſſe volunt, quamvis hoc ſermone id expoſuerit hic auctor. Multis tamen danda venia eſt, propter dicendi obſcuritatem non intelligentibus. Hanc enim ſententiam et priſco more et ſuccincte extulit et ſurſum et deorſum ſine copulatione, ut dicta eſt maxima pars eorum, quae hoc libro continentur, vel quod ipſe primum ita ſcripſerit, vel quod librarius, ut veriſimile eſt, errarit, aut ad extremum quod

Ed. Chart. VI. [280.]

ἢ τέλος μετατεθειμένων καὶ κενωθησομένων πολλῶν πρός τε τοῦ Καπίτωνος καὶ Διοσκορίδου καὶ τῶν ἄλλων τολμηρῶν ἐξηγητῶν, ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις τοῦ Ἱπποκράτους πραγματείας συμβέβηκεν. ἀλλ' οὐ πρόκειται νῦν ἡμῖν τῶν ἄλλων ἐξελέγχειν τὰ σφάλματα, ἀλλὰ τὴν Ἱπποκράτους λέξιν ἐξηγήσασθαι. φησὶ γοῦν αὐτὸς κατὰ μὲν οὐλομελίην πάντα συμπαθέα, κατὰ δὲ μέρεα τοῦ μέρεος ἑκάστου πρὸς τὸ ἔργον, διδάσκων ἡμᾶς ὅτι τὰ μόρια πάντα, ὡς εἶπον, πρὸς ἓν ἔργον συντείνει· καὶ ἕκαστον μόριον ὡσαύτως, ὡς πρὸς τὸ ζῆν πάντα καὶ πρὸς μέσας τοῦ σώματος ἐνεργείας καὶ πρὸς τὰς μερικὰς ἐνεργείας τὰ κατὰ μέρη· ὡς αἱ χεῖρες τῆς ἀντιλήψεως χάριν ἐγένοντο, οἱ δ' ὀφθαλμοὶ τῆς ὄψεως, οἱ δὲ πόδες τῆς βαδίσεως καὶ τἄλλα τὸν αὐτὸν τρόπον. εἰ μὲν οὖν ὡς ὀφθαλμῶν καὶ χειρῶν καὶ ποδῶν ἅπασιν ἔνδηλον τοὔργον, οὕτω καὶ θώρακος καὶ πνεύμονος καὶ καρδίας καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἦν, οὐκ ἂν ἀναγκαῖον εἴη πολλὰ περὶ τούτων εἰπεῖν· νυνὶ δὲ πλείστων ἄδηλον τοὔργον καὶ μὴ μόνον τοῖς πολλοῖς καὶ τυχοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰατροῖς τε καὶ φιλοσόφοις. διὸ οὐκ ἐνδέχεται τῶν

multa ſint immutata et innovata a Capitone, a Dioſcoride et aliis audacibus interpretibus, ſicut in aliis Hippocratis ſcriptis contigit. Sed nunc non eſt nobis propoſitum aliorum errata arguere, ſed Hippocratis explicare ſententiam. Ait igitur: *in totius corporis compage omnia conſentiunt et partis cujusque partes ad ejus actionem conſpirant.* Quibus verbis nos docet, omnes partes, ut dixi, in unam actionem conſpirare, unamquamque eodem modo: ut omnes ad vitam et ad omnes corporis actiones conſentiunt, ſic ſingulae ad ſingulas actiones conſpirent, ſicut manus apprehenſionis cauſa factae ſunt, oculi aſpectus, pedes inceſſus et caeterae partes pari modo. Si igitur ut manuum, oculorum pedumque actio omnibus manifeſta eſt, ita etiam pectoris, pulmonis, cordis et aliarum omnium partium eſſet, non eſſet neceſſe de eis multa dicere; nunc vero actio plurimarum abdita eſt, nec ſolum vulgo et cuivis homini, ſed etiam medicis ac philoſophis, proinde fit

Ed. Chart. VI. [280. 281.]

κατὰ μέρος ἐξευρεῖν καὶ τὰς ἐνεργείας καὶ τὴν χρείαν οὐδενός. εὔδηλον δ᾽ ὅτι ὅσοι περὶ τὰς ἐνεργείας τῶν ὀργάνων σφάλλονται, οὗτοι καὶ τὴν χρείαν τῶν μορίων ἀγνοοῦσι. ταύτης δὲ μὴ γινωσκομένης οὔτε πῶς πάντα συμπάσχει κατὰ τὴν οὐλομελίαν οὔτε κατὰ τὰ μέρη δυνατόν ἐστι γινώσκεσθαι. ἄνευ γὰρ τῆς τοιαύτης θεωρίας πῶς τῶν ἐγκεφάλου μορίων ἢ καρδίας ἢ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων σπλάγχνων ἑτοίμως ἐξευρήσομεν ἑκάστου τὴν ὠφέλειαν; διαφέρουσι δὲ περὶ τούτων καὶ φιλόσοφοι πολλοὶ καὶ εὐδόκιμοι καὶ οἱ ἰατροὶ οὐ τυχόντες. [281] ὁ μὲν γὰρ τὴν καρδίαν, ὁ δὲ τὰς μήνιγγας, ὁ δὲ τὸν ἐγκέφαλον ἐν ἑαυτῷ φησιν ἔχειν τὰ τῆς ψυχῆς ἡγεμονοῦν· ὥστε καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων τὴν ὠφέλειαν ἄλλος ἄλλην ἐρεῖ. ἵνα γοῦν τὴν ἀλήθειαν γνῶμεν, δι᾽ ὀλίγων ῥημάτων διδάσκει Ἱπποκράτης τούς γε δυναμένους μανθάνειν τὰ αὐτοῦ. οὐ δύναται δὲ εὑρηθῆναι χωρὶς τοῦ περὶ χρείας μορίων ἀκριβῶς ἐπεσκέφθαι. τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τὸ γινώσκειν, ἥτις ἐστὶν ἡ ἀρίστη κατασκευὴ

ut neque actionem, neque ufum partium fingularum inveniamus. Quum interdum evidens fit, quicunque in actionibus inftrumentorum falluntur, eos etiam partium ufum ignorare, hoc autem ignorato, nec quomodo omnia in totius corporis compage fimul confentiant, neque quomodo id in fingulis partibus fiat, cognofci poteft. Etenim hac neglecta contemplatione, quomodo particularum cerebri aut cordis aut aliorum fere omnium vifcerum fingulorum utilitatem fine mora inveniemus? His de rebus diffentiunt multi clarique philofophi et medici non vulgares. Alius enim in corde, alius in membranis, alius in cerebro animae principatum ftatuit. Proinde partium, quae in illis funt, alius aliam utilitatem effe vult. Ergo ut veritatem cognofcamus, paucis verbis docet Hippocrates eos, qui ab ipfo poffunt perdifcere. Sed ea inveniri non poteft, nifi partium utilitas fit accurate confiderata. Quod in eo pofitum eft, ut quae fit optima corporis con-

Ed. Chart. VI. [281.]
τοῦ σώματος. ταῦτα δὲ ἐν τοῖς περὶ χρείας μορίων ἀκριβῶς ἐξείργασται.

κέ.

Ἀρχὴ μεγάλη εἰς ἔσχατον μέρος ἀφικνέεται, ἐξ ἐσχάτου μέρεος εἰς ἀρχὴν μεγάλην ἀφικνέεται.

Ἀρχὴν λέγομεν εἶναι τὸ μόριον ὃ τοῖς ἐφ' ἑαυτοῦ πεφυκόσιν ἤτοι δύναμιν ἢ πάντως γε τὴν ὕλην χορηγεῖ. ἵνα δὲ τὸ ζῶον ἅμα τε θερμὸν ᾖ συμμέτρως, εἰς ὅσον πρέπει τῷ ζώῳ γενέσθαι θερμῷ καὶ τοὺς τόπους ἀμείβειν δύνασθαι, δύο ἀρχὰς ἐπεκτήσατο, τὴν μὲν ἑτέραν ὀργάνων διαφυλαξάντων αὐτῷ τὴν κατὰ φύσιν θερμότητα, τὴν δὲ ἑτέραν τῶν ὑπηρετησόντων ἁπάσαις ταῖς καθ' ὁρμὴν ἐνεργείαις. ἐπειδὴ δὲ τὸ κύημα πληρωθῇ τοῦ αἵματος, τότε τρεῖς εἰσιν αἱ ἀρχαὶ, ἡ καρδία καὶ ὁ ἐγκέφαλος καὶ τὸ ἧπαρ. ἔστι μὲν τάδε ἀρχαὶ, ἀδιάρθρωτα δὲ καὶ ἄμορφα ἔτι, πῆξιν δὲ ἤδη

ſtitutio, cognoſcatur. Haec autem in libris de uſu partium ſunt diligenter pertractata.

XXV.

Principium magnum in ultimam partem pervenit, ex ultima parte ad principium magnum pervenit, una natura eſſe et non eſſe.

Principium eſſe dicimus partem, quae iis a ſe exortis aut facultatem aut materiam omnino praebet. Ut autem animal ſit moderate calidum, quatenus ei convenit ut calidum fiat ac mutare locum queat, duo principia nactum eſt, alterum inſtrumentorum, quae naturalem calorem conſervent, alterum eorum, quae omnibus ex appetitu actionibus obtemperent. Ubi vero foetus ſit repletus ſanguine, tum tria ſunt principia, cor, cerebrum, jecur. Haec tamen principia indiſtincta adhuc ſunt et informia, ſed quae coagulationem quandam notabilemque

Ed. Chart. VI. [281.]

τινὰ καὶ μέγεθος ἀξιόλογον ἔχοντα. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τὰς μὲν τρεῖς ἀρχὰς ἔστιν ἰδεῖν ἐναργῶς· ὑπογραφὴν δέ τινα ἁπάντων ἄλλων μορίων. ἔπειτα δὲ τὰ ἐν τοῖς κώλοις καὶ ἐν τῷ ὅλῳ τῷ σώματι πάντα διαρθροῦται. τριῶν μὲν οὖν οὐσῶν ἔμαθες ὅτι ὁ ἐγκέφαλός ἐστιν ἀρχὴ τῶν προαιρετικῶν ἐνεργειῶν, ἡ καρδία δὲ τῶν ζωτικῶν ὀνομαζομένων, τὸ δὲ ἧπαρ τῶν περὶ τροφῆς, ἃς δὴ καὶ φυσικὰς ὀνομάζουσιν. νῦν δὲ ἐπειδὴ ἐν τῇ καρδίᾳ ἡ ἀρχὴ ζωῆς συνίσταται καὶ αὐτή ἐστιν ἀρχή τε καὶ πηγὴ τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ἧς ἄνευ οὐ δύναται ζῶόν ποτε ζῆν, διὰ τοῦτο τὴν καρδίαν αὐτὴν ἀρχὴν μεγάλην καλεῖ· ἐξ αὐτῆς γὰρ ὁρμῶσα ἡ ἔμφυτος θερμότης εἰς πάντα τοῦ ζώου μόρια, καὶ τὰ ἐγγυτάτω καὶ τὰποῤῥωτάτω, ἅπερ αὐτὸς ἔσχατα λέγει, κατὰ πᾶσαν ὥραν καὶ πάντα χρόνον ἀφικνέεται καὶ πάλιν εἰς αὐτὴν παλινδρομεῖ, ὡς τοιαύτην τινὰ γενέσθαι ἀμοιβὴν, οἵαν δὴ ἔφαμεν πολλάκις πρὸς τὴν ζωὴν ἀναγκαίαν εἶναι, καὶ ταύτης στερούμενον τὸ ζῶον οὐχ οἷόν τε μὴ μόνον οὐκ ἐνεργεῖν τι τῶν ὅλων πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ μηδ᾽ ὅλως ζῆν.

magnitudinem habeant. Progreſſu autem temporis licet haec tria principia evidenter intueri et quandam etiam aliarum omnium partium deſcriptionem; denique et artus et quae in toto ſunt corpore diſtinguuntur. Quum igitur tria ſint, noſti cerebrum eſſe voluntariarum actionum principium, cor earum, quae vitales nominantur, jecur earum, quae ad nutrimentum pertinent, quas etiam naturales vocant. Quumque in corde ſit vitae principium, ipſumque ſit et origo et ſons innati caloris, ſine quo nunquam vivere animal poteſt, ideo ipſum cor magnum principium nuncupat. Siquidem ab ipſo dimanans nativus calor in omnes animantis partes et proximas et remotiſſimas, quas ipſe ultimas vocat, omnibus horis omnique tempore pervenit et rurſus ad idem principium revertitur, ut talis quaedam fiat viciſſitudo, quam perſaepe eſſe ad vitam, neceſſariam admonuimus et qua privatum animal non poſſe non ſolum nihil plane agere rerum omnium, ſed ne omnino quidem vivere. Ac fortaſſe hoc unam

Ed. Chart. VI. [281. 282.]

καὶ ἴσως τήνδε μίαν φύσιν καλεῖ, ὡς τοιαύτης οὔσης ἄνθρωπος εἴη, μὴ οὔσης δὲ οὐκ εἴη.

κστ΄.

Νούσων διαφοραὶ ἐν τροφῇ, ἐν πνεύματι, ἐν θερμασίῃ, ἐν αἵματι, ἐν φλέγματι, ἐν χολῇ, ἐν χυμοῖσιν, ἐν σαρκὶ, ἐν πιμελῇ, ἐν φλεβὶ, ἐν ἀρτηρίῃ, ἐν νεύρῳ, μυΐ, ὑμένι, ὀστέῳ, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ, στόματι, γλώσσῃ, στομάχῳ, κοιλίῃ, ἐντέροισι, φρεσὶ, περι- [282] τοναίῳ, ἥπατι, σπληνὶ, νεφροῖσι, κύστεϊ, μήτρῃ, δέρματι. ταῦτα πάντα καὶ καθ᾽ ἓν καὶ κατὰ μέρος. μέγεθος αὐτῶν μέγα καὶ οὐ μέγα.

Ἦν ἐπὶ τοῦ τῶν νοσημάτων ἀριθμοῦ ζήτησις παρὰ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς. εἶπον γάρ τινες ἑπτὰ τὰ πάντα εἶναι αὐτά· ἄλλοι δὲ ἐλάττω τούτων ἢ πλείω. ἄλλοι δὲ, ὡς οἱ ἀπὸ Κνίδου, τὸν τῶν μορίων τοῦ σώματος ἀριθμὸν τῆς νόσου προσέγραψαν, ὡς εἶναι τῆς χολῆς νόσους ἑπτά· τῆς

naturam nuncupat, ut quum hic calor adſit, homo ſit, quum ille abſit, homo eſſe deſinat.

XXVI.

Morborum differentiae in alimento, in ſpiritu, in calore, in ſanguine, in pituita, in bile, in humoribus, in carne, in pinguedine, in vena, in arteria, in nervo, muſculo, membrana, oſſe, cerebro, ſpinali medulla, ore, lingua, gula, ventriculo, inteſtinis, ſepto transverſo, peritonaeo, jecore, liene, renibus, veſica, utero, cute, haec omnia tum ſigillatim, tum per partes, magnitudo ipſorum magna et non magna.

De numero morborum apud omnes veteres medicos extitit quaeſtio. Quidam enim omnes morbos eſſe ſeptem numero dixerunt, alii aut plures aut pauciores. Alii, ut Cnidii, numerum partium corporis ad numerum morborum accommodarunt, ut bilis ſint morbi ſeptem, veſicae

Ed. Chart. VI. [282.]
δὲ κύστεως ιβ', νεφρῶν δὲ δ', τοῦ μηροῦ δὲ β', τοῦ ποδὸς ε'. ὡς καὶ στραγγουρίας τέσσαρας, τετάνους τρεῖς, ἰκτέρους δ', καὶ φθίσεις γ', καὶ κυνάγχας πολλὰς, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τὰς τῶν ἐντέρων διαθέσεις πολλάς. ὅπερ οὔτε ἀληθὲς, οὔτε ἀναγκαῖόν ἐστιν. * * *
ἀλλ' εἰ νῦν κινήσαιμι τὴν περὶ διαφωνίας αὐτῶν διέξοδον, ἀπάξω τοῦ χρησίμου τὸν λόγον. διττὸν γὰρ δή που γένος ἐστὶ νοσημάτων, ἕτερον μὲν ἐν τοῖς ὁμοιομερέσι σώμασιν, ἕτερον δὲ ἐν τοῖς ὅλοις ὀργάνοις, ὡς ἐν τοῖς ὁμοιομερέσιν εἰσὶν αἱ δυσκρασίαι, τῶν δ' ὅλων ὀργάνων ἓν μὲν τὸ παρὰ τὴν διάπλασιν, ἓν δὲ τὸ παρὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν μορίων, ἄλλο δὲ τὸ παρὰ τὸ ποσὸν ἑκάστου καὶ τὸ παρὰ τὴν θέσιν. ἔστι καὶ ἡ τῆς συνεχείας λύσις, ὡς εἶναι ἓξ τὰ πάντα τῶν νοσημάτων γένη· αἱ δὲ καθ' ἕκαστον αὐτῶν διαφοραὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων εἰδῶν ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς εἴρηται. ἄλλας δὲ τῶν νόσων διαφορὰς νῦν αὐτὸς λέγει· ὡς ἐκ τῆς τροφῆς, ἐκ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πολλῶν. καὶ γὰρ ἐκ τῆς τρο-

duodecim, renum quatuor, femoris duo, pedis quinque, ſicut etiam difficultatis urinae quatuor, diſtentiones tres, morbi regii quatuor, tabis tres, anginae multos, eodemque modo inteſtinorum multas affectiones poſuerunt; quod neque verum eſt, neque neceſſarium. * * * Verum ſi nunc de illorum diſſenſione dicere aggrediar, ſermonem ad inutilia deflectam. Morborum enim duplex eſt genus, alterum in partibus ſimilaribus, alterum in totis organis. Ut in ſimilaribus ſunt intemperies, ſic et in inſtrumentis unum in figura ſpectatur; alterum in numero partium, tertium in cujusque quantitate, quartum in ſitu obſervatur. Eſt vero etiam ſolutio continui, atque ita ſena ſunt omnia genera morborum. Horum autem cujusque differentiae ad ultimas usque ſpecies in libro de differentia morborum expoſitae ſunt. Alias vero morborum differentias ipſe nunc connumerat, quae ab alimento, ab aëre nos ambiente et ab aliis multis rebus oriuntur. Etenim fieri morbos ex alimento in libro de natura hominis atte-

Ed. Chart. VI. [282.]
φῆς γίνεσθαι νοσήματα εἶπεν αὐτὸς κατὰ τὸ περὶ φύσεως ἀνθρώπου, ταυτὶ γράφων· αἱ δὲ νοῦσοι γίνονται αἱ μὲν ἀπὸ διαιτημάτων, αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ ἐσαγόμενοι ζῶμεν. καὶ τὴν διάγνωσιν ἑκατέρων προστίθησιν. ἐπεὶ δὲ μὴ μόνον ἀπὸ τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν θερμῶν λουτρῶν ἢ ψυχρῶν καὶ γυμνασίων, ἀργίας τε καὶ ἀγρυπνίας καὶ λύπης καὶ θυμοῦ καὶ ψύξεως καὶ ἐγκαύσεως γίνονται, εἰκότως προσέγραψεν, ἐν θερμασίῃ καὶ τὰ λοιπά. ἐπειδὴ δὲ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἔχει πρὸς μὲν τὰς φλέβας ἡ ἐκ τῆς κοιλίας εἰς αὐτὰς ἀναδιδομένη τροφὴ, πρὸς δὲ τὰς σάρκας ἡ ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς ἐκείνας, ἣν παρεῖχε τὰ ἐσθιόμενά τε καὶ πινόμενα πρὸς τὴν γαστέρα. διὰ τοῦτο ἐκ τῶν κακοχυμιῶν πάμπολλα συμβαίνει γενέσθαι νοσήματα, ὡς ἐρυσιπέλατά τε καὶ καρκίνους καὶ γάγγραινας, φαγεδαίνας τε καὶ ἄνθρακας καὶ ἕρπητας, ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα. ἐνίοτε δὲ τὰ ἐδέσματά ἐστι μοχθηρὰ ἢ φύσει ἢ διὰ σηπεδόνα τινά. καὶ φύσει καθάπερ κρόμμυά τε καὶ σκόροδα καὶ κάρδαμα καὶ πράσα, διὰ σηπεδόνα τε ὥσπερ καὶ πυροὶ καὶ κριθαὶ καὶ τἄλλα τὰ γεύματα. τοι-

ſlatus eſt his verbis: *morbi autem tum a victu, tum a ſpiritu, quem trahentes vivimus, oriuntur.* Tum utriusque generis diſtinctionem adjunxit. Quia vero non ſolum ab iis, quibus veſcimur, quaeque bibimus, ſed etiam a lavacris, exercitationibus, otio, vigilia, moerore, ira, frigore et aeſtu morbi gignuntur, merito addidit: *in calore*, et reliqua. Quum autem alimentum e ventriculo in venas diſtributum eandem habeat proportionem cum venis et cum carnibus, id quod e venis in ipſas diditur, quam habuerunt eſculenta et poculenta cum ventriculo, idcirco ex vitio humorum plurimi morbi oriri ſolent, ut eryſipelata, cancer, gangraenae, phagedaenae, carbunculi, herpetes et caeteri generis ejusdem. Edulia autem interdum vitioſa ſunt aut natura, aut propter corruptelam quandam. Natura, ut caepa, allium, cardamum, porrum; propter corruptelam, ut triticum, hordeum et alia quae guſtantur. Hujusmodi autem eduliis veſci fame coacti

Ed. Chart. VI. [282. 283.]
αὖτα γοῦν ἐδέσματα ἀναγκασθέντες ἐσθίειν πολλοὶ διὰ λιμὸν οἱ μὲν ἀπέθανον ἀπὸ σηπεδονωδῶν τε καὶ λοιμωδῶν νόσων, οἱ δὲ ἐξανθήμασιν ἑάλωσαν ψωρώδεσί τε καὶ λεπρώδεσι. τοῦτο μὲν γάρ φανερόν ἐστιν, ὅτι τὰ ἐδέσματα τὰ μοχθηρὰ μοχθηρὸν εἴωθεν αἷμα γεννᾷν· ἐκ δὲ τοῦ αἵματος ἡ θρέψις γίνεται· ὅθεν πολλὰ γένη τῶν νοσημάτων ὑπάρχει. πάντων δὲ διὰ τοῦτο ἀπέχεσθαι συμβουλεύω τῶν μοχθηρῶν τε καὶ κακοχύμων ἐδεσμάτων, κἂν εὔπεπτά τισιν εἴη. λανθάνει γὰρ ἐν χρόνῳ πλείονι μοχθηρὸς ἐν ταῖς φλεψὶ χυμὸς ἐξ αὐτῶν ἀθροιζόμενος· ὃς τοῦ χρόνου προϊόντος τοὺς πυρετοὺς κακοήθεις ἐργάζεται. οὕτω καὶ τὴν ποικιλίαν τῶν ἐδεσμάτων φευκτέον. οὐδὲν γὰρ τοῦδε μᾶλλον ἐναντιοῦται πέψει σιτίων, καὶ μάλιστα, ὅταν αὐτὰ τὰ ἐδέσματα ἐξ ἐναντίων ταῖς δυνάμεσι σύγκειται. [283] τί λέγω τὴν ἔνδειαν τῆς τροφῆς; αὕτη γὰρ πλειόνων αἰτίαν παρέχει νοσημάτων, ὡς καὶ τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας ἐκτιτρώσκειν· ὡς ἐν ἄλλοις μὲν τὴν χολὴν γενέσθαι, ἐν ἄλλοις δὲ ψυχρότητα, ἐν ἄλλοις τρόμον, ἐν ἄλλοις ῥύσιν τῶν τριχῶν. κατὰ τὸν αὐτὸν

aut mortui sunt oppressi morbis, qui a corruptela oriri solent et quos pestis affert, aut pustulis sunt correpti, scabiem lepramque referentibus. Id enim manifestum est, vitiosa edulia sanguinem vitiosum gignere, ac nutritionem a sanguine effici. Unde multa genera morborum existunt. Itaque hoc consilii do, abstinendum esse ab omnibus vitiosis malique succi eduliis, etiam si sint ad concoquendum facilia. Humor enim vitiosus ex ipsis collectus diu in venis latet, qui progressu temporis malignas febres gignit. Eodemque pacto censeo eduliorum varietatem esse fugiendam, si quidem nihil est, quod ciborum concoctioni magis adversetur, praesertim vero quum ipsa edulia ex contrariis sint conflata facultatibus. Quid dicam de alimenti indigentia? ipsa enim multorum morborum causa est usque adeo, ut etiam mulieres uterum gerentes abortum faciant, in aliis bilis gignatur, in aliis refrigeratio, in aliis tremor, in aliis capilli defluant. Simili quoque modo

Ed. Chart. VI. [283.]
*δὲ τρόπον, ἂν τροφὴ παρὰ φύσιν, ὥς αὐτός φησι, πλείων εἰσέλθῃ, τοῦτο νόσον ποιεῖ. διὸ πειρατέον ἡμῖν, διότι κενούμεθα, ὡς τρέφεσθαι καὶ ὡς ἴσην εἶναι τὴν τροφὴν τῷ πλήθει τῆς ἀποῤῥεούσης οὐσίας. ἀποῤῥεῖ δὲ πλεῖστον μὲν τῶν θερμῶν καὶ μαλακῶν σωμάτων καὶ κινουμένων συνεχῶς ἢ σφοδρῶς, ἐλάχιστον δὲ τῶν ψυχρῶν καὶ σκληρῶν καὶ μετρίαις ἐνεργείαις ὑπηρετούντων * ἀλλὰ καὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἡ μὲν σκληροτέρα καὶ λιθώδης μόνιμός ἐστι καὶ δυσκίνητος, ἡ δὲ ὑγρὰ καὶ μαλακὴ ταχὺ μὲν ὑπὸ τῆς * εἰς * ἀναλύεται, ταχὺ δ' ἐξαπ νεῖται. ἀνάλογον οὖν εἶναι χρὴ τὸ ποσὸν τῆς τροφῆς τῷ ποσῷ τῆς διαπνοῆς. * τοὶ διαφοραὶ τῶν νοσημάτων ἐπὶ μὲν τῇ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κράσει γίνονται, διὰ τὴν ἑκάστου φύσιν καὶ δίαιταν, ἣν ὑγιαίνων διαιτᾶται. εἰ γὰρ ἡ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κρᾶσις ἦν αἰτία μόνη τῶν νοσημάτων, ἅπαντες ἂν ἐνοσοῦμεν ἐν ἑκάστῃ τῶν ὡρῶν ἐκείνας τὰς νόσους, ὅσαι τῶν ὡρῶν εἰσιν οἰκεῖαι. νῦν δὲ*

ſi alimentum praeter naturam plus ingeſtum ſit, ut ipſe ait, *hoc morbum facit.* Quocirca danda nobis opera eſt, ut quoniam evacuamur, alimentum aequale ſit copiae ejus ſubſtantiae, quae defluit. Plurimum autem defluit a calidis mollibusque corporibus et iis quae aut aſſiduo aut vehementi motu cientur, minimum autem a frigidis, duris et quae moderatas actiones obeunt. * Et quod ad ſubſtantiam pertinet, quae durior lapideaque eſt, permanens eſt et aegre movetur. Quae vero humida eſt ac mollis * cito a reſolvitur. Quocirca copia alimenti debet copiae perſpirationis proportione reſpondere. * Morborum differentiae ex temperatura aëris non ambientis fiunt ex natura cujusque victus ratione, qua bene valens quis utatur. Si enim ſola aëris nos ambientis temperatura eſſet cauſa morborum, omnes in ſingulis anni temporibus illis generibus morborum affligeremur, qui morbi ad illa eſſent tempora accommodati. Sed et propter errata, quae

Ed. Chart. VI. [283.]

καὶ διὰ τὰς ἐν τῇ διαίτῃ τε καὶ τῷ βίῳ πλημμελείας καὶ ἄλλας πολλὰς αἰτίας αἱ νόσοι γίνονται, ὡς ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου γέγραπται. τὴν δὲ διάγνωσιν αὐτὸς γράφει. * * λέγει δὲ μόνην τὴν θερμότητα, ὅτι δραστικωτάτη αὕτη τῶν ποιοτήτων ἐστίν· ἑξῆς δὲ τὴν ψυχρότητα· εἶθ' ὑγρότητα καὶ ξηρότητα. θερμότης μέντοι καὶ ψυχρότης ὅλην ἀλλοιῶσαι δύνανται τὴν πλησιάζουσαν οὐσίαν. ὑγρότης δὲ καὶ ξηρότης ἐν χρόνῳ μὲν μεταλλάττουσι καὶ αὗται τὰ ὑποκείμενα, διὰ τάχους δὲ οὐχ ὁμοίως ταῖς εἰρημέναις. οὐκ ἔστι δὲ εἷς τρόπος οὔτε γενέσεως οὔτε αὐξήσεως τῆς θερμότητος, ἀλλ' ἤτοι διὰ κίνησιν ἢ διὰ σῆψιν ἢ δι' ὁμιλίαν ἑτέρας θερμότητος ἢ δι' ἐπίσχεσιν ἀποῤῥοῆς θερμῆς ἢ δι' ἐπιμιξίαν οὐσίας θερμῆς. ἐξ ὁμιλίας μὲν οὖν, ὡς εἴτε ἥλιος εἴτε πῦρ εἴτε φάρμακον εἴη τὸ θερμαῖνον, ἔξωθεν ἁπτόμενον ἢ πλησιάζον. ἐκ κινήσεως δὲ, ὡς ὅταν ὁ θυμὸς κινεῖ σφοδρῶς τὴν θυμοειδῆ δύναμιν, ἐν τῷ σώματι τῆς καρδίας καθιδρυμένην. ἐκ δὲ τῆς σήψεως

in victu committuntur et propter multas alias caufas morbi oriuntur, quemadmodum in libro de natura hominis fcriptum eft. Caeterum diftinctionem ipfe attulit. * * Solam autem caliditatem commemorat, quia ipfa eft qualitatum efficaciffima. Ad ipfam addidit frigiditatem, tum humiditatem ac ficcitatem, ac caliditas quidem et frigiditas totam fubftantiam, quae vicina fit, alterare poffunt; humiditas vero et ficcitas temporis progreffu mutant ipfae quoque res fubjectas, fed tamen non tam celeriter ficut antedictae. Non eft autem unus modus neque originis, neque incrementi caliditatis, fed hoc fit aut propter motum, aut propter putredinem, aut propter alterius caliditatis vicinitatem, aut propter calidae effluxionis retentionem, aut calidae fubftantiae admixtionem. Propter vicinitatem, ut facit fol aut ignis, aut fi medicamentum calefaciens extrinfecus admotum contingat aut adhaereat. Propter motum, ut quum ira vehementer commovet facultatem irafcendi, quae in corpore cordis collocata eft. Propter vero putredinem *

Ed. Chart. VI. [283.]

* * διττὴ γὰρ ἡ πρόφασις τῆς ἐπιῤῥοῆς· μία μὲν, ὅταν ἐξ ἑτέρων μορίων ἐπιπέμπηται τοῖς ἀσθενεστέροις τὰ περιττώματα, δευτέρα δὲ, ὅταν ἕλκηται, τῆς θερμασίας ἤτοι γε ἕλκειν ὑφ᾽ ἑαυτὴν, ἢ δέχεσθαι ῥεύματα πεφυκυίας. * * θερμοῦ δὲ κρατοῦντος νοσεῖν ἀνάγκη τὸ ζῶον, εἶδος νοσήματος ἐοικὸς τῇ φύσει τοῦ κρατήσαντος αἰτίου. φλεγμοναὶ μὲν οὖν καὶ ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητες καὶ ἄνθρακες καὶ τὰ καυσώδη καὶ πάντα τὰ πυρετώδη πάθη ἐστὶ τοιαῦτα, ὡς πάλιν σπασμοὶ καὶ τέτανοι καὶ παλμοὶ καὶ νάρκαι καὶ παραλύσεις, ἐπιληψίαι τε καὶ παραπληγίαι τοῦ κρατοῦντος ψυχροῦ. καθάπερ αὖ πάλιν ἐκ τῆς μελαίνης χολῆς καρκίνοι τε καὶ ἐλέφαντες καὶ ψώρα καὶ δέρματος κνησμὸς καὶ τεταρταῖος πυρετὸς καὶ ἡ μελαγχολία καλουμένη καὶ τὸ τοῦ σπληνὸς μέγεθος καὶ τὰ ἄλλα πολλὰ γενέσθαι πέφυκε· καὶ ἐκ τῶν ἄλλων χυμῶν ἄλλα, ἅπερ οὐ χρὴ ἐν τῷ νῦν χρόνῳ καταριθμεῖν. μεγάλην οὖν χρείαν τοῖς ζώοις ἡ σύμμετρος παρέχει θερμασία, μάλιστα μὲν τῷ πνεύματι τῷ ψυχικῷ καὶ τοῖς κυριωτάτοις ὀργάνοις, ἤδη

Duplex enim eſt cauſa effluxionis, altera quum ab aliis partibus excrementa ad imbecilliores mandantur, altera quando eodem trahuntur, quod caliditas apta ſit fluxiones ad ſe trahere, aut easdem recipere. * * Si calor ſuperet, neceſſe eſt ut animal aegrotet eo morbi genere, qui morbus ſimilis ſit naturae ejus cauſae, quae ſuperarit. Quare inflammationes et eryſipelata et herpetes et carbunculi et affectus cum ardore et febre conjuncti ſunt hujusmodi, ſicut etiam convulſiones, diſtentiones, palpitationes, ſtupores, nervorum reſolutiones, morbi comitiales et paraplegiae frigoris ſuperantis affectus ſunt. Quo etiam modo ex atra bile exoriri ſolent cancer, elephas, ſcabies, pruritus cutis, quartana febris et affectio quae melancholia dicitur et lienis magnitudo atque alia permulta. Et item ex aliis humoribus alia, quae non ſunt hoc tempore annumeranda. Magnam autem utilitatem affert animantibus calor moderatus, praecipue autem animali ſpiritui et inſtrumentis locum ma-

Ed. Chart. VI. [283. 284.]
δὲ καὶ καθ' ὅλον τὸ σῶμα, ὡς ἑτέρωθι δέδεικται. * * [284] *τὸ μὲν γὰρ ψυχρὸν αἷμα πῶς ἂν εἰς ἀτμοὺς λύοιτο; ἀμέτρως δὲ θερμὸν, εὐκόλως μὲν λύεται εἰς ἀτμοὺς, ἀλλ' εἰς θολεροὺς τούτους καὶ καπνώδεις.* * * *ταῦτ' ἄρα τὸ μελαγχολικὸν αἷμα καὶ τὸ πικρόχολον εἰς ἀτμοὺς μοχθηροὺς λυόμενον τὸ μὲν εἰς μελαγχολίαν, τὸ δὲ εἰς φρενῖτιν ἄγει. ἐνίοτε δὲ καὶ παραφροσύνην φέρει, ὡς ἐν τοῖς καυσώδεσι πυρετοῖς. ἐπειδὴ δὲ ἰδία ἑκάστου τῶν μορίων οὐσία ψυχροῦ καὶ θερμοῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ κρᾶσις ποιά τίς ἐστιν, ἰστέον ὅτι ξηρὸν μὲν ἀμέτρως, ἢ ὑγρὸν οὐκ ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ γίγνοιτο τῶν μορίων οὐδὲν, ψυχρὸν δὲ ἐσχάτως ἢ θερμὸν δύναιτ' ἂν προφανῶς γίνεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο κρᾶσις διαφθείρεται ὑπ' οὐδενὸς οὕτω ταχέως ὡς ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν θερμασίαν ἀμετρίας· καθάπερ καὶ ὄφελος οὐ σμικρὸν, ὅταν εἴη κατὰ φύσιν θερμόν. καὶ τοῦτο οὐ μόνον κατὰ τὴν πρώτην διάπλασιν, ἐν ᾗ θᾶττον μὲν ὀστοῦν πήγνυται, θᾶττον δὲ ἀποτείνεται τὰ νεῦρα· θᾶττον δὲ αἱ φλέβες καὶ ἀρτηρίαι*

xime principem obtinentibus; ſed et toti corpori, ſicut alibi oſtenſum eſt. * Quomodo enim frigidus ſanguis in vapores ſolveretur? immodice vero calidus facile quidem in vapores ſolvitur, verum turbidos et fumoſos. * * Ob hanc igitur cauſam ſanguis melancholicus et bilioſus in vapores vitioſos ſolvuntur et alter ad melancholiam, alter ad inſaniam perducit. Interdum vero etiam in febribus ardentibus ad delirium. Quum autem propria cujusque pars ſubſtantia ſit frigidi, calidi, humidi et ſicci quaedam temperatura, ſciendum eſt nullam partem ſtatim immoderate ſiccam aut humidam reddi, extreme vero frigidam aut calidam evidenter effici. Itaque temperatura a nulla re tam celeriter corrumpitur quam ab immoderato caſore, ſicut non exigua utilitas eſt, quum naturalis calor eſt. Idque non ſolum in prima conformatione, in qua oſſa citius concreſcunt, nervi citius extenduntur, venae et

Ed. Chart. VI. [284.]

*συριγγοῦνται καὶ τἄλλα πάντα διαπλάττεται μόρια· ἀλλὰ κατὰ πᾶσαν τὴν ζωήν. οὕτω δὲ καὶ περὶ φλέγματός τε καὶ τῆς χολῆς ξανθῆς καὶ μελαίνης νομιστέον. ταῦτα γὰρ ὥσπερ καὶ τὸ αἷμα, ὅταν * * * οὐ γὰρ βούλονται, οὐδὲ μανίαν ἐπὶ μελαίνῃ χολῇ γίνεσθαι, καθάπερ μηδὲ καρκίνον, μηδὲ ἐλέφαντα, μηδὲ τὰς θηριώδεις ἐν φρενίτισι παρακοπὰς, μηδὲ κιρσοὺς, μηδ' αἱμοῤῥοΐδας. * * καθάπερ οὐδὲ τὸ πικρόχολον καὶ ὀῤῥῶδες περίττωμα. καί τοι φαίνονται πάντες κατὰ τὸ σῶμα οἱ χυμοὶ περιεχόμενοι. καὶ τοῦτο Ἱπποκράτης ἀπέδειξεν ἐκ τοῦ πάντας ἐκκρίνεσθαι τοῖς ὑγιαίνουσιν ἑλκομένους ὑπὸ τῶν οἰκείων ἑκάστου φαρμάκων. * * * φαίνεται ταῦτα. καὶ τὸ μέγεθος δὲ καὶ τὸ ἦθος ἑκάστου τῶν νοσημάτων ἐκ τούτων λαμβάνεται. καὶ τὸ μέγεθος μὲν ἐκ τοῦ τῆς διαθέσεως μεγέθους καὶ ἐκ τῶν ἑπομένων αὐτῇ συμπτωμάτων. τὸ δὲ ἦθος γνωρίζεται ἔκ τε τῆς διαφορᾶς τοῦ νοσήματος καὶ ἐκ τῶν συμπτωμάτων τῶν αὐτῇ ἑπομένων. τριχῶς γὰρ ἑκάστου νοσήματος μεγάλου γενομένου, διὰ τὸ κύριον τοῦ*

arteriae citius in fistulae formam se induunt ac caetera membra formantur omnia, sed etiam in vita universa. Idem est de pituita, de flava bile deque atra judicandum. Haec enim, sicut etiam sanguis, cum * * * Neque enim volunt maniam ab atra bile exoriri, sicut neque cancrum, neque elephantiasin, nec ferina deliria in phrenitide, neque varices, neque haemorroidas. * * * Sicut neque biliosum serosumque excrementum, et tamen omnes humores in corpore contineri perspiciuntur, idque Hippocrates demonstravit eo, quod omnes in bene valentibus, quum unusquisque a proprio medicamento trahitur, excernuntur. * * Haec videntur. Itemque magnitudo et mos cujusque morbi ex iis percipitur. Ac magnitudo quidem ex affectionis magnitudine et symptomatis ipsam consequentibus. Mos vero tum ex differentia morbi, tum ex symptomatibus ipsum consequentibus cognoscitur. Quum enim quisque morbus tri-

Ed. Chart. VI. [284.]
πεπονθότος μορίου, διὰ τὸ μέγεθος τῆς διαθέσεως καὶ διὰ τὴν κακοήθειαν αὐτοῦ· τὰ παραδείγματα εἴη ταῦτα. ἐν μὲν οὖν τῇ κεφαλῇ καὶ τῇ κοιλίᾳ τρώματα τὸ κύριον ἐμφαίνει τοῦ τετρωμένου μορίου, κακοήθη δὲ γίνεται ταχέως πάντα τὰ ἐν τοῖς ἄρθροις τρώματα. κίνδυνος γὰρ ἐνταῦθα μὲν ὀδυνηθῆναι καὶ ἀγρυπνῆσαι καὶ σπασθῆναι καὶ παραφρονῆσαι. οὕτω δὲ καὶ τὰ μεγάλα, ὅσα οὕτως ἐστὶ μεγάλα, ὡς ῥαφῆς χρήζειν, ἢ καὶ τῆς ἐπιδέσεως. ἐπὶ δὲ τῶν χυμῶν ἔσται ταὐτὸ τοῦτο δῆλον. ὁ γὰρ μελαγχολικὸς χυμὸς ἐπικρατῶν ὀλεθριώτατός ἐστιν, ὅτι τε κακοηθέστατος αὐτός ἐστι καὶ διαβρωτικώτατος καὶ δύσπεπτος καὶ δυσεκκάθαρτος, ὅτι τε πλείστην ἐνδείκνυται θερμασίαν, ὑφ' ἧς κατοπτηθεὶς ἐγένετο. αἱματικὸς δὲ ὅτι γλυκύτατός τέ ἐστι καὶ εὐπεπτότατος, πάντων ἐπιεικέστατος εἶναι βούλεται. οἱ δ' ἄλλοι δύο χυμοὶ μεταξὺ τῶν εἰρημένων εἰσί. τῶν συμπτωμάτων δὲ

*

---

bus modis magnus fiat, aut propter nobilitatem affectae partis, aut propter affectionis magnitudinem, aut propter morum ipsius malitiam, exempla erunt haec, vulnera capitis et ventriculi praestantiam vulneratae partis indicant. Maligna autem statim fiunt vulnera, quae in articulis sunt. Illic enim doloris, vigiliarum, convulsionis et delirii periculum instat, sic etiam magna, quae ita magna sunt, ut vel suturam, vel deligaturam postulent. In humoribus hoc idem manifestum est: etenim melancholicus exuperans perniciosissimus est, et quod malignus est maxime roditque maxime et aegre concoquitur aegreque purgatur, et quod plurimum subesse caloris, a quo perassatus est, indicat. Sanguineus, quia dulcissimus est et maxime aptus ad concoquendum, omnium est mitissimus. Alii duo humores sunt inter praedictos interjecti medii. Symptomatum autem.

*

Ed. Chart. VI. [285.]

κζ'.

[285] *Τεκμήρια, γαργαλισμὸς, ὀδύνη, ῥῆξις, γνώμη, ἱδρὼς, οὔρων ὑπόστασις, ἡσυχίη, ῥιπτασμὸς, ὄψιες, φαντασίαι, ἴκτερος, λυγμὸς, ἐπιληψίη, αἷμα ὁλοσχερὲς, ὕπνος καὶ ἐκ τούτων καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ φύσιν καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐς βλάβην καὶ ἐς ὠφελίην ὁρμᾷ. πόνοι ὅλου καὶ μέρεος καὶ μεγέθους σημήϊα, τοῦ μὲν ἐς τὸ μᾶλλον, τοῦ δὲ ἐς τὸ ἧσσον· καὶ ἀπ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ μᾶλλον καὶ ἀπ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ ἧσσον.*

---

* * οὔτε τῆς προαιρετικῆς δυνάμεως οὔτε τῶν ὀργάνων τῶν προαιρετικῶν ἴδιόν ἐστι πάθος, ὥσπερ ὁ τρόμος τε καὶ σπασμός· ἀλλ' ἐν ἅπασι γίνεται σώμασιν, ὅσα γε διαστέλλεσθαι πέφυκεν· ἅπερ μαλακὰ τὴν φύσιν εἰσὶν, ὡς διάστασιν καὶ συνίζησιν ὑπομένειν δύνασθαι. ἐνίοτε μὲν γὰρ οὗτος ὁ παλμὸς ἐκ τῶν ὀξέων καὶ δακνωδῶν συμβαίνει χυμῶν, τῶν δακνωδῶν * * καὶ ἔστι κίνησις ἐοικυῖα τῇ κινήσει, ἣ μὲν καλεῖται πρὸς πάντων

XXVII.

Signa, titillatio, dolor, ruptio, mens, ſudor, urinarum ſedimentum, quies, iactatio, viſa, phantaſiae, icterus, ſingultus, morbus comitialis, ſanguis integer, ſomnus, et ex his et ex aliis quae ſecundum naturam ſunt et quaecunque ejusmodi caetera ad noxam et utilitatem procedunt. Labores totius et partis et magnitudinis ſigna; alterius quidem ad majus, alterius vero ad minus et ex utrisque ad majus et ex utrisque ad minus.

---

* * Neque facultatis voluntariae, neque inſtrumentorum ad hanc pertinentium eſt propria affectio, ſicut tremor et convulſio, ſed omnibus accidit corporibus quaecunque dilatari poſſunt. Haec ſuapte mollia ſunt, ut et dilatari et rurſus ſedere in ſe queant. Interdum haec palpitatio ex acribus mordacibusque humoribus exoritur. * * Eſt motus ſimilis ei motui, qui vulgo dicitur titillatio, fitque ex digitorum contactu.

Ed. Chart. VI. [285.]

γαργαλισμὸς, γίνεται δὲ ἐκ τῆς τῶν δακτύλων ἀφῆς. *

ὁ μὲν δὲ τρόμος τοιαύτη τίς ἐστι κίνησις· ὁ δὲ τῶν μορίων κλόνος, ὁ ἐν τῷ νοσώδει ῥίγει γινόμενος, ἄνευ τε προαιρέσεως ἀποτελεῖται καὶ μετὰ μεγάλα διαστήματα, τῶν ἐναντίων κινήσεων τῶν ἀλλήλων διαδεχομένων. * * *παραπλήσιον δ' ἐστί πως τούτῳ πάθει ἄλλο μυῶν τε καὶ νεύρων, ὃ καλεῖται σπασμός.* * *ἱκανῶς ἤδη μοι* * * *τῷ βουλομένῳ δὲ ἀκριβῶς ὑπὲρ ἁπάντων τῶν εἰρημένων τῆς τε διαγνώσεως καὶ τῆς γενέσεως μανθάνειν ἔξεστιν ἀναγινώσκειν τὸ βιβλίον, ἐν ᾧ τελέως ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν διῆλθον. πρὸς δὲ τὰ λοιπὰ νῦν ἰτέον καὶ πρῶτον μὲν περὶ τῆς ὀδύνης λεκτέον, εἶτα περὶ τῶν ἑπομένων ἐφεξῆς.* * * *

* * Tremor talis quidam eſt motus. Partium vero concuſſio, quae in morboſo rigore fit, ſine voluntate efficitur et poſt longa intervalla, quum motus contrarii ſeſe excipiunt. * * Huic ſimilis eſt alius morbus, qui musculos et nervos occupat, qui convulſio nominatur. * * Satis enim jam a nobis eſt dictum * * Qui autem eorum omnium, quorum facta mentio eſt, accurate tum cognitionem habere, tum originem perdiſcere ajunt, poterit is noſtrum librum perlegere, in quo de iis omnibus plene diſſeruimus. Nunc autem ad reliqua progrediendum eſt, ac primum de dolore dicendum, tum deinceps de conſequentibus.

* *

ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΡΟΦΗΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑ Δ.

Ed. Chart. VI. [286.]

α'.

[286] Γλυκὺ, οὐ γλυκύ. γλυκὺ ἐς δύναμιν, οἷον ὕδωρ, γλυκὺ ἐς γεῦσιν, οἷον μέλι. σημεῖα ἑκατέρων ἕλκεα, ὀφθαλμοὶ καὶ γεύσιες. καὶ ἐν τούτοισι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. γλυκὺ ἐς τὴν ὄψιν καὶ ἐν χρώμασι καὶ ἐν ἄλλῃσι μίξεσι γλυκὺ μᾶλλον καὶ ἧσσον.

GALENI IN HIPPOCRATIS LIBRUM DE ALIMENTO COMMENTARIUS IV.

I.

Dulce, non dulce; dulce facultate, ut aqua, dulce gustu, ut mel. Signa utrorumque ulcera, oculi et gestus et in his magis et minus. Dulce ad aspectum et in coloribus et aliis mixturis dulce magis et minus.

Ed. Chart. VI. [286.]

* *Τινὰ μὲν αὐτῶν εἰσιν ὑγρὰ, τινὰ δὲ ξηρὰ, καὶ τινὰ μὲν γλίσχρα, τινὰ δὲ εὔθρυπτά τε καὶ εὐδιαίρετα. καὶ τινὰ μὲν δριμύτητας ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντα, τινὰ δὲ ὀξύτητας ἢ πικρότητας ἢ γλυκύτητας ἢ ἀλυκότητας ἢ αὐστηρότητας ἢ στρυφνότητας ἤ τινας ἔξωθεν τούτων ἄλλας δυνάμεις. ἐπεὶ δὲ ἐπιστήμη γίνεται ἢ ἐξ αἰσθήσεως, ἢ ἐκ νοήσεως ἐναργοῦς, ἡμᾶς ἀναγκαῖόν ἐστιν ἢ θατέρῳ τούτων, ἢ ἀμφοτέροις χρήσασθαι πρὸς τὴν τῶν νῦν προκειμένων εὕρεσιν. καὶ πρῶτον μὲν* * *

β'

Ἀραιότης σώματος ἐς διαπνοὴν, οἷσι πλέον φέρεται, ὑγιεινότερον, οἷσι δὲ ἔλαττον, νοσερώτερον. πυκνότης σώματος ἐς διαπνοὴν, οἷσιν ἔλαττον ἀφαιρέεται, νοσερόν.

Διττῆς οὔσης βλάβης τοῖς τῶν ζώων σώμασιν, ἑτέρας μὲν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων, ἑτέρας δὲ ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν,

* Ipſorum quaedam humida, quaedam ſicca, quaedam tenacia, quaedam friabilia et facile dividua ſunt. Quaedam acrimoniam in ſe habent, quaedam acorem, quaedam amaritiem aut dulcedinem aut ſalſuginem aut auſteritatem aut acerbitatem aut alias praeter has qualitates. Quum autem ſcientia oriatur aut a ſenſu, aut ab evidenti notione, nos ad eorum, quae modo propoſita nobis ſunt, inventionem aut altero horum, aut utroque uti neceſſe eſt.

II.

Raritas corporis ad perſpirationem, quibus amplius fertur, ſalubrius, quibus minus, inſalubrius. Denſitas corporis ad perſpirationem, quibus minus aufertur, morboſum.

Quum duplex ſit noxa, qua corpora animantium afficiuntur, altera ab externis, altera ab internis cauſis

Ed. Chart. VI. [286. 287.]

ὧν μὲν μαλακόν ἐστι καὶ ἀραιὸν τὸ δέρμα, τούτων εὐάλωτόν ἐστι τοῖς μὲν ἔξωθεν ἅπασιν, τοῖς δ' ἔνδοθεν, ὧν πυκνόν τε καὶ σκληρόν. διὸ καλόν ἐστιν οὕτως παρασκευάζειν τὸ δέρμα, ὡς ἑκατέρας φυλάττεσθαι τὰς ὑπερβολὰς καὶ μήτ' εἰς τοσοῦτον πυκνὸν τὸ δέρμα ποιεῖν, ὡς κωλύειν διαπνοεῖσθαι καλῶς, μήθ' οὕτως ἀραιὸν, ὡς ὑπὸ παντὸς τῶν ἔξωθεν αἰτίου αὐτῷ προσπιπτόντων ῥᾳδίως βλάπτεσθαι. ἴσμεν γὰρ ὅτι τὰ μὲν ἀραιὰ τῶν σωμάτων ἀσθενέστερα μὲν εἰσι καὶ πλεῖον διαμένουσιν ὑγιεινὰ, ὅταν δὲ νοσῶσι, ῥᾷον ὑγιαίνουσι· τὰ δὲ πυκνὰ τοὐναντίον. εἰ γοῦν συνεχῶς τις νοσοίη, σκεπτέον ἐπ' αὐτὴν τὴν αἰτίαν. διττὴν γὰρ ἔχει τὴν πρόφασιν, ἤτοι πλῆθος ἢ κακοχυμίαν. ὅταν οὖν ἐλάττω τὰ διαπνεόμενα τοῦ σώματος ᾖ τῶν λαμβανομένων, αἱ πληθωρικαὶ νόσοι γίνονται. διὸ δεῖ φυλάττεσθαι τὴν συμμετρίαν τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων πρὸς τὰ κενούμενα, σκεψαμένων ἡμῶν ἐν ἑκατέροις τὴν ποσότητα. ἀφαιρεῖν δὲ χρὴ τῶν τροφῶν ἤτοι τῆς ποιότητος, [287] ἢ τῆς ποσότητος, ἢ καὶ συναμφοτέρων. καὶ τοὺς μὲν τὸ

profecta, quorum mollis raraque cutis eſt, ea ab omnibus externis cauſis facile corripiuntur, quorum vero denſa duraque eſt, ea facilius ab internis. Quocirca prodeſt cutim ita praeparare, ut utrumque exceſſum caveamus, ut neve cutim ita denſam reddamus, ut ne recte fiat perſpiratio prohibeamus, neve ita laxemus, ut a quacunque cauſa foris in ipſam incidenti facile laedatur. Scimus enim rara corpora imbecilliora eſſe et ſana diutius permanere et quum aegrotant, facilius ſaneſcere, denſa vero contra. Quod ſi quis continenter aegrotet, inſpicienda cauſa erit. Siquidem duplex ejus rei cauſa eſt, aut plenitudo, aut vitioſus humor. Quum igitur e corpore minus perſpiratur quam ſint ea, quae ſumpta ſunt, morbi ex plenitudine oriuntur. Proinde aptus modus eorum, quae edimus et bibimus, ſervandus eſt, habita ratione eorum, quae evacuantur, quantitate in utrisque ponderata. Eſt autem detrahendum de alimentorum aut qualitate, aut quantitate, aut de utraque, atque in iis, qui celeriter

Ed. Chart. VI. [287.]

πλῆθος ταχέως ἀθροίζοντας ἑκατέρων, ὅσοι δὲ οὐ ταχίως, ἢ οὐ μέγα, ἀρκέσει θάτερον, ὅπερ ἂν αὐτὸς ὁ κάμνων αἱρῆται. τὸ μὲν οὖν τῆς ποσότητος ἀφελεῖν ῥᾴδιον, τὸ δὲ τῆς ποιότητος ἐν τῇ τῶν ὀλιγοτρόφων ἐδεσμάτων γίγνεται προσφορᾷ. οἱ δὲ κακοχυμίαν ἀθροίζοντες οὐχ ὡσαύτως τοῖς τὸ πλῆθος ἀθροίζουσιν. οὐχ εἷς γάρ ἐστιν ὁ σκοπὸς, ὅτι μηδὲ τῆς κακοχυμίας ἰδέα μία. ἔστι μὲν γὰρ ψυχροτέρα τε καὶ φλεγματικωτέρα τις, ὥσπερ καί τις θερμοτέρα τε καὶ χολωδεστέρα· καὶ πάλιν τις ὑδατωδεστέρα καί τις μελαγχολικωτέρα. ἀφεκτέον οὖν ἐν ἑκάστῃ σιτίων τε καὶ ποτῶν, ὅσα πέφυκε γεννᾷν ἑτοίμως τὸν ἀθροιζόμενον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ χυμόν. εἰ δὲ τύχοι, ἀληθὲς εὑρίσκεται τὸ ὑφ' Ἱπποκράτους ῥηθὲν, ὅτι οἷς πλείω φέρεται κατὰ τὸ δέρμα, τούτους μὴ νοσεῖν συνεχῶς· διότι εἰσὶν εὐδιάπνευσται· τοὺς δὲ ἐπ' ἐναντίον διακειμένους ἐναντίως· καὶ τοῦτ' ἔστιν ὅπερ αὐτὸς προστίθησιν εἰπών.

---

copiam humorum colligunt, de utraque. Qui non celeriter, aut non multum, ſatis erit alteram imminuere, quamcunque aegrotus optarit. Quantitatem imminuere facile eſt; quod ad qualitatem pertinet, fit ea edulia offerendo, quae parum nutriunt. Qui vero vitioſos humores accumulant, non ſunt eo modo tractandi, quo ii qui plenitudinem congerunt, ſiquidem non eſt unus ſolum ſcopus, quum neve una quidem ſit malitiae humorum ſpecies. Eſt enim quaedam frigidior ac pituitoſior, ut quaedam calidior et glioſior, ſicut rurſus quaedam magis aquea et quaedam magis melancholica. In ſingulis autem cibi potusque omittendi ſunt, qui cito gignere poſſint humorem, qui in homine accumulatur. Quod ſi contingat, verum invenitur quod ab Hippocrate dictum eſt: *quibus plus ad cutim fertur, eos non aſſidue aegrotare*, quia libera corporis perſpiratio eſt. Qui contrario modo ſe habent, contra. Atque id eſt quod ipſe addit, quum ait.

Ed. Chart. VI. [287.]

γ.

Οἱ διαπνεόμενοι καλῶς ἀσθενέστεροι καὶ ὑγιεινότεροι καὶ εὐανάσφαλτοι· οἱ διαπνεόμενοι κακῶς, πρὶν ἢ νοσέειν, ἰσχυρότεροι· νοσήσαντες δὲ δυσανάσφαλτοι. ταῦτα δὲ καὶ ὅλῳ καὶ μέρει.

Ὅταν βλάβη τίς ἐστι τῶν πόρων, ἐφ' ᾗ κωλύεται διαφορεῖσθαι τὰ περιττώματα καὶ κακῶς διαπνεόμενοι τυγχάνομεν, αὕτη ἔμφραξις ἢ πύκνωσις ἢ μύσις τῶν πόρων ἢ καὶ στέγνωσις ὀνομάζεται. διαφέρει μέντοι ἔμφραξις τῆς πυκνώσεως, ὅτι ἔμφραξις ὑπὸ γλίσχρων ἢ παχέων περιττωμάτων ἀθροώτερον ἐπὶ τὸ δέρμα ὁρμησάντων γίνεται, πύκνωσις δὲ ὑπὸ τῶν στυφόντων καὶ ψυχόντων. ἔνιοι μὲν οὖν καλῶς διαπνεόμενοι ταύτην τὴν βλάβην φεύγουσιν, οἵπερ εἰ καὶ ἀσθενέστεροί εἰσιν, ἀλλ' ὅμως ὑγιεινότερον ζῶντες τυγχάνουσι, καὶ εἰς νόσους πεσόντες περιεστήκασιν. ἔνιοι δὲ οὕτως εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς κατεσκευάσθησαν κακῶς, ὡς

III.

Qui probe perſpirant, imbecilliores et ſalubriores exiſtunt et facile convaleſcunt. Qui male perſpirant, priusquam aegrotent, robuſtiores ſunt. Quum vero in morbum inciderunt, difficilius ſaneſcunt. Haec autem et toti et parti attribuuntur.

Quum vitium quoddam meatuum cutis eſt, quo per halitum diſcuti excrementa prohibentur ac nos male tranſpiramus, id obſtructio aut condenſatio aut contractio meatuum aut etiam anguſtatio nominatur. Obſtructio tamen a condenſatione differt, quod obſtructio a tenacibus craſſisque excrementis confertim ad cutim ruentibus fiat, condenſatio ab adſtringentibus et refrigerantibus oriatur. Quidam autem, qui probe perſpirant, hoc vitium effugiunt, qui licet ſint imbecilliores, tamen magis ſani vitam degunt et quum in morbos incidunt, ſuperſtites evadunt. Quidam vero ſic a principio ſunt male conſti-

Ed. Chart. VI. [287.]
ἀεὶ νοσεῖν, μηδ' ὑγιαίνειν δύνασθαι, κἂν αὐτὸν αὐτοῖς ἐπιστήσῃς τὸν Ἀπόλλωνα. καὶ ταῦτα μὴ μόνον ἐν τῷ ὅλῳ σώματι, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον μόριον. αἴτιόν ἐστι τὰ μὴ διαφορούμενα περιττώματα· ἡμᾶς μὲν γὰρ ἐσθίειν μὲν καὶ πίνειν ἀναγκαῖον, ἐπειδὴ διὰ παντὸς ἀποῤῥεῖ τι τοῦ σώματος· ἐπεὶ δ' ἐσθίομεν καὶ πίνομεν, ἀναγκαῖον αὖθίς ἐστι τῆς τῶν περιττωμάτων προνοεῖσθαι κενώσεως. ἔστι δὲ τούτων εἴδη πολλὰ, ὡς τὰ μὲν ἐν τῇ γαστρὶ, πεττομένης τροφῆς, τὰ δὲ τῆς ἐν ἥπατι καὶ ἀρτηρίαις καὶ φλεψὶ, τὰ δὲ τῆς καθ' ἕκαστον μόριον. διὸ χρὴ καὶ τὴν κένωσιν αὐτῶν ἰδίαν εἶναι καθ' ἕκαστον· ὡς μηδ' εἰς νόσον πεσεῖν μηδ' ἐνοχλεῖσθαί τι. ἔστι γὰρ οὐκ ἀδύνατον τοῦτο, διότι εὑρίσκονται εἰς ταύτην τὴν χρείαν ἐν τοῖς ζώοις ὄργανα πολλὰ, τὰ μὲν ἐκκαθαίροντά τε καὶ διακρίνοντα ταυτὶ τὰ περιττώματα, τὰ δὲ παράγοντα, τὰ δὲ ἀθροίζοντα. καὶ ταῦτα πάντα ἡ φύσις αὐτὴ φαίνεται ἐξ ἀρχῆς ἐργαζομένη.

---

tuti, ut ſemper aegrotent, neque poſſint valere, etiamſi eis ipſum Apollinem praeficias. Haecque non modo in toto corpore, ſed etiam in ſingulis partibus viſuntur. In cauſa ſunt excrementa, quae per halitum non extruduntur. Neceſſe enim eſt ut comedamus bibamusque, propterea quod ſemper aliquid defluit e corpore. Quum autem edamus ac bibamus, neceſſe etiam eſt ut provideamus quo excrementa evacuentur. Eorum autem multa ſunt genera, ut quaedam ſint in ventriculo confecti cibi, quaedam ejus, qui in jecore, arteriis et venis, quaedam ejus, qui in ſingulis partibus continetur, ſane cujusque ſuam eſſe evacuationem oportet, quo neque in morbum animal cadat, neque ullam plane moleſtiam ſentiat. Id quod fieri non poteſt, quandoquidem in animantibus multa in hunc uſum inſtrumenta comperiuntur, tum quae deducant, tum quae in unum conducant, tum quae excernant, quae omnia natura videtur eſſe vel ab initio fabricata.

Ed. Chart. VI. [288.]

δʹ.

[288] *Πνεύμων ἐναντίην σώματι τροφὴν ἕλκει, τὰ δὲ ἄλλα πάντα τὴν αὐτήν.*

Τῶν τρεφομένων ἕκαστον ἕλκει εἰς ἑαυτὸ τὴν τροφὴν ἐκ τῶν παρακειμένων ἀγγείων. καὶ ἐκ μὲν τῶν ἀρτηριῶν εὔλογον ἕλκεσθαι λεπτοτέραν, ἐκ δὲ τῶν φλεβῶν παχυτέραν. τὸ γὰρ περιεχόμενον ἐν ταῖς ἀρτηρίαις αἷμα λεπτότερον καὶ ἀτμωδέστερόν ἐστιν, ἐκ δὲ τοιούτου βέλτιόν ἐστι τρέφεσθαι χαύνη σαρκὶ, καθάπερ ἐκ παχυτέρου τῇ πυκνῇ. διὰ τοῦτο ἡ σὰρξ τοῦ πνεύμονος χαυνοτάτη καὶ κουφοτάτη οὖσα καὶ μικροῦ δεῖν λευκὴ καθάπερ ἐξ ἀφροῦ πεπηγυῖα, τρέφεται ἐξ αἵματος ἀκριβῶς καθαροῦ καὶ ξανθοῦ καὶ λεπτοῦ καὶ πνευματώδους. τὸ γὰρ παρὰ τῆς καρδίας ἐπιπεμπόμενον αὐτῷ αἷμα ἅπαντα ἔχει ταῦτα τὰ πλεονεκτήματα. ἀλλὰ καὶ τὸ ἧπαρ ὑπὸ χρηστοῦ τε ἅμα τοῦ αἵματος καὶ παχέος τρέφεται, διά τε τὴν λεπτότητα τοῦ χιτῶνος τῶν ἐν ἑαυτῷ φλεβῶν καὶ τὸ μέγεθος τῶν κατατρήσεων. ὁ δὲ σπλὴν ἐκ τοῦ

IV.

Pulmo contrarium corpori alimentum trahit, alia vero omnia idem.

Quicquid nutritur, ab adjacentibus ſibi vaſculis alimentum in ſe trahit. Ac conſentaneum eſt ut ab arteriis tenuius, a venis craſſius trahatur. Sanguis enim, qui arteriis continetur, tenuior eſt et vaporoſior. Atque hoc ali carnem laxam, ſicut craſſiore denſam praeſtat. Ideo pulmonis caro, quae laxiſſima leviſſimaque eſt, ac paulo minus alba, utpote quae ex ſpuma concrevit, nutritur ſanguine exquiſite puro et flavo et tenui et ſpirituoſo. Sanguis enim, qui a corde ad ipſum transmittitur, has omnes praerogativas habet. Jecur quoque nutritur ſanguine probo ſimul et craſſo, tum propter tenuitatem tunicae venarum, quae in ipſo ſunt, tum propter foraminum magnitudinem. Lien vero alitur humore melancholico, qui ab ipſomet viſcere ſit elaboratus. Horum autem

Ed. Chart. VI. [288.]

μελαγχολικοῦ χυμοῦ, ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ σπλάγχνου κατεργασθέντος. καὶ τοίνυν καὶ τῆς σαρκὸς τῶν τριῶν τούτων σπλάγχνων ἰδέαι κατὰ τοῦ τρέφοντός εἰσιν εἶδος χυμοῦ. ἐὰν δὲ ἑνὶ λόγῳ βούληται εἰδέναι τις τὸ περὶ τῶν τριῶν σπλάγχνων τῆς τροφῆς, ὧδε ἔχει. τὸ μὲν ἧπαρ ἐξ ἐρυθροῦ καὶ παχέος αἵματος· ὁ δὲ σπλὴν ἐκ λεπτοῦ μὲν, ἀλλὰ μέλανος· ὁ δὲ πνεύμων ἐξ ἀκριβῶς κατειργασμένου καὶ ξανθοῦ καὶ λεπτοῦ καὶ πνευματώδους καὶ καθαροῦ τὴν θρέψιν λαμβάνει. νῦν δὲ ὡς πάντων πάντα μετέχει τἄλλα μόρια, οὕτω καὶ ἀρτηρίαι καὶ φλέβες· καὶ αἱ μὲν ὀλίγου καὶ λεπτοῦ καὶ ἀτμώδους αἵματος, αἱ δ' αὖ φλέβες ἐλαχίστου καὶ αὗται πνεύματος ὁμιχλώδους δὲ καὶ παχέος. εἴπερ οὖν δεῖται τρέφεσθαι τὸ σῶμα τοῦ πνεύμονος, οὐκ ἰλυώδει τινὶ καὶ παχείᾳ τροφῇ, ὡς τὸ τοῦ ἥπατος, ἀλλὰ, καθάπερ ἐῤῥέθη, λεπτῇ καὶ κούφῃ καὶ ἀτμώδει, πάντα φαίνεται ἐν τῷ ζώῳ καλῶς πρὸς τοῦ δημιουργοῦ γεγενημένα. τρέφεται γὰρ ἕκαστον ἐκ τῆς ὁμοίας αὐτῷ τροφῆς. κοῦφον δέ ἐστι καὶ μανὸν τὸ τοῦ πνεύμονος σῶμα. δεῖται γοῦν ἀτμώδους

trium viſcerum carnis ſpecies formae humoris ipſas nutrientis reſpondent. Si quis vero ſummatim ſcire velit, quomodo haec tria viſcera nutriantur, ita ſe res habet: jecur ex rubro craſſoque ſanguine, lien ex tenui, ſed nigro, pulmo ex accurate elaborato, flavo, tenui, ſpirituoſo puroque alimentum ſumit. Nunc autem quemadmodum aliae partes omnes ſunt omnium participes, ſic venae et arteriae ſunt, quarum hae exigui, tenuis et vaporoſi ſanguinis, venae rurſus pauciſſimi ſpiritus, ſed caliginoſi et craſſi. Si igitur corpus pulmonis alimentum poſtulat, non limoſum illud quidem et craſſum, ſicut corpus jecoris, ſed, ut dictum eſt, tenue, leve et vaporoſum: profecto apparet omnia in corpore animalis ab opifice recte facta eſſe. Unumquodque enim alimento ſibi ſimili nutritur. Leve autem ac rarum eſt pulmonis corpus. Ergo vaporoſum, tenuem et purum ſanguinem, non limoſum et craſſum, ſicut jecur, poſtulabat. Ex quo factum

Ed. Chart. VI. [288.]
καὶ λεπτοῦ καὶ καθαροῦ τοῦ αἵματος, οὐχ ὥσπερ τὸ ἧπαρ ἰλυώδους καὶ παχέος. ὅθεν ἔμπαλιν αὐτῷ τὰ τῶν ἀγγείων ἔχει, μάλιστα μὲν τοῖς καθ᾽ ἧπαρ· ἤδη δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦ ζώου μορίοις. ἐκείνων μὲν γὰρ ἀραιός τε καὶ λεπτὸς ὁ χιτών ἐστι τοῦ ἀγγείου τοῦ τὸ αἷμα χορηγοῦντος. διὸ πλεῖστον τοῦ παχέος ἑτοίμως τοῖς περιέχουσι διαδίδωσιν. ὁ δὲ τοῦ πνεύμονος, παχὺς καὶ πυκνὸς καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲν πλὴν τὸ λεπτότατον ἐᾷ διεξέρχεσθαι. ἔτι δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις μορίοις αἱ ἀρτηρίαι εἰσὶ παχεῖαι καὶ πυκναὶ, δι᾽ ἣν αἰτίαν παντάπασιν ὀλίγον ἀτμώδους αἵματος τοῖς παρακειμένοις μορίοις ἕλκειν ἐπιτρέπουσι. τῷ δὲ πνεύμονι μόνῳ πάμπολυ τὸ τοιοῦτον μεθιᾶσιν ὑπὸ μανότητος καὶ λεπτότητος μὴ δυνάμεναι στέγειν. ὅθεν γίνεται, ὡς παντὶ τῷ πνεύμονι τὰ περὶ τὴν τροφὴν ὑπεναντίως ἔχει τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῦ ζώου μορίοις. καὶ μὴ θαυμαστὸν τοῦτό γε, ἐπεὶ καὶ τὰ τῆς τοῦ σώματος ἰδέας, ὄντος ἐν τῷ σώματι οὐδενὸς οὔτε οὕτω μανοῦ καὶ κούφου οὔτε πνευματώδους. ἀλλὰ καὶ ἴσμεν τρεῖς ἐπικουρίας αὐτῷ πρὸς τὴν τροφὴν ἐξ ἀνάγ-

eſt, ut vaſa habeat contraria, praecipue iis, quae in jecore ſunt, deinde vero aliis animalis partibus. In illis enim rara tenuisque eſt tunica vaſis ſanguinem ſuppeditantis. Propterea fit ut plurimum craſſi ſanguinis ac celeriter partibus circumſtantibus diſtribuat. At tunica in pulmone craſſa denſaque eſt, proinde nihil, niſi quod tenuiſſimum ſit, elabi ſinit. Jam vero in aliis partibus arteriae craſſae denſaeque ſunt. Qua ſane ratione paucum omnino ipſumque vaporoſum ſanguinem proximis partibus trahere permittunt. Soli vero pulmoni plurimum hujusmodi impartiuntur, utpote quae propter raritatem ac tenuitatem continere ipſum non poſſint. Ex quo efficitur ut quod ad nutrimentum pertinet, in pulmone contrarium ſit, atque in caeteris omnibus animalis partibus. Neque hoc mirabile eſt, quandoquidem etiam ipſius corporis forma ita ſe habet, quum nihil in toto corpore neque ita rarum, neque ita leve, neque ita ſpirituoſum reperiatur. Sed ſcimus etiam tria adjumenta ad alimentum accommodata ei neceſſario ineſſe:

Ed. Chart. VI. [288. 289.]

κης ὑπάρχειν, μίαν μὲν, τὸ πλῆθος τῆς ἐγχωρίου θερμότητος, ἑτέραν τὴν ἐν ταῖς εἰσπνοαῖς τοῦ πνεύμονος διάστασιν, [289] καὶ τρίτην ἀπὸ καρδίας ἐπιπεμπομένου μόνῳ αὐτῷ τοῦ αἵματος, ἀκριβῶς ἐν ἐκείνῃ κατειργασμένου καὶ λελεπτυσμένου· ἔτι δὲ μεγίστας ἐν αὐτῷ τὰς φλέβας· ἵνα ὅσον ἀπολείπεται τοῦ τρέφειν ἱκανῶς, διὰ τὴν τοῦ χιτῶνος πυκνότητα, τοῦτ᾽ ἐκ τοῦ μεγέθους αὐτῶν ἀναπληροῦται. περὶ δὲ τῆς ἀρτηριώδους φλεβὸς καὶ φλεβώδους ἀρτηρίας οὐ χρὴ νῦν λέγειν. ἐνήλλακται γὰρ καὶ ἡ τούτων τῶν ἀγγείων φύσις ἐν τῷ πνεύμονι· ὅτι βέλτιον ἦν ἐν τούτῳ μόνῳ τῷ σπλάγχνῳ στεγανὴν μὲν τὴν φλέβα, μανὴν δὲ εἶναι τὴν ἀρτηρίαν· ὃ μὴ ἴσασιν οἱ μὴ ἐν ταῖς ἀνατομαῖς ἐσκεμμένοι καὶ μὴ ζητοῦντες τὰς αἰτίας τῶν φυσικῶν δυνάμεων.

ε.

Ἀρχὴ τροφῆς πνεύματος, ῥῖνες, στόμα, βρόγχος, πνεύμων καὶ ἡ ἄλλη διαπνοή. ἀρχὴ τροφῆς καὶ ὑγρῆς καὶ ξηρῆς

primum copiam domeſtici caloris, alterum pulmonis dilatationem in inſpirationibus, tertium ſanguinem a corde ad ipſum emiſſum, qui in corde ſit accurate elaboratus et attenuatus. Praeterea vero maximae in ipſo venae ſunt, ut quantum propter tunicae craſſitudinem juſto alimento detrahitur, tantum magnitudine ipſarum expleatur. De arterioſa autem vena et venoſa arteria nihil nunc attinet dicere, ſiquidem horum etiam vaſorum natura in pulmone mutata eſt, propterea quod in hoc | ſolo viſcere denſam venam raramque arteriam eſſe praeſtabat. Quod ignorant ii, qui non ſunt in corporum diſſectionibus exercitati, quique naturalium facultatum cauſas non inveſtigant.

V.

Principium alimenti ſpiritus, nares, os, guttur, pulmo reliquaque perſpiratio. Principium alimenti tum hu-

στόμα, στόμαχος, κοιλίη· ἡ δὲ ἀρχαιοτέρη τροφὴ διὰ τοῦ ἐπιγαστρίου, ὀμφαλός.

Ἐγὼ μὲν ἐπὶ πλέον διῆλθον ὁπόση τίς ἐστιν ἡ τέχνη τῆς φύσεως ἐν ἅπασι τοῖς τῆς τροφῆς ὀργάνοις, εἰ τῆς προκειμένης πραγματείας ὁ λόγος ἦν οἰκεῖος· ἐπὶ τοσοῦτόν γε μὴν ἐνδεδεῖχθαι περὶ αὐτῶν, εἰς ὅσον ἠναγκάσθην ὑπὸ τῆς τοῦ λόγου χρείας, ἀρκέσει. τὰ γάρ τοι τῆς τροφῆς ὄργανα, καθότι περ ἂν ἐθέλῃς ἐπισκέπτεσθαι ζῶον, οὕτως ἔχοντα εὑρήσεις, ὡς εἰς τὰς πύλας τοῦ ἥπατος ἀναφερομένας ἁπάσας θεάσῃ τὰς φλέβας, ὅσαι κατ᾿ ἔντερά τε καὶ γαστέρα καὶ σπλῆνα καὶ τὸ ἐπίπλοον ὑπάρχουσι. μιᾶς οὖν οὔσης κοινῆς χρείας, ἧς ἕνεκα πάντα τὰ ζῶα δέονται τροφῆς, ὄργανα καθ᾿ ἕκαστον εἶδος αὐτῶν τριττά ἐστιν· τινὰ μὲν πρός τε τὴν ὑποδοχὴν καὶ τὴν κατεργασίαν αὐτῆς, ἔτι δὲ καὶ τὴν εἰς ὅλον τὸ σῶμα φοράν· ἕτερα δὲ τῶν περιττῶν ὑποδεκτικά. τριττὰ δ᾿ ἄλλα μόρια ὑπηρετοῦντα ταῖς τούτων ἐκκρίσεσι· γαστὴρ μὲν οὖν ὑποδέχεται τὴν τροφὴν,

midi, tum ſicci, os, gula, ventriculus. Antiquius autem alimentum per abdomen, umbilicus.

Ego vero pluribus indicaſſem quantum in omnibus alimenti inſtrumentis ſit naturae artificium, ſi hoc eſſet hujus inſcriptionis et temporis. Tantum autem indicaſſe ſufficiat, quantum uſus orationis coëgit exponere. Etenim alimenti inſtrumenta in quocunque voles animante contemplari, ita eſſe conſtituta comperies, ut venas omnes, quae in inteſtinis, ventriculo, liene omentoque inſunt, ad jecoris portas porrigi conſpicias. Quumque unus ſit cunctis animantibus communis uſus, cujus gratia indigent alimento, in ſingulis ipſorum generibus triplicia eſſe inſtrumenta intuebere: quaedam ad alimentum ſuſcipiendum et conficiendum, atque etiam in totum corpus comportandum, alia, ut ſint receptacula excrementorum, tertia alias partes, quae excernendis excrementis ſubſerviant. Ergo ventriculus alimentum excipit, in quo exiguam quandam

Ed. Chart. VI. [289.]
καὶ ἔνθα μεταβάλλεταί τινα μικράν τε καὶ πρώτην μεταβολὴν παρασκευαζόμενα τῷ ἥπατι, μεγίστην ἀλλοίωσιν ἐργαζομένῳ τῆς εἰς αὐτὸ παραγινομένης τροφῆς. ἐντεῦθεν φλέβες εἰς ὅλον ὀχετεύουσι τὸ σῶμα κατεργασθεῖσαν αὐτήν. τὸ δὲ περιττὸν καὶ τὸ λεπτὸν καὶ τὸ κοῦφον, ἔτι τε τὸ γεῶδες καὶ βαρὺ καὶ τὸ ὑδατῶδες καὶ τὸ ὀῤῥῶδες ἐκκαθαίρει ἡ φύσις δι᾽ ἄλλων ὀργάνων. τοιαῦτα μέν ἐστι πόροι χοληδόχοι ὀνομαζόμενοι καὶ κύστις ὁμοία τούτοις καὶ ὁ σπλὴν αὐτὸς καὶ τῶν φλεβῶν ἡ κάτω μοῖρα προαπευθυσμένου, καὶ οὐρητῆρες καὶ νεφροὶ καὶ κύστις. κοινὰ δὲ ἐν ἅπασιν ἔντερα μὲν καὶ γαστὴρ καὶ φλέβες καὶ ἧπάρ εἰσιν. ἕνεκα δὲ τῆς διακρίσεως καὶ καθάρσεως τῶν περιττῶν ἀγγεῖα χοληδόχα καὶ τὴν ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστιν, ἔτι τε σπλῆνα καὶ νεφρούς. τοὺς δὲ ταῖς τῶν περιττωμάτων ἐκκρίσεσιν ὑπηρετοῦντας μῦς, ἵνα μηδὲν ἀπρονόητον εἴη. * * τοῦ μὴ πάνυ τι δεῖσθαι τοῦ παρὰ τῆς καρδίας πνεύματος τὸν ἐγκέφαλον. ἀπολείπεται γοῦν ἤτοι τὴν ἀναθυμίασιν αὐ-

primamque mutationem, quae ingesta sunt, subeunt ac jecori praeparantur, quod jecur ejus alimenti, quod ipsum permeat, maximam alterationem molitur. Hinc venae confectum alimentum in omne corpus diffundunt. Quod vero supervacaneum, quodque tenue et leve itemque terreum, grave, aqueum et serosum est, natura aliorum instrumentorum usu expurgat. Hujusmodi sunt meatus, qui bilis receptores nominantur, et vesica, quae est his similis, et lien et ex venis eae, quae ad imam intestini recti partem sunt, et meatus urinarii et renes et vesica. Communia porro in omnibus instrumenta sunt intestina, ventriculus, venae et jecur; ut vero excrementa discernantur atque expurgentur, vasa quae bilem recipiunt et vesica jecori adjuncta, praeterea vero lien et renes. Musculi vero accesserunt, qui reliquiis cibi depellendis subserviant, ne quid sine providentia relictum esse videatur. * * Quod cerebrum eo spiritu, qui influit a corde, non admodum indigeat. Restat igitur ut in eo insit aut abundans ex sanguine exhalatio, aut

Ed. Chart. VI. [289. 290.]

τῷ τὴν ἐκ τοῦ αἵματος ἱκανὴν ὑπάρχειν ἢ τὴν διὰ τῶν ῥινῶν εἰσπνοήν. οὐ γίνεται δὲ δαψιλὴς ἀναθυμίασις. ὥστε ἀναγκαῖον ἐκ τῆς διὰ τῶν ῥινῶν τὴν πλείστην εἶναι τροφὴν τῷ ψυχικῷ πνεύματι. [290] διὰ τοῦτο γοῦν φησιν Ἱπποκράτης ἀρχὴν τῆς τροφῆς πνεύματος εἶναι στόμα, ῥῖνας, βρόγχον, πνεύμονα καὶ τὴν ἄλλην ἀναπνοήν. ἐξ ἁπάντων γὰρ τούτων τρέφεται. προστίθησι δὲ ἀρχὴν τροφῆς καὶ ὑγρᾶς καὶ ξηρᾶς εἶναι στόμα, στόμαχον καὶ κοιλίαν. αὕτη δὲ ἐστὶν ἀρχὴ ἡ πρώτη, ἡ δευτέρα δὲ αἱ ἐξ ἥπατος εἰς κοιλίαν καθήκουσαι φλέβες, ἐν αἷς πρώταις αἷμα γίνεται. ἡ τρίτη δὲ τὸ ἧπαρ αὐτό. ἡ τετάρτη δὲ μετὰ τὸ ἧπαρ ἡ κοίλη φλὲψ, ἐν ᾗ πρώτῃ καθαρὸν τῶν περιττωμάτων ἀπολείπεται τὸ αἷμα. ὥστε τροφῆς μὲν ἀρχή ἐστι στόμα, στόμαχος, κοιλία, πνεύματος δὲ στόμα, ῥῖνες, βρόγχος, πνεύμων, ὡς καὶ ὀμφαλὸς ἀρχαιοτέρας τροφῆς δι' ἐπιγαστρίου. ἔστι γὰρ ἐν αὐτῷ ἀγγεῖα τέτταρα, δύο μὲν ἀρτηρίαι, δύο δὲ φλέβες μέσον ἑαυτῶν ἔχουσαι τὸν οὐραχόν. καὶ ἐκ μὲν τῶν ἄνω μερῶν αἱ φλέβες εἰσὶν, ἐκ δὲ τῶν κάτωθεν αἱ ἀρ-

inſpiratio per nares. Caeterum exhalatio copioſa non fit. Quare neceſſe eſt ut a naribus plurimum alimenti ſpiritu animali ſuppeditetur. Quamobrem dixit Hippocrates principium alimenti ſpiritus eſſe os, nares, guttur, pulmonem et aliam reſpirationem, ſiquidem his omnibus alitur. Addit autem, humidi ſiccique alimenti principium eſſe os, gulam et ventriculum. Eſt enim primum principium. Secundum autem praeſtant venae ex jecore in ventrem pertinentes, in quibus primis ſanguis gignitur. Tertium vero ipſum eſt jecur. Sicut quartum eſt vena cava, in qua prima ſanguis ab excrementis purus relinquitur. Quocirca alimenti principium eſt os, gula, ventriculus, ſpiritus vero os, nares, guttur, pulmo, ſicut umbilicus antiquioris alimenti principium eſt per abdomen. In eo enim quatuor vaſa ſunt, duae arteriae ac duae venae, quae in medio ſui habent urinaculum. In ſuperioribus partibus ſunt venae, in inferioribus arteriae. Pro-

Ed. Chart. VI. [290.]
τηρίαι. εὐθὺς γοῦν ἑκάτερον ζεῦγος τῶν ἀγγείων ἐν τῷ χωρίῳ τῷ ἐπιτηδείῳ ἐστί. καὶ διὰ τούτων οἷον ἐκ πρέμνων τινῶν ἐκ τῆς μήτρας ἕλκει τὸ ἔμβρυον αἷμα καὶ πνεῦμα, ὅπερ Ἱπποκράτης ἀρχαιοτέρην καὶ πρωτίστην τροφὴν καλεῖ, τουτέστι πρὶν ἂν εἰς τὸ φῶς ἐξιέναι τὸ βρέφος, διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ καὶ τῶν τεττάρων ἀγγείων τῶν προειρημένων τρέφεσθαι.

στ΄.

Ῥίζωσις φλεβῶν ἧπαρ, ῥίζωσις ἀρτηριῶν καρδία. ἐκ τουτέων ἀποπλανᾶται ἐς πάντα αἷμα καὶ πνεῦμα καὶ θερμασίη διὰ τούτων φοιτᾷ.

Ἐπειδὴ τὸ ἧπάρ ἐστι ῥίζωσις φλεβῶν, ἡ δὲ καρδία ἀρτηριῶν, λέγει ὅτι καὶ αἷμα μὲν ἐξ ἥπατος ἀποπλανᾶται εἰς πάντα, πνεῦμα δὲ ἐκ τῆς καρδίας, θερμασία δὲ ἐξ ἀμφοῖν. καὶ ταῖς μὲν κατὰ τὴν καρδίαν ἀρτηρίαις αἱ κατὰ τὸ ἧπαρ φλέβες ἀνάλογον ἔχουσιν. καὶ ὥσπερ ἡ ἐκ τῆς

tinus igitur utrumque vasorum par est idoneo in loco constitutum. Ac per ea velut per truncos quosdam foetus ab utero sanguinem et spiritum ducit. Id quod Hippocrates antiquius et longe primum alimentum vocat, hoc est, antequam infans in lucem proferatur, per umbilicum et quatuor vasa antedicta ali solet.

VI.

Radix venarum jecur, radix arteriarum cor; ab his et sanguis et spiritus in omnia aberrat et calor per haec permeat.

Quoniam jecur est radix venarum et cor arteriarum, ait sanguinem quoque ex jecore et spiritum ex corde in omnes corporis partes evagari et ex utrisque calorem promanare. Atque arteriis, quae in corde sunt, proportione respondent venae quae sunt in jecore. Et quemadmodum

Ed. Chart. VI. [290.]

ἀριστερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας ἀρτηρία φυομένη πρέμνον τῶν καθ᾽ ὅλον τὸ ζῶόν ἐστι τῶν ἀρτηριῶν, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀπὸ τῆς κοίλης φλεβὸς αἱ καθ᾽ ὅλον τὸ ζῶον ἀποπεφύκασι φλέβες, οἷον κλάδοι τινὲς, ὡς ἀπὸ στελέχους. ταῖς δ᾽ οἷον ῥίζαις τῶν ἀρτηριῶν, ταῖς εἰς τὸν πνεύμονα καταςχιζομέναις, ἐκ τῆς καρδίας ἀνάλογον αὖ πάλιν αἱ κατὰ τὴν γαστέρα τε καὶ τὸν σπλῆνα καὶ τὸ μεσεντέριον ἔχουσι φλέβες. καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν τῆς κοίλης φλεβὸς μερῶν τὸ μὲν ἐπὶ τὴν ῥάχιν καταφερόμενον ἀνάλογόν μοι νόει τῇ μείζονι μοίρα τῆς μεγάλης ἀρτηρίας τῇ κάτω φερομένῃ, τὸ δὲ ἐπὶ τὰς σφαγὰς ἀναφερόμενον τῇ μικροτέρα. ἔστι μὲν οὖν μέγιστον ἀγγεῖόν τι ἐκπεφυκὸς τῆς ἀριστερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας, ὅπερ αὐτίκα μετὰ τὴν ἐκ τῆς καρδίας ἔκφυσιν εἰς δύο τέμνεται μέρη, ὧν τὸ μὲν ἐπὶ τὴν ῥάχιν κατακάμπτεται, πᾶσι τοῖς κάτω μορίοις ἐπιπέμψον ἀρτηρίαις, τὸ δὲ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφέρεται, παρέξον τῆς ἄνω καρδίας ἅπασιν ἀρτηρίας. αὐτῆς δὲ τῆς ἀρτηρίας τὸ κάτω φερόμενον μέρος ἐπιβαίνει τε τῷ πέμπτῳ θώρακος σπονδύλῳ, θάτερον

arteria, quae ex finistro cordis ventriculo producitur, truncus est arteriarum quae in toto sunt animante, eodem modo venae, quae in totum animantis corpus sunt diffusae, veluti rami quidam a trunco, a vena cava sunt exortae. Arteriis vero, quae a corde in pulmonem sunt divisae, quae sunt veluti radices, proportione respondent eae venae, quae ad ventriculum, lienem et mesenterium collocantur. Atque etiam ex venae cavae partibus, quae deorsum fertur ad spinam, eam mihi intellige respondere parti magnae arteriae majori, quae deorsum fertur; eam vero, quae sursum fertur ad jugulum, minori. Est autem vas quoddam maximum, quod a finistro cordis ventriculo exoritur. Quod simul atque e corde emersit, in duas partes dividitur, quarum altera ad spinam deflectitur, partibus omnibus inferioribus arterias immissura, altera sursum ad caput fertur, arterias omnibus partibus, quae supra cor sunt, praebitura. Pars autem ejus, quae fertur deorsum, quintam thoracis vertebram conscendit, altera

Ed. Chart. VI. [290. 291.]

δὲ μετὰ τὴν πρώτην ἔκφυσιν καί τινα μοῖραν ἑαυτοῦ ἀποπέμπει πρὸς τὴν ἀριστερὰν ὠμοπλάτην καὶ μασχάλην ἀνατεινομένην, ᾗ ἀναφέρεται ἄσχιστος μέχρι τῆς πρώτης πλευρᾶς. ἐνταῦθα δὲ πρὸς τὰ πρῶτα μεσοπλεύρια πέμπει τι μόριον ἑαυτοῦ εἴς ὑποχόνδριόν τε καὶ τιτθὸν ἕτερον, ὑποτεταγμένον ἅπαντι τῷ στέρνῳ. [291] *διεξερχόμενον δὲ τὰ τῶν στ' σπονδύλων τρήματα τοῖς πλησιάζουσι κατὰ τὴν ὁδὸν μυσὶ πέμπει ἀποβλαστήματα, καὶ τὸ ταύτης ἀρτηρίας ὑπόλοιπον ἐπὶ τὴν ἀριστερὰν ὅλην χεῖρα καὶ τὴν ὠμοπλάτην διανέμεται. τὸ δὲ μεῖζον μέρος τῆς ὅλης ἄνω φερομένης ἀρτηρίας ἐπὶ τὴν σφαγὴν ἀναφέρεται καὶ τῷ κατὰ τὸ μέσον στέρνον ὀστῷ συνάπτεται. αὕτη δὲ ἡ μεγίστη τῶν ἀρτηριῶν, τὰ κατὰ τοῦ θώρακος διερχομένη, ἀποφύσεις ἑκατέρωσε πέμπει κατὰ τὰς χώρας τῶν μυῶν τῶν μεσοπλευρίων καὶ διεκπίπτει οὐκ ὀλίγον εἰς τοὺς ἔξω τοῦ θώρακος μῦς. καὶ τῇ γαστρὶ καὶ τῷ σπληνὶ καὶ ἥπατι ἀρτηρίας παραδίδωσι, ἡνίκα πρῶτον ἐν τοῖς κάτω γίνεται φρενῶν, ὅθεν καὶ ἡ τοῖς ἐντέροις διανεμομένη παραγίνεται. ἐφεξῆς*

poſt primum exortum partem ſui quandam ad ſiniſtram ſpatulam et axillam ſurſum mittit, quae ad primam uſque coſtam ſurſum fertur indiviſa. Illinc autem partem quandam ſui mittit ad prima ſpatia intercoſtalia, hypochondrium atque alteram mammam, quae toti oſſi pectorali ſubjecta eſt. Penetrans autem per ſex vertebrarum foramina etiam muſculis propinquis obiter propagines immittit. Quod autem hujus arteriae reliquum eſt, in totam manum ſiniſtram et ſcapulam diſtribuitur. Major autem totius arteriae, quae ſurſum fertur, pars ſurſum ad jugulum fertur et medio pectoris oſſi conjungitur. Haec autem aliarum arteriarum maxima inferiores thoracis partes pertranſiens, propagines in utramque partem mittit in ea loca, in quibus muſculi intercoſtales poſiti ſunt, et non exigua in thoracis muſculos externos excidit et ventri ac lieni et jecori arterias impertitur, quum primum ad loca, quae ſub phrenibus ſunt, pervenerint. Unde profecta inteſtinis etiam

Ed. Chart. VI. [291.]

δὲ εἰς τοὺς νεφροὺς μέγιστον ζεῦγος ἀρτηριῶν ἐμβέβληκεν. τῶν δὲ ἐπὶ τοὺς νεφροὺς ἰουσῶν αἱ εἰς τοὺς ὄρχεις εἰσίν. ὅσαι δὲ εἰς ἄλλας τοῦ σώματος χώρας καθέκαστον διανέμονται, οὐ πρόκειταί μοι διέρχεσθαι νῦν, μακρότητος τοῦ λόγου φειδομένῳ, μάλιστα δὲ τοῦ περὶ τῶν φλεβῶν ὑπολοίπου ὄντος λόγου, μακροῦ μὲν ἐκείνου, ἀλλ' οὐ πάνυ ἀναγκαίου τοῖς τὰ ἡμέτερα περὶ τῆς ἀνατομίας αὐτῶν καὶ τὰ περὶ χρείας μορίων ἀναλέξασι. δι' ἐκείνων γὰρ ὑπομνημάτων ἐπὶ πλέον καὶ ἀρκούντως εἴρηταί μοι περὶ τούτων, ὅμως δὲ οὐ χεῖρον ἀναμνῆσαι νῦν. ἐπεὶ τοίνυν τρέφεσθαι δεόμεθα, διότι κενούμεθα, τῷ πλήθει τῆς ἀποῤῥεούσης οὐσίας ἴσην εἶναι χρὴ τὴν τροφήν. ἡ μὲν οὖν μεγίστη φλὲψ ἁπασῶν τῶν κατὰ τὸ ζῶον ἐκπέφυκε τοῦ ἥπατος ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη, τό τε ἄνω τοῦ σώματος ἡμῶν καὶ τὸ κάτω. πλησίον δὲ αὐτοῦ φλέβες εὐρεῖαι καὶ βραχεῖαι πρὸς τοὺς νεφροὺς ἀποσχίζονται. ἡ λοιπὴ δὲ νομὴ πᾶσα κατά γε ῥάχιν ὅλην καὶ τὰ σκέλη παραπλησίως ἔχει τῇ κατὰ τὰς ἀρτηρίας.

distribuitur. Deinceps autem maximum par arteriarum in renes insevit. Quae vero in testiculos feruntur, sunt ex iis, quae in renes perrumpunt. Quaecunque autem in alia corporis loca sigillatim diffundantur, mihi nunc orationis prolixitatem vitanti non est propositum explicare, praesertim quum restet etiam de venis sermo, qui longus est ille quidem, sed non admodum necessarius iis, qui ea quae de ipsarum dissectione conscripsimus et nostros de usu partium libros perlegerunt. In illis enim commentariis et copiosius et quantum satis sit de iis a me dictum est. Nec tamen fuerit incommodum, ea nunc commemorare. Quoniam igitur alimento indigemus, quia evacuamur, ideo oportet alimentum aequale esse copiae ejus substantiae, quae defluit. Vena igitur omnium, quae animali insunt, maxima ex jecore in utramque corporis nostri partem, superiorem, inquam, et inferiorem enascitur. Prope ipsum autem venae latae ac breves ad renes dividuntur. Reliqua earum omnis distributio in tota spina et cruribus eo modo se habet, quo in arteriis. Atque etiam omnis venarum

Ed. Chart. VI. [291.]

*ἀλλὰ καὶ ἡ εἰς τὰ ἔντερα νομὴ πᾶσα τῶν φλεβῶν, ἣν ἀπὸ πυλῶν ἥπατος ἴσχουσιν ἅμα ταῖς ἀρτηρίαις, ἔστι καὶ εἰς ἐπίπλοον καὶ σπλῆνα καὶ γαστέρα, μιᾶς εἰς ταῦτα πάντα κατασχιζομένης φλεβὸς, ἀπὸ τῆς μεγάλης ἀποπεφυκυίας, ἐπειδὰν πρῶτον ἔξω τοῦ διαφράγματος γένηται. τοῖς ἄνω μέρεσι ἀνάλογον τῇ κενώσει ἡ φύσις ἔνειμε τὰς φλέβας, τοῖς μὲν ὀστοῖς μικρὰς, τῷ δὲ πνεύμονι μεγίστην τὴν ἐκ καρδίας ἐκπεφυκυῖαν. καρδία δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῆς θερμασίας ἀναλίσκει πλείονα τροφὴν, ἐγκέφαλος δὲ ἧττον διαφορεῖται διὰ τὴν τῆς θερμασίας ἔνδειαν. ἐπειδὴ δὲ πρόκειται εἰπεῖν περὶ * * αἱ δὲ φλέβες διανε * **

ζ'.

Δύναμις μίη καὶ οὐ μίη, ἣ πάντα ταῦτα καὶ ἑτεροῖα διοικέεται. ἡ μὲν ἐς ζωὴν ὅλου καὶ μέρεος, ἡ δὲ ἐς αἴσθησιν ὅλου καὶ μέρεος.

in inteſtina diſtributio, quam a portis jecoris habent, ſimul cum arteriis eſt, itemque ea quae fit in omentum, ventriculum et lienem, in quae omnia unica vena dividitur, quae a magna propagatur, ubi primum extra ſeptum transverſum progreſſa eſt. Partibus autem ſuperioribus natura venas diſtribuit ad proportionem eorum quae evacuantur, atque oſſibus quidem parvas, pulmoni maximam ei a corde inſertam dedit. Cor autem propter magnam caloris copiam plus alimenti conſumit. Cerebrum minus per halitum diſſipatur: cauſa eſt caloris indigentia. Quoniam autem nobis propoſitum eſt agere de *

Venae autem

VII.

Facultas una et non una, quae haec omnia et diverſa gubernat. Alia quidem ad vitam totius et partis, alia vero ad ſenſum totius et partis.

Ed. Chart. VI. [291. 292.]

Οὐσῶν τεττάρων δυνάμεων ὧν ἅπαν μετέχει μόριον καὶ τῆς μὲν ἑλκούσης τὸ οἰκεῖον, τῆς δὲ κατεχούσης, τῆς δὲ ἀλλοιούσης, τῆς δ' ἀποκρινούσης τὸ περιττὸν, διὸ εἶπεν περὶ τροφῆς δύναμιν εἶναι μίαν καὶ οὐ μίαν, δεικνὺς μὲν κατὰ τὸ γένος μίαν εἶναι δύναμιν, ἰδέας δὲ πολλὰς ἔχειν· καὶ τοῦτο δηλονότι ἤτοι πρὸς ζωὴν ὅλου τοῦ ζώου ἢ καὶ πρὸς μέρος, ἤτοι πρὸς τὴν αἴσθησιν ἀναφέρηται. * *

η'.

[292] *Γάλα τροφὴ, οἷσι γάλα τροφὴ κατὰ φύσιν, ἄλλοισι δὲ οὐχί. ἄλλοισι δὲ οἷσιν οἶνος τροφὴ καὶ οἷσιν οὐχί. καὶ σάρκες καὶ ἄλλαι ἰδέαι τροφῆς πολλαί.*

Ἐξ αἵματος ἀκριβῶς πεπεμμένου γένεσίς ἐστι τῷ γάλακτι. καὶ τοῖς τιτθοῖς οὐκ ἐκ τῶν πλησίων ἀγγείων, ἀλλὰ ἐκ τοῦ μακροτάτου διαστήματος ἡ φύσις αἷμά τε καὶ πνεῦμα παράγει. ταῦτα γὰρ ἡμῖν ἐν ἑτέροις ἀποδέδεικται. τὸ

Quum quatuor facultates ſint, quarum omnis pars eſt particeps, quae trahit quod ſibi aptum eſt, quae continet, quae alterat quaeque excernit quod ſuperfluit, de alimento unam eſſe facultatem dixit et non unam, ut unam eſſe genere facultatem, ſed multas habere ſpecies oſtenderet. Atque id ſive ad totius animantis aut partium ipſius vitam, ſive etiam ad ſenſum referatur. * *

VIII.

Lac alimentum eſt iis, quibus lac ſecundum naturam alimentum eſt, aliis vero minime. Alii ſunt, quibus vinum alimentum eſt, alii quibus non eſt, et carnes et aliae multae ſpecies alimenti.

Lac generatur ex ſanguine exacte concocto. Natura autem et ſanguinem et ſpiritum ad mammas non e propinquis vaſculis, ſed longiſſimo interjecto ſpatio adducit, quod eſt a nobis alibi demonſtratum. Lac autem, quod

Ed. Chart. VI. [292.]

ichoribus, qui per urinas excernuntur, atque ob id incoctas urinas concoqui dicimus, quanquam corpus ex coctis urinis ali non potest. Generali praeterea hoc concoctionis significato utimur, quum aut catarrhum aut coryzam aut fluentes ex his ichoras, aut eos qui in lippitudinibus manant, aut incoctos aut coctos esse dicimus. Sic igitur et bilem vel crudam, vel incoctam, vel coctam esse pronunciamus. Cruda quidem et flava admodum est et acris et male olens, cocta autem et pallidior et minimum male olens. Bilem igitur incoctam ait ad ventrem de necessitate confluere, quae ob pravam victus rationem tum ex capite tum ex thorace trahitur, alio quidem tempore, quo fame aegros enecant, nullo utili solatium ventri praestantes, alio vero tempore, quo ab inedia ad validos cibos prope vigorem intempestive transeunt. Recenset autem deinceps et symptomata alia, quae pravam ob victus rationem oriuntur. In primis quidem vigilias, quae nimirum longas inedias cibosque intempestivos consequun-

φαῖς ἀκαίροις, ἅπερ ἀμφότερα μέμφεται τῆς διαίτης τῶν ἰατρῶν. ὅτι δὲ ταῖς ἀγρυπνίαις ἡ ἀπεψία τοῦ νοσήματος ἕπεται πρόδηλον, εἴ γε καὶ τοῖς ὕπνοις ἡ πέψις. ἀλλὰ καὶ περίλυποι, φησὶ, γίγνονται· καὶ ἀμφότερα δηλονότι, τήν τε μακρὰν ἀσιτίαν καὶ τὴν ἰσχυρὰν τροφὴν τὴν ἐξαίφνης, ὑφ' ἧς ἡ γαστὴρ βαρύνεται, βαρυνομένη δὲ καὶ δυσθύμους τε καὶ λυπηροὺς ἀπεργάζεται τοὺς κάμνοντας. ἀλλὰ καὶ πικροὺς αὐτοὺς ἔφη γίγνεσθαι, δηλονότι παραπλήσιόν τι τῷ προειρημένῳ. καθάπερ γὰρ ἔνιοι δυσθυμοῦνται μελαγχολικῶς, οὕτως ἕτεροί τινες ὀξυθυμοῦνται πολλάκις, ὡς ἀθροιζομένης αὐτῆς τῆς χολῆς κατὰ τὸν στόμαχον· ἢ καὶ τὴν ἐν τῷ στόματι γιγνομένην αὐτοῖς ἐκ τῆς τοιαύτης χολῆς πικρότητα δηλοῖ, διὰ τὸ φάναι πικροὺς αὐτοὺς γίγνεσθαι. αἱ παραφροσύναι δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς ὀξυθυμίαις καὶ τῇ πικρᾷ χολῇ κατὰ τὸν στόμαχον ἢ τὸν ἐγκέφαλον ἀθροιζομένῃ πεφύκασιν ἕπεσθαι. τὰ δ' ὄμματα μαρμαρυγώδη γίγνεται, διά τε τὴν ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἀναθυμίασιν καὶ διὰ πλῆθος αἵματος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφερομένου. τούτων δὲ τὸ μὲν πρότερον ἐπ' ἀκαίροις ἐνίοτε γίγνεται προσφοραῖς τῆς τροφῆς,

tur, quae utroque tempore medicorum victus rationem culpant. Quod autem vigilias morbi cruditas consequatur, patet, si somnos concoctio *sequi debeat.* Deinde pertristes, inquit, fiunt, utroque videlicet tempore, tum ob longam inediam, tum ob validum repentinum alimentum, quo gravatur venter, gravatus vero tristes aegros reddit ac moestos. Imo etiam amaros ipsos fieri ait, quid praedicto omnino consimile astruens. Ut enim nonnulli ex melancholia moerent, sic alii saepe excandescunt, tanquam collecta in stomacho ipsa bile. Vel etiam quum amaros fieri ait, eam quae in ipsorum ore ex tali bile fit, amaritudinem indicat. Deliria vero et excandescentias et bilem amaram in stomacho vel cerebro collectam comitari consueverunt. Oculi vero coruscantes evadunt, tum propter eam, quae a ventre fertur, exhalationem, tum propter sanguinis ad caput elati copiam. Horum autem prius quidem ex intempestiva interdum fit ciborum oblatione,

τὸ δὲ δεύτερον ἢ δι' αἱμοῤῥαγίαν κρίσιμον, ἢ παραφροσύνην ἐφεδρεύουσαν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ὦτα πληροῦται τοῦ ἤχου διά τε τοὺς ἐκ τῆς γαστρὸς ἀναφερομένους ἀτμοὺς καὶ διὰ πνεῦμα φυσῶδες ἐν αὐτῇ τῇ κεφαλῇ γιγνόμενον. τὰ δ' ἀκρωτήρια τοῦ σώματος, ἅπερ ἐστὶ πόδες τε καὶ χεῖρες, ἴσμεν ἑτοίμως καταψυχόμενα κακοπαθοῦντος τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς, ὅταν ἤτοι διὰ μακρὰν ἀσιτίαν δάκνηται σφοδρῶς ὑπὸ δακνωδῶν ἰχώρων, ἢ διὰ πλῆθος ἄκαιρον τροφῆς βαρύνηται. πάσχει δ' ἀμφότερα κατὰ τὴν προειρημένην δίαιταν, ἐν ᾗ προταριχεύσαντες ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις τοὺς κάμνοντας οἱ ἰατροὶ μεταβαίνουσιν ἀθρόως ἐπὶ σιτώδεις τροφὰς, ἐν ᾧ καιρῷ ἐχρῆν αὐτοὺς λεπτότερον διαιτᾷν. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον οὐδ' οὖρα πέττεται, διαιτωμένων οὕτως· ἐν μὲν τῷ προταριχεύειν ἄνευ τοῦ προσφέρειν ἢ χυλὸν πτισάνης ἢ μελίκρατον ἢ ὀξύμελι τοῦ αἵματος ἐπιχολουμένου διὰ τὸ μὴ καθαίρεσθαι· διὰ δὲ τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν ἐπὶ σιτία βαρυνθείσης μὲν τῆς γαστρὸς, συγκαμνούσης δ' αὐτῇ καὶ τῆς ζωτικῆς δυνάμεως· ὡς αἱ στομαχικαὶ καλούμεναι

alterum autem vel propter criticam ſanguinis eruptionem, vel delirium imminens. Conſimiliter autem et aures ſonitu implentur, tum propter elatos a ventre ſurſum vapores, tum propter flatulentum ſpiritum in capite ipſo oborientem. Corporis extrema, quae ſunt tum pedes tum manus, prompte perfrigerari, male habente ventriculi orificio, novimus, quum vel propter longam inediam vehementer a mordentibus mordetur ichoribus, vel ob ineptam cibi multitudinem gravatur. Patitur autem utrunque ex praedicta victus ratione, qua medici aegros primis diebus ubi fame exiccaverint, quo tempore tenuiter cibandum ſit, ad frumentacea repente tranſeunt edulia. Ob eandem rationem neque eorum qui ita cibantur urinae concoquuntur. Nam in ea quae citra vel cremoris ptiſanae vel melicrati vel oxymelitis oblationem fit exiccatione, ſanguis quod non purgetur bileſcit, propterque repentinam ad eſculenta permutationem venter, compatiente ipſi facultate vitali, gravatur adeo, ut ſtomachicae appel-

συγκοπαὶ σαφῶς ἡμῖν ἐνδείκνυνται τὴν συμπάθειαν τῆς ζωτικῆς δυνάμεως πρὸς τὸ τῆς γαστρὸς στόμα· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μᾶλλόν τε καὶ πρῶτον ἐν ταῖς ἀκαίροις ἀσιτίαις τε καὶ προσφοραῖς κακούμενον. [68] διὰ τοῦτο οὖν καὶ τὰ πτύσματα λεπτὰ καὶ ἁλυκὰ καὶ σμικρὰ καὶ κεχρωσμένα χρώμασιν ἀκράτοις γίγνεσθαί φησι καὶ ἱδρῶτας περὶ τράχηλον μόνον ἀπορίαν τε καὶ δύσπνοιαν· ἄπεπτον γὰρ μένει τὸ νόσημα δι' ἑκατέραν τὴν ὑπερβολὴν, ἀσιτίαν τε μακρὰν καὶ τροφῆς προσφορὰν ἄκαιρον· τῇ δ' ἀπεψίᾳ συνέπεται καὶ τὰ καταλελεγμένα πτύσματα· καθάπερ καὶ οἱ περὶ τράχηλον ἱδρῶτες καὶ διὰ λιμαγχονίαν καταλυομένης τῆς δυνάμεως καὶ διὰ τροφὴν ἄκαιρον βαρυνομένης. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἀπορία κοινὸν ἀμφοῖν ἐστι σύμπτωμα καὶ διὰ μακρὰν ἀσιτίαν ἐμπιπλᾶσαν ἰχώρων τὴν γαστέρα καὶ διὰ τροφὴν ἄκαιρον βαρύνουσαν. ἥ γε μὴν δύσπνοια, καθ' ἣν τὸ πνεῦμα προσπταίει, διὰ τροφὴν ἄκαιρον γίνεται μᾶλλον ἢ δι' ἔνδειαν· ἔστι γὰρ στενοχωρίας τε καὶ σπασμοῦ γνώρισμα, προσκόπτειν τε καὶ οἷον ἵστασθαι τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἐκ-

latae fyncopae manifefto nobis indicent facultatis vitalis ad os ventris fympathiam. Hoc fiquidem tum magis tum primum ex intempeftivis tum inediis tum ciborum oblationibus vitiatur. Ob id igitur fputa tenuia et falfa et pauca et finceris coloribus colorata fieri ait et fudores circa cervicem duntaxat et anxietatem et fpirandi difficultatem. Incoctus enim manet morbus propter exceffum utrumque, tum longam inediam tum intempeftivam cibi oblationem. Cruditatem autem confequuntur fputa commemorata, ut et circa cervicem fudores, viribus et ob enecantem inediam fuccumbentibus et ob cibum intempeftivum gravatis. Eodem modo et anxietas commune eft utrisque fymptoma et ob longam inediam, quae ventrem ichoribus replet et propter cibum intempeftivum gravantem. Verum fpirandi difficultas, qua fpiritus colliditur, ob cibum intempeftivum magis quam ob indigentiam oritur. Nam fpiritum inter exfpirandum et collidi et quafi fifti tum anguftiae tum convulfionis eft nota. La-

πνοήν· ἡ γὰρ ἄνω φορὰ τὴν ἐκπνοὴν ποιεῖται. τῷ τοιούτῳ δὲ πνεύματι τὸ ἐναντίον ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν αὐτὸς διῆλθεν, εἰπών· διπλῆν εἴσω ἐπανάκλησιν οἷον ἐπεισπνέουσιν. ὅτι δὲ διὰ τὴν ἄκαιρον τροφὴν, οὐ διὰ τὴν ἔνδειαν ἡ τοιαύτη γίγνεται δύσπνοια, δῆλόν ἐστι κἀκ τοῦ φάναι τὸν Ἱπποκράτην πυκνὸν ἢ μέγα λίην τοῖς κακῶς διαιτηθεῖσι γίγνεσθαι τὸ πνεῦμα. καὶ γὰρ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ μέγα στενοχωρουμένου τοῦ διαφράγματος ὑπὸ τῆς ἐν τῇ κοιλίᾳ περιεχομένης γίνεται τροφῆς, ὅταν μὴ κρατουμένη μηδὲ κατεργαζομένη καλῶς ὑπὸ τῆς γαστρὸς, ἐργάσηται πνευμάτωσιν· ἀναγκαῖον γάρ ἐστι τηνικαῦτα διά τε τὴν στενοχωρίαν τοῦ διαφράγματος ἔλαττον εἰσπνεῖσθαι τὸ πνεῦμα, καίτοι διαστολὴν διαστελλομένου τοῦ θώρακος ἢ πρόσθεν διεστέλλετο. τοῦτ᾽ οὖν ὅσον λείπεται τὸ νῦν πνεῦμα τοῦ πρότερον, ἐνδεῆ τὴν χρείαν τῆς ἀναπνοῆς ἐργάζεται καὶ διὰ ταύτην τὴν ἔνδειαν ἤτοι μείζονα τὴν ἀναπνοὴν ἀναγκάζει (67) ποιεῖσθαι τὸ ζῶον ἢ πυκνοτέραν ἢ ἀμφότερα. λέλεκται δὲ περὶ πασῶν δυσπνοιῶν ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς περὶ

tio etenim quae sursum fit expirationem facit. Tali autem spiritui contrarium tum in secundo tum in sexto epidemiorum ipse percurrit, inquiens: *Duplex intro revocatio, veluti super inspirantibus.* Quod autem ob cibum intempestivum, non propter penuriam talis fiat spirandi difficultas, patet ex sermone Hippocratis, spiritum densum vel magnum valde prave cibatis fieri asserentis. Etenim fit densus magnusque, coarctato septo transverso ab eo quod in ventre continetur alimento, quum neque victum, neque probe a ventre confectum inflationem parit. Necessarium enim est tunc ob septi transversi angustiam minus aëris inspirari, quanquam diastole thoracis sese quo prius explicantis dilatetur. Ergo quantum nunc spiritus deest priori, id deficientem respirationis usum facit, atque ob eam penuriam animal respirationem facere majorem cogitur, vel densiorem vel utramque. Dictum autem abunde de spirandi difficultatibus omnibus in libris de spirandi difficultate, in quibus tum harum tum

δυσπνοίας, ἐν οἷς καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων δυσπνοιῶν τὰς αἰτίας σὺν ταῖς οἰκείαις ἀποδείξεσιν ἐγράψαμεν· ἀλλ' εἴς γε τὸ παρὸν ἀρκεῖ ταῦτα. φησὶ δὲ τῆς κακῆς διαίτης καὶ τὰς ὀφρῦς γίγνεσθαι δεινώσιος μετεχούσας. γέγραπται δὲ διssῶς, ἐν τισι μὲν τῶν ἀντιγράφων κατὰ τὸν ἑνικὸν ἀριθμὸν, ὀφρὺς δεινώσιος μετέχουσα, καθ' ἕτερα δὲ πληθυντικῶς, ὀφρύες δεινώσιος μετέχουσαι. δηλοῦται δὲ ἐκ τῆς λέξεως τὸ παρεσπάσθαι πως αὐτὰς ἢ ἀνεσπάσθαι· καὶ γίνεται τοῦτο ποτὲ μὲν ἀμφοτέρων τεινομένων σπασμωδῶς, ἢ τῆς ἑτέρας μόνης, ποτὲ δὲ τῆς ἑτέρας παραλελυμένης. εἶτ' ἐφεξῆς φησι, λειποψυχώδεα πονηρὰ, τὸν λόγον ἀναφέρων ἐπὶ τὰ συμπτώματα, καθ' ἃ καὶ τῶν ἱματίων ἀποῤῥίψεις γίνονται, διακαιομένων τῶν καμνόντων· ἐνίοτε δὲ καὶ χεῖρες ὅλαι τρομώδεις, ἐπὶ πλέον αὐξανομένου τοῦ κακοῦ. τὸ δὲ κάτω χεῖλος σειόμενον ἐνδείκνυται δῆξιν εἶναι σφοδρὰν ἐν τῷ στόματι τῆς γαστρὸς, διὸ καὶ σημεῖόν ἐστιν ἐμέτου δριμέων χυμῶν τὸ τοιοῦτον σύμπτωμα.

---

aliarum difficultatum ſpirandi cauſas cum propriis demonſtrationibus ſcripſimus, verum quantum ad praeſens attinet, haec ſufficiunt. Ait praeterea et ex pravo victu ſupercilia gravitatem ſortiri. Verum id bifariam ſcriptum invenitur, in quibusdam ſane exemplaribus ſingulari numero: *ſupercilium gravitatem ſortitur*, in caeteris vero pluraliter: *ſupercilia gravitatem ſortiuntur*. Significatur autem ex ea dictione ſupercilia ipſa quodam modo evelli vel retrahi, fitque illud interdum quidem ambobus convulſive intentis, aut altero ſolo, interdum autem et altero reſoluto. Deinceps ait deliquia animi prava, ſermonem ad ſymptomata referens, per quae et veſtium rejectiones fiunt, ardentibus aegris. Interdum autem et manus totae tremulae fiunt, plus aucto malo. Concuſſio autem labri inferioris morſum in ore ventris vehementem ſignificat, idcirco tale ſymptoma vomitus acrium humorum etiam ſignum eſt.

με'.

Ταῦτα δὲ ἐν ἀρχῆσιν ἐπιφαινόμενα παραφροσύνης εἰσὶ δηλωτικὰ σφοδρῆς καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀποθνήσκουσιν.

---

[69] *Τὰ εἰρημένα, φησὶ, συμπτώματα κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν νοσημάτων γιγνόμενα, παραφροσύνης εἰσὶ δηλωτικὰ σφοδρᾶς, ἀρχὴν δὲ νόσου νῦν ἀκούειν σε χρὴ τὸν χρόνον ἐκεῖνον ὅλον, ἐν ᾧ μηδέπω πέψεώς εἰσι γνωρίσματα. εἴρηται γὰρ ἐν τοῖς περὶ κρίσεων, ὅτι τε πλείω σημαίνει τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα, καὶ ὅτι τὸ νῦν εἰρημένον σημαινόμενον τῆς ἀρχῆς ἐστι κατὰ τὴν τοιαύτην διαίρεσιν γιγνόμενον, ἐν ᾗ τοὺς τοιούτους καιροὺς τῶν νοσημάτων διαιρούμενοι λέγομεν ἐξ ἀρχῆς αὐτὰ καὶ ἀναβάσεως καὶ ἀκμῆς καὶ παρακμῆς συγκεῖσθαι. τῶν οὖν εἰρημένων ἄρτι συμπτωμάτων, ὅταν ἐγγὺς τῆς ἀκμῆς φαίνηται, κρίσιν ἐσομένην προδηλούντων, ἐν περιεστηκόσι δηλονότι νοσήμασιν· ὅταν ἐν ἀρχῇ γένηται, κρίσιν μὲν οὐ δηλοῖ, κριθῆναι γὰρ ἐν ἀρχῇ οὐδὲν δύναται, παραφροσύνης δ' ἐστὶ γνωρίσματα. καὶ γέγρα-*

XLV.

Haec autem in principiis comparentia vehementis delirii ſunt indicia et plerumque intereunt.

Dicta, inquit, ſymptomata per morborum initium oborta delirii vehementis ſunt indicia. Morbi autem principium te nunc intelligere oportet totum illud tempus, in quo nondum exiſtunt concoctionis notae. Nam in libris de judicationibus dictum eſt nomen principii et plura ſignificare et ſignificatum quod nunc dictum eſt ſecundum eam eſſe diviſionem, qua morborum tempora dividentes, *morbos* ipſos conſtare ex principio, incremento, vigore et declinatione aſſerimus. Ergo quum nuper dicta ſymptomata, ubi prope morbi vigorem apparent, judicationem futuram obſidentibus nimirum in morbis ſignificant, ſi in principio fiant, judicationem quidem non denunciant, nihil enim in principio judicari poteſt, ſed delirii notae exiſtunt. Scriptum au-

πται περὶ αὐτῶν ἱκανῶς ἐν τοῖς περὶ κρίσεων· ἐξ ἐκείνων οὖν καὶ σὺ μάνθανε τὸν ὅλον ὑπὲρ αὐτῶν λόγον. ἔστι γὰρ μακρότερος ἢ ὡς νῦν ἅπαντα διελθεῖν αὐτόν· ἀλλ' ἀρκέσει, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, οὕτω κἀπὶ τούτων τὸ κεφάλαιον εἰπεῖν, ὡς ἐπειδὰν ἡ φύσις ἐπείγηται πρὸς ἔκκρισιν, ἀξιόλογος ἐν τῷ σώματι γίνεται ταραχὴ, δι' ἣν τὰ τοιαῦτα φαίνεται συμπτώματα μετὰ τῶν τῆς πέψεως σαφεστάτων σημείων· χωρὶς δὲ τοῦ παρεσκευάσθαι τὴν φύσιν εἰς τὴν τῶν λυπούντων ἔκκρισιν ὁμοία ταραχὴ γιγνομένη κινδυνωδέστατόν ἐστι σημεῖον. εἴρηται δὲ καὶ δι' ἄλλων ὑπομνημάτων ἤδη περὶ κρισίμων συμπτωμάτων, ὁποία τέ τις ἡ φύσις αὐτῶν ἐστι καὶ ὅπη διαφέρει τῶν ἐπιφαινομένων καλουμένων, ἐν οἷς ἔσται καὶ τὰ τῆς πέψεως σημεῖα. τό τε γὰρ προγνωστικὸν καὶ τὸ περὶ χυμῶν καὶ τοὺς ἀφορισμοὺς ἤδη προεξηγήμεθα πρὸ τοῦδε τοῦ βιβλίου· μακρολογοῦντος οὖν ἐστιν ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν τὰ αὐτά.

---

tem et de his abunde in libris de judicationibus, ex illis ſane et tu totum qui de his eſt ſermonem perdiſces; eſt enim longior quam ut nunc omnino ipſum percurrere oporteat. Sed ut in caeteris, ita in his ſummatim dicere ſatis erit. Ergo quoties natura ad excretionem properat, eſſatu digna in corpore fit perturbatio, ob quam ſymptomata hujusmodi cum manifeſtiſſimis coctionis ſignis apparent. Verum quum perturbatio efficitur ſimilis, nullo a natura ad infeſtantium excretionem facto apparatu, tunc periculoſiſſimum eſt ſignum. Dictum vero jam et caeteris in commentariis de judicatoriis ſymptomatis qualis ſit ipſorum natura et quo pacto ab apparentibus vocatis differant, in quibus erunt et ipſa coctionis ſigna. Nam et prognoſticum et librum de humoribus et aphoriſmos jam ante hunc librum expoſuimus. Sane ſemper de his eadem dicere ad eum ſpectat, qui prolixioribus utitur ſermonibus.

μστ'.

Οἱ δὲ διαφεύγοντες, ἢ μετὰ ἀποστήματος ἢ αἵματος ῥύσιος ἐκ τῆς ῥινὸς, ἢ πῦον παχὺ πτύσαντες διαφεύγουσιν, ἄλλως δὲ οὔ.

Ἐπειδὴ θνήσκειν αὐτοὺς εἶπεν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ προσέγραψεν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, διὰ τοῦτο ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν ὅπως ἐξ αὐτῶν ἔνιοι σώζονται. τούτους οὖν νῦν διεξέρχεται, καί φησιν ἢ δι' αἱμοῤῥαγίας ἢ δι' ἀποστήματος ἢ διὰ πύου πτύσεως ἱκανῶς πεπεμμένου σώζεσθαί τινας ἐξ αὐτῶν, συνενδεικνύμενος ἐξ ὧν εἶπε, διὰ πλῆθος τοῖς τοιούτοις περιπίπτειν συμπτώμασι τοὺς κάμνοντας.

μζ'.

Οὐδὲ γὰρ τῶν τοιουτέων ὁρέω ἐμπείρους τοὺς ἰητροὺς, ὡς χρὴ διαγιγνώσκειν τὰς ἀσθενείας ἐν τῇσι νούσοισιν, αἵ [70] τε διὰ κενεαγγείην ἀσθενέονται, αἵ τε δι' ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, αἵ τε διὰ πόνον καὶ ὑπὸ ὀξύτητος τῆς

XLVI.

Qui vero effugiunt, aut cum abſceſſu, aut ſanguinis e naribus profluvio, aut puris craſſi expuitione evadunt, aliter autem minime.

Quum mori ipſos dixit, non ſimpliciter, ſed *ut plurimum* aſcripſit, quapropter quo pacto quidam ex ipſis ſerventur, dicere ſequens erat. Hos igitur nunc percurrit, atque quoſdam ex ipſis ſervari ait aut per ſanguinis eruptionem, aut per abſceſſum, aut puris abunde cocti expuitionem, ſimul ex iis, quae retulit, aegros in hujusmodi ſymptomata incidere propter multitudinem ſignificans.

XLVII.

Neque enim horum ita peritos video medicos, qui ut oportet dignoſcant in morbis virium imbecillitates et quae ob vaſorum evacuationem et quae ob aliud quoddam irritamentum et quae ob dolorem et ab acumine

νούσου, ὁκόσα τε ἡμέων ἡ φύσις, καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτεκνοῖ πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα, καίτοι σωτηρίην ἢ θάνατον φέρει γινωσκόμενα ἢ ἀγνοούμενα τὰ τοιαῦτα.

Ἐπεὶ περί τε τῆς ἰσχύος τοῦ κάμνοντος πεποίηται καὶ περὶ τῆς ἀσθενείας λόγον, ταῦτα δ' εἰσὶ τῶν ἐκ τῆς διαίτης σκοπῶν οὐχ οἱ φαυλότατοι, διὰ τοῦτο νῦν ἀναλαμβάνει τὸν ὑπὲρ αὐτῆς λόγον τῆς κατὰ τὴν δύναμιν ἀσθενείας, ᾧτινι τρόπῳ γίγνεται διαγνωστικοὺς λέγων δεῖν εἶναι τοὺς ἰατρούς· ὅτι ἔνιαι μὲν τῶν ἀσθενειῶν διὰ τὴν τῶν ἀγγείων κένωσιν ἀποτελοῦνται, (τοῦτο γὰρ ἡ κενεαγγεία σημαίνει κυρίως τε καὶ πρώτως καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀσιτία κενεαγγεία πολλάκις εἴρηται, ὡς τῷ τοῦ γένους ὀνόματι καὶ ἐπὶ τοῦ εἴδους συνηθέστατα χρωμένων ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων) ἔνιαι δὲ διὰ πόνον, ἤτοι τὸν ἰδίως λεγόμενον, ὅσπερ ἐστὶν ὁ αὐτὸς ταῖς ὀδύναις, ἢ τὴν ὡς ἂν εἴποι τις κακοπάθειαν, ἣ κακοπαθοῦσιν οἱ κάμνοντες ἐν ταῖς ὀξείαις νόσοις. ἐνίας δὲ καὶ δι' ἄλλον τινὰ γίγνεσθαί φησι ἐρεθισμόν. εἰ μὲν γὰρ δὴ

morbi oboriantur, quosque affectus ac diverſas eorum ſpecies natura noſtra et habitus ſingulis pariat, quamvis haec cognita aut ignorata ſalutem aut mortem adferant.

Quoniam de aegri robore imbecillitateque ſermonem fecit, qui victus ſcopi ſunt non contemnendi, ob id nunc ſermonem de ea quae virium eſt imbecillitate repetit, quibus haec fiat modis, medicos dignoſcere debere aſſerens; quod quaedam fiant imbecillitates ob vaſorum vacuationem, (etenim vaſorum vacuatio hoc et proprie et primum ſignificat, atque ob id inedia vaſorum vacuatio ſaepius dicitur, tanquam nomine generis etiam in ſpecie homines omnes uti conſueverint) alia autem ob laborem vel proprie dictum, qui idem eſt doloribus, vel ut quis dixerit, malam affectionem, qua in acutis morbis aegri male afficiuntur. Aliam praeterea *virium imbecillitatem* ob aliud

τὴν δῆξιν ἐρεῖ ἤτοι γε τῆς γαστρὸς ἢ τῶν ἐντέρων, δόξειεν ἂν ὑποπεπτωκέναι τὸ σύμπτωμα τοῦτο ταῖς ὀδύναις· εἰ δὲ ἀγρυπνίαν ἤ τι τοῦ στόματος τῆς κοιλίας πάθος, οὐ κυρίως ἂν δόξειεν ἑρμηνεύειν. ἥ γε μὴν δύναμις ὁρᾶται καταλυομένη, διά τε κένωσιν ἐξ αἱμοῤῥαγιῶν ἢ ἐμέτων ἢ διαχωρημάτων ἢ ἱδρώτων καὶ δι' ἀσιτίαν μακροτέραν τοῦ προσήκοντος καὶ δι' ἄλγημά τι καὶ ἀγρυπνίαν ἐξαναστάσεις τε συνεχεῖς ἀποπατήσεως ἕνεκα καὶ πρὸς τούτοις ὅταν ποτὲ πάθῃ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς οὕτως, ὡς ἐναπειλεῖν συγκοπάς· τοῦτο μέν γε καὶ διὰ τροφῆς πλῆθος βαρυνούσης, ἤ τινα τῶν ἀνιαρῶν αὐτῆς ποιοτήτων, αὐτή τε κάμνει καὶ συγκαταλύει τὴν δύναμιν ἑαυτῇ τάχιστα. πᾶσαι μὲν οὖν αὗται διὰ φανερῶν αἰτιῶν γίγνονται αἱ βλάβαι τῆς δυνάμεως· ἕτεραι δέ εἰσιν ἀφανεῖς, ὥσπερ ὅταν ἄνευ κενώσεως φανερᾶς ἢ ἀγρυπνίας ἢ λιμαγχονίας ἢ καὶ τῆς κατὰ τὸ στόμα κοιλίας αἰσθήσεως οἱ κάμνοντες εἰς τοιαύτην ὑποσύρωνται τοῦ σώματος διάθεσιν, οἵαν ἐν τῷ προγνωστικῷ κατὰ τὴν ἀρχὴν (68) αὐτὸς ἔγραψε λέγων· ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι,

quoddam fieri ait irritamentum. Nam sane si morsum dixit vel ventriculi vel intestinorum, symptoma hoc sub dolorum nomine intellexisse est visus. Verum si vel vigilias vel aliquam oris ventriculi affectionem dixit, non proprie interpretari visus est. Caeterum vires exolvi videntur et ob evacuationem, quae fit vel sanguinis eruptione vel vomitu vel dejectionibus vel sudoribus, et ob longiorem quam par sit inediam et propter tum dolorem aliquem, tum vigilias, tum assiduas ventris purgandi gratia exsuscitationes, atque etiam quum os ventriculi ita affectum fuerit, ut syncopas minetur, atque etiam propter gravantis alimenti copiam, aut molestam quandam ipsius qualitatem et ipse laborat et vires secum celerrime dissolvit. Omnes igitur hae virium laesiones ex manifestis quidem fiunt causis, sed aliae ex non manifestis, ut quum absque manifesta vacuatione vel vigiliis vel inedia vel oris ventriculi sensu aegri ad talem subtrahuntur corporis affectionem, quam in prognostico in principio scripsit

κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὅσα τε τούτων ἐφεξῆς. αὕτη γὰρ τοῦ σώματος ἡ κατάστασις γίνεται μὲν καὶ δι' ἀγρυπνίαν καὶ δι' ἔκκρισίν τινα πολλὴν καὶ λιμαγχονίαν· γίνεται δὲ καὶ χωρὶς τούτων, ὅταν οἵ τε ἐν τῷ σώματι χυμοὶ λεπτοὶ τυγχάνουσιν ὄντες ἥ τε τοῦ πυρετοῦ θερμασία δριμεῖα· διαφοροῦνται γὰρ οἱ οὕτως λεπτυνόμενοι κατὰ τὸ ἄδηλον. ἐνίοις δὲ καὶ κατὰ τὴν δυσκρασίαν μιᾶς τῶν ἀρχῶν παθούσης ἀσθενὴς ἡ δύναμις γίγνεται· πρώτη μὲν οὖν ἡ πρώτως παθοῦσα κάμνει, κατὰ συμπάθειαν δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ δύο. μεμάθηκας γὰρ ἄλλην μὲν εἶναι κατὰ τὰ νεῦρα δύναμιν, ἀρχὴν ἔχουσαν τὸν ἐγκέφαλον· ἄλλην δὲ κατὰ τὰς ἀρτηρίας, ἧς ἡ ἀρχὴ καρδία· καὶ τρίτην κατὰ τὰς φλέβας, ἐξ ἥπατος ὁρμωμένην· ἐνίοτε γοῦν τῶν μορίων ἑνὸς οὑτινοσοῦν δυσκρασία τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐκάκωσεν, ᾗ συνεπάθησαν αἱ λοιπαὶ δύο δυνάμεις. τάχισται μὲν οὖν ἀπώλειαι γίγνονται τῆς καρδίας παθούσης, ἐφεξῆς δὲ τοῦ ἐγκεφάλου, βραδεῖαι δὲ αἱ ἀπὸ τοῦ ἥπατος. ὥσπερ γὰρ ταῦτα τὰ μό-

ipſe, inquiens: *nares acutae, oculi concavi, collapſa tempora* et quae deinceps ſunt. Nam haec corporis conſtitutio fit quidem et ob vigilias et ob excretionem quandam copioſam et ob gravem inediam, fit quoque et absque his, quum corporis humores tenues fuerint et febris calor acris. Nam exhauriuntur qui ita extenuantur, per inſenſibilem evacuationem. Nonnullis autem et ob intemperiem principis unius partis affectae imbecilles redduntur vires. Primo ſiquidem affecta prima laborat, deinde per conſenſum et reliquae duae. Didiciſti enim aliam quidem eſſe in nervis facultatem, quae principium habet cerebrum, alteram vero in arteriis, cujus principium eſt cor, tertiam denique in venis, quae ex hepate oritur. Ergo partis unius, quaecunque fuerit, intemperies propriam interdum facultatem vitiavit, cui conſenſerunt affectae reliquae duae facultates. Celerrimi igitur fiunt affecto corde interitus, deinde *affecto* cerebro, tardi ab hepate *prodeunt.* Ut enim partes hae intemperie affectae maximam

ρια κατὰ δυσκρασίαν παθόν- [71] τα μεγίστην βλάβην βλάπτεται τῆς οἰκείας ἕκαστον δυνάμεως, οὕτως ἔνια πλησίον ἑκάστης ἀρχῆς κείμενα κατὰ δυσκρασίαν ἰσχυρῶς νοσήσαντα τὰς ἀρχὰς τῶν δυνάμεων εἰς συμπάθειαν ἑαυτοῖς ἄγει, τινὰ δὲ, κἂν μὴ πλησίον ᾖ κείμενα, διὰ τὴν κατὰ γένος κοινωνίαν, ἤ τινα διαθέσεως ἰδιότητα, τὰ τὰς ἀρχὰς τῶν δυνάμεων ἔχοντα βλάπτει μόρια. τὸ μὲν οὖν στόμα τῆς γαστρὸς ὅταν μὲν ζωτικὴν δύναμιν εἰς συμπάθειαν ἄγῃ, συγκοπὰς ἐπιφέρει, ὅταν δὲ τὴν ἰδίως ψυχικὴν ὀνομαζομένην, παραφροσύνας ἢ σπασμούς· ἡ δὲ μήτρα ποτὲ μὲν ἀπνοίας, ποτὲ δὲ συντάσεις νεύρων. ἀλλὰ συμπληρωθέντα μὲν ἕκαστα τούτων ἁπλῶς γνώριμα, συνιστάμενα δὲ καὶ αὐξανόμενα κατὰ βραχὺ λανθάνει τοὺς πολλοὺς τῶν ἰατρῶν. χρὴ δὲ οὐχ ὅταν ὑπὸ μεγέθους ἀβοήθητα γένηται, τότε γνωρίζειν αὐτὰ τοῖς ἰδιώταις ὡσαύτως, ἀλλὰ ἀρχόμενά τε καὶ γιγνόμενα, τοῦτο γὰρ κάλλιστον· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' αὐξανόμενά γε πάντως. ἅπαντα οὖν τὰ τοιαῦτα δοκεῖ μοι δηλῶσαι διὰ τῆσδε τῆς λέξεως ὁ Ἱπποκράτης, ἐν ᾗ φησιν· ὅσα τε ἡμέων

facultatis unaquaeque fuae laefionem incurrunt, fic partes aliae principio unicuique propius appofitae, fi vehementer intemperie laborent, facultatum principia ad fympathiam agunt. At quaedam quamvis propius appofitae non fint, ob generis tamen communitatem vel quandam affectionis proprietatem, partes facultatum principia continentes laedunt. Os igitur ventriculi quum vitalem facultatem ad fympathiam agat, fyncopas infert, quum vero proprie animalem appellatam, deliria vel convulfiones. Uterus interdum quidem et apnoeas, interdum vero et nervorum contentiones. Verum fingula haec completa, ab omnibus cognofcuntur, quum vero fiunt et paulatim increfcunt, medicos plerosque latent. Haec autem non quum ob magnitudinem auxilio carent, tunc cognofcere oportet, quod vulgo contingit, fed et quum incipiunt et fiunt, hoc fiquidem optimum eft. Quod fi fieri non poffit, fed omnino quum increfcunt, *dignofcere neceffe eft.* Sane haec omnia Hippocrates hocce textu fignificaffe mihi vi-

ἡ φύσις καὶ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτεκνοῖ πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα· καὶ νῦν φύσιν λέγει τὴν κρᾶσιν, ἕξιν δὲ αὐτοῦ τοῦ σώματος τὴν κατασκευήν. οἱ μὲν γὰρ ἀραιότεροι φύσει διαφοροῦνται καὶ συγκόπτονται ῥᾳδίως, οἱ δὲ πυκνότεροι χρονίζουσιν ἐν ταῖς νόσοις. οὕτω δὲ καὶ μόρια τὰ μὲν ἔχουσί τινες ψυχρότερα, τὰ δὲ θερμότερα, καὶ τὰ μὲν ξηρότερα, τὰ δὲ ὑγρότερα· ἅπασι δὲ οἰκεῖον τῇ κράσει τὸ νόσημα.

μη΄.

Μεῖζον μὲν γὰρ κακόν ἐστιν, ἢν διὰ τὸν πόνον καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς νούσου ἀσθενέοντι προσφέρῃ τις ποτὸν ἢ ῥόφημα πλεῖον ἢ σιτίον, οἰόμενος διὰ κενεαγγείην ἀσθενέειν. ἀεικὲς δὲ καὶ διὰ κενεαγγείην ἀσθενέοντα μὴ γνῶναι καὶ πιέζειν τῇ διαίτῃ. φέρει μὲν γάρ τινα κίνδυνον καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτὰς, πολλῷ δὲ ἧσσον τῆς ἑτέρης· καταγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὕτη μᾶλλον ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρης. εἰ

detur, quo dicit: *quosque affectus ac diverſas eorum ſpecies natura noſtra et habitus ſingulis pariat,* ubi naturam temperamentum vocavit, habitum autem ipſius corporis ſtructuram. Nam qui rariores natura ſunt, exhauriuntur et in ſyncopen facile incidunt, qui vero denſiores, in diuturniores morbos ruunt. Sic autem et partes nonnulli habent, alias quidem frigidiores, alias calidiores, alias ſicciores et alias humidiores, ſed omnibus pro temperamento peculiaris morbus.

XLVIII.

Majus ſiquidem malum eſt, ſi quis ob laborem et acumen morbi debilitato potum aut ſorbitionem copioſiorem aut cibum exhibeat, ob vaſorum vacuationem imbecillum eſſe arbitratus. Indecorum autem eſt et ob vaſorum vacuationem imbecillum non cognoſcere et victu opprimere. Periculum ſiquidem aliquod adfert et hic error, multo tamen minus quam alter, ſed multo magis altero riſu dignior hic error eſt. Nam ſi medicus alius

γὰρ ἄλλος ἰητρὸς ἢ καὶ ἰδιώτης ἐσελθὼν καὶ γνοὺς τὰ ξυμβεβηκότα δώῃ καὶ φαγεῖν καὶ πιεῖν ἃ ὁ ἕτερος ἐκώλυσεν, ἐπιδήλως ἂν δοκέῃ ὠφεληκέναι. τὰ δὲ τοιάδε μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, δοκέει γὰρ αὐτέοισιν ὁ ἐσελθὼν ἰητρὸς ἢ ἰδιώτης ὥσπερ εἰ καὶ τεθνειότα ἀναστήσας.

Διὰ τὰς ὀδύνας πολλάκις οἱ κάμνοντες ἄσφυκτοι γίγνονται καὶ λειποψυχοῦσι καὶ κίνησιν οὐδεμίαν οἷόν τε κινηθῆναι, κατὰ ταῦτα δὲ καὶ διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς νόσου· τινὲς δὲ οὐ διὰ τοῦτα κάμνουσι τὴν δύναμιν, ἀλλὰ διὰ κένωσιν ἀγγείων ὁπωσοῦν γεγονυῖαν, εἴτ' οὖν δι' ἔκκρισιν πρόδηλον αἰσθήσει, εἴτε διαφόρησιν, εἴτε καὶ διὰ λιμαγχονίαν. οὗτοι μὲν οὖν δέονται τροφὴν προσάρασθαι ὅτι τάχιστα· τοὐναντίον δὲ ἂν οἱ δι' ὀδύνην ἢ δι' ὀξύτητα τῆς νόσου, κενώσεως [72] ἐνίοτε χρήζουσι μᾶλλον ἢ πληρώσεως. ἀλλὰ τούτοις μὲν ὁ τροφὴν διδοὺς μέγιστόν τι κακὸν ἐργάζεται· τοὺς δὲ διὰ κενεαγγείην ἀσθενοῦντας εἰ πιέζει διαίτῃ λεπτῇ,

ut plebejus acceſſerit et quae contigerunt cognoverit dederitque tum cibos, tum potus, quos alter prohibuit, aperte auxilium attuliſſe videatur. Atque iſta maxime artifices apud homines infamant. Videtur enim ipſis qui acceſſit medicus aut plebejus, hunc tanquam mortuum ſuſcitaſſe.

Ob dolores ſaepe aegri pulſus expertes evadunt, ac in lipothymiam incidunt, nulloque motu queunt moveri, ad haec autem et ob morbi acumen. Quidam vero non ob haec viribus aegrotant, ſed ob vaſorum quamcunque factam evacuationem, ſive ob evacuationem ſenſui manifeſtam, ſive etiam ob diſcuſſionem, ſive ob diuturnam inediam. Ita affecti igitur cibari quam celerrime expoſtulant. Contra autem qui ob dolorem aut morbi acumen, vacuatione interdum magis quam repletione indigent. At qui cibum his exhibet, maximum affert damnum. Verum qui ex vaſorum vacuatione imbecilles ſunt, hos ſi quis

βλάψειεν, οὐχ ὁμοίως δὲ ἐπιφανῶς ἢ ὀξέως· ἀεικές γε μήν ἐστιν ἀγνοῆσαι τοὺς διὰ κένωσιν ἀσθενοῦντας μᾶλλον ἢ τοὺς δι᾽ ὀδύνην. τὰ δ᾽ ἄλλα τῆς ῥήσεως σαφῆ.

μθ'.

Γεγράψεται οὖν καὶ περὶ τούτων σημήϊα, οἷσι δεῖ ἕκαστα τουτέων διαγινώσκειν.

Ἐπαγγέλλεται οὖν πάλιν κἀνταῦθα, ὥσπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν, ἕτερόν τι γράψαι περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων βιβλίον.

ν'.

Παραπλήσια μέντοι τοῖσι κατὰ κοιλίην ἐστὶ καὶ ταῦτα. καὶ γὰρ ἢν ὅλον τὸ σῶμα ἀναπαύσηται πουλὺ παρὰ τὸ ἔθος, οὐκ αὐτίκα ἔῤῥωται μᾶλλον· ἢν δὲ δὴ καὶ πλείονα χρόνον διελινύσας ἐξαπίνης εἰς τοὺς πόνους ἔλθοι, φλαῦρόν τι πρήξειεν ἐπιδήλως. οὕτω δὲ καὶ ἓν ἕκαστον τοῦ σώμα-

diaeta tenui oppresserit, laedet, quanquam non aeque evidenter vel celeriter. Ignorare autem, si aeger sit imbecillus ob vacuationem magis quam ob dolorem, probro vertitur. Caetera dictionis manifesta sunt.

XLIX.

Horum igitur etiam signa, quibus singula dignoscere oporteat, scribentur.

Rursum ergo hic pollicetur, sicuti paulo ante, se librum alium quendam de morbis acutis scripturum.

L.

Enimvero haec et sunt iis, quae ad alvum spectant, similia. Etenim si universum corpus praeter consuetudinem multum quieverit, non statim robustius evadit. Si vero sane et ubi diuturniori tempore otiatus ad labores repente venerit, malum quiddam evidenter operabitur. Ita vero et singulae corporis partes. Etenim et pedes

τος. καὶ γὰρ ἢν πόδες τοιόνδε τι πρήξειαν, καὶ τὰ ἄλλα ἄρθρα μὴ εἰθισμένα πονέειν, ἢν διὰ χρόνου ἐξαπίνης εἰς τὸ πονέειν ἔλθῃ. ταῦτα δ' ἂν καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ οἱ ὀδόντες πάθοιεν καὶ πᾶν ὁτιοῦν, ἐπεὶ καὶ κοίτη παρὰ τὸ ἔθος μαλακὴ πόνον ἐμποιέει καὶ σκληρὴ παρὰ τὸ ἔθος, καὶ ὕπαιθρος παρὰ τὸ ἔθος εὐνὴ σκληρύνει τὸ σῶμα.

Πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανῆλθε, συμπληρώσας τὸν κατὰ παρέκβασιν αὐτῷ λόγον ἐμπεσόντα περὶ τῆς κατὰ τὴν δύναμιν ἀσθενείας· καί φησιν ὅτι τοῖς κατὰ τὴν κοιλίαν ἔμπροσθεν εἰρημένοις τὰ νῦν λεχθησόμενα παραπλήσιά πώς ἐστι· συντείνει γὰρ εἰς ταὐτὸ τὸ κεφάλαιον, ἐν ᾧ κατασκευάζει τὰς ἀθρόας μεταβολὰς μεγά- (69) λην φέρειν τοῖς κάμνουσι βλάβην. αὐτὸ δ' ὃ νῦν γράφει, τοιόνδε ἐστίν. ὥσπερ ἡ κοιλία πλείονα χρόνον παντάπασιν ἀργήσασα καλῶς ἐνεργεῖν οὐ δύναται, πρὶν κατὰ βραχὺ πάλιν ἐθισθῆναί τε καὶ προσαχθῆναι ταῖς οἰκείαις ἐνεργείαις· οὕτω καὶ πᾶν τὸ σῶμα καὶ τῶν ἄλλων μορίων ἕκαστον. εἶτα

tale quiddam efficient, caeterique artus laborare non assueti, si longo post tempore derepente ad laborem accesserint, iisdem vero et oculi et dentes et quaecunque pars afficietur. Quandoquidem et lectus praeter consuetudinem mollis laborem facit, itemque praeter solitum durus. Quin et sub dio cubile praeter solitum corpus indurat.

Rursus ad institutum rediit, absoluto de virium imbecillitate sermone, quem per digressionem a pristino mutaverat instituto, aitque, quae nunc dicentur, similia quodammodo esse iis, quae ventriculo contingere dicta sunt. Nam scopum dirigit ad summam eam, in qua repentinas mutationes magnam aegrotantibus afferre laesionem astruit. Id autem quod nunc scribit hujusmodi est. Quemadmodum alvus diuturniori tempore omnino ociata probe functionem obire non potest, priusquam sensim rursum assuescat et suas exerceat operationes, sic et corpus univer-

καὶ μορίων ἐνίων ἐφεξῆς ὀνομαστὶ μνημονεύει. ἐπὶ δὲ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου καὶ τῆς κατὰ τὴν κοίτην μεταβολῆς ἐμνημόνευσεν, ἔτι δὲ καὶ νῦν κατασκευάζων τὸ προκείμενον ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ περὶ τῆς τῶν ἐθῶν μεταβολῆς.

να΄.

[73] *Αὐτὰρ καὶ τῶν τοιῶνδε πάντων ἀρκέει παραδείγματα γράψαι. εἰ γάρ τις ἕλκος λαβὼν ἐν κνήμῃ μήτε λίην ἐπίκαιρον μήτε λίην εὔηθες μήτε ἄγαν δυσελκὴς ὢν μήτε ἄγαν εὐελκὴς αὐτίκα ἀρξάμενος ἐκ πρώτης κατακείμενος ἰητρεύοιτο καὶ μηδαμῇ μετεωρίζοι τὸ σκέλος, ἀφλέγμαντον μὲν ἂν οὕτως εἴη καὶ ὑγιὴς πολλῷ θᾶσσον οὕτω γένοιτο ἢ εἰ περιπλανώμενος ἰητρεύοιτο· εἰ μέντοι πεμπταῖος ἢ ἑκταῖος ἢ καὶ ἔτι ἀνωτέρω ἀναστὰς ἐθέλει προβαίνειν, μᾶλλον ἂν πονέοι τότε ἢ εἰ αὐτίκα ἐξ ἀρχῆς πλανώμενος ἰητρεύοιτο· εἰ δὲ καὶ πολλὰ ταλαιπωρήσειεν*

ſum ſingulaeque aliae partes. Deinde et partes quaſdam ſerie continuata nominatim commemorat. Atque in fine ſermonis et ejus quae in cubili fit, mutationis mentionem fecit, aſtruens ſane et tunc quod ab initio de conſuetudinis mutatione eſt ab eo propoſitum.

LI.

Sed et horum omnium exempla ſcribere confert. Si quis enim accepto in tibia vulnere neque admodum inſigni neque valde benigno, cui neque admodum difficile neque admodum facile vulnera ſanentur, ſtatim prima ab initio die decumbens curetur et nequaquam crus attollat, ſic ſane vulnus inflammationis expers fuerit, multoque celerius ſic ſanus evaſerit quam ſi obambulans curaretur. Si tamen quinto aut ſexto aut ſuperiore etiamnum die ſurgens ambulare voluerit, tunc magis utique aegrotabit, quam ſi ſtatim ab initio oberrans curatus fuiſſet. Quod ſi etiam multum derepente labora-

ἐξαπίνης, πολλῷ ἂν μᾶλλον πονέσειεν ἢ εἰ ἐκεῖνος ἰητρευόμενος ταῦτα ταλαιπωρήσειεν ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσιν.

Ἔτι τε περὶ τῆς ἀθρόας μεταβολῆς ποιεῖται τὸν λόγον, ὥσπερ ἔμπροσθεν ἐπ' ἄλλων παραδειγμάτων, οὕτως καὶ νῦν ἐπὶ ἕλκους· εἰ γάρ τις, φησὶν, ἕλκος ἔχων ἐν κνήμῃ, δέον ἡσυχάζειν τε καὶ κατακεῖσθαι, περιέρχοιτο βαδίζων ἠρέμα (τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ πλανώμενος ἰητρεύοιτο) βλάπτοιτο μὲν ἐξ ἅπαντος, ἀλλ' ἧττον τοῦ ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις ἡσυχάσαντος, ἐξαίφνης περὶ ε΄ ἢ στ΄ ἢ ἔτι ἀνωτέρω τοῦ περὶ γ΄ ἢ δ΄, ἀρξαμένου βαδίζειν. ἔνιοι δὲ τὸ ἀνωτέρω νομίζουσιν ἐπὶ τῶν ἐφεξῆς ἡμερῶν εἰρῆσθαι τῆς ζ΄ καὶ η΄ καὶ θ΄, οὓς ἐχρῆν, εἰ τοῦτ' αὐτοῖς ἤρεσκε, διὰ τοῦ ε καὶ τοῦ ξ γράμματος, τὴν ἀρχὴν τῆς λέξεως γράφειν ἐξωτέρω καὶ οὐκ ἀνωτέρω, διὰ τοῦ α καὶ ν, τί οὖν, φήσουσιν, οὐχὶ καὶ τοιοῦτο γένοιτ' ἄν ποθ' ἕλκος, ὥστε κἂν ἑβδόμης τὶς ἢ ὀγδόης ἡμέρας ἄρξηται βαδίζειν, ἡσυχάσας ἔμπροσθεν, οὐ σμικρῶς βλαβῆναι; καὶ μεγάλως φαίην ἄν, εἴ γε μέγα τὸ ἕλ-

verit, multo magis aegrotaverit quam ſi is ita curatus hiſce diebus laboraſſet.

De repentina etiamnum mutatione, quemadmodum antea in exemplis aliis, ita et nunc in ulcere ſermonem facit. Si quis enim, inquit, ulcus in tibia habens, qui et quieſcere et decumbere indigeat, ſenſim incedens obambulet; hoc enim ſignificat obambulans curetur, laedetur quidem prorſus, ſed minus quam qui primis diebus quieverit ac derepente circa quintum vel ſextum vel diem etiamnum ſuperiorem, tertium vel quartum, ambulare coeperit. Quidam hoc, *ſuperius*, de ſequentibus dici diebus exiſtimant, ſeptimo, octavo et nono, quod ſi ipſis placebat, eos principium dictionis per ε et ξ, ἐξωτέρω, et non ἀνωτέρω per α et ν ſcribere oportebat. Quare autem, inquiunt, tale fieri non valet ulcus, ut non parum laedatur, qui ſeptimo vel octavo die ambulare coeperit et antea quieverit? Et graviter, dixerim, ſi ulcus magnum

κος ᾖ ἢ ὁ κάμνων εἴη δυσελκὴς, μᾶλλον δ' εἰ ἄμφω συνέλθοι· εἰ δὲ μήτε μέγα τὸ ἕλκος μήτε ὁ κάμνων δυσελκὴς εἴη, ἰητρεύοιτο δὲ προσηκόντως, καὶ γὰρ καὶ τοῦτο χρὴ προσυπακούεσθαι τῷ λόγῳ, περὶ τὴν ἑβδόμην ἢ ὀγδόην ἡμέραν ἤδη καλῶς ἔχοι καὶ βαδίζειν ἀβλαβῶς δύναται. διὰ τοῦτ' οὖν προσέθηκε τῷ λόγῳ, περὶ μὲν τοῦ ἕλκους αὐτοῦ, μήτε λίην ἐπίκαιρον μήτε λίην εὔηθες, τὸ ἁπλοῦν δηλονότι καλέσας εὔηθες· περὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, μήτε ἄγαν δυσελκής· ὁ γὰρ τοιοῦτος εἰ μηδὲν ἄλλο περὶ τὴν θεραπείαν ἁμαρτάνοι, μόνον διὰ τὸ βαδίζειν τὰ μέτρια, δέον κατακεῖσθαι, βλαβείη μὲν ἂν, οὐ μὴν οὕτως γε μεγάλως, ὡς εἰ ταῖς πρώταις ἡμέραις ἡσυχάσας, περὶ τρίτην ἢ τετάρτην ἢ πέμπτην ἢ ἕκτην ἤρξατο περιπατεῖν. ὁ δὲ μέγα τὸ ἕλκος ἔχων καὶ δυσελκὴς ὢν οὐ μετρίως, ἀλλὰ μεγάλως ἂν βλαβείη περιπατῶν ἐξ ἀρχῆς, ὥσπερ καὶ πάλιν ὁ μικρόν γε τὸ ἕλκος ἔχων καὶ λίαν ὢν εὐελκὴς ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις

fuerit, vel aegrotus fuerit unus ex illis, quibus ulcus difficulter curatur et magis ſi ambo concurrerint. Quod ſi neque ulcus magnum fuerit, neque aeger fuerit cui difficile ulcera curentur, curetur autem convenienter, etenim hoc ſubaudire in ſermone oportet, circa ſeptimum aut octavum diem bene jam habebit et ambulare citra laeſionem poterit. Quam ob cauſam ſermoni adjecit, de ulcere quidem ipſo, id neque admodum inſigne, neque valde benignum, ſimplex ſcilicet benignum vocans. De homine vero, cui non admodum difficile ulcera ſanentur. Is ſiquidem, ſi nihil aliud circa curationem erratum ſit, ſolum quod mediocriter ambulet et decumbere indigeat, laedetur quidem, ſed non ita graviter, quam ſi primis diebus quieverit, mox tertio vel quarto vel quinto vel ſexto obambulare coeperit. Qui vero magnum ulcus habuerit et cui difficile ulcera ſanentur, non mediocriter, ſed magnopere laedetur ab initio obambulans, quemadmodum et rurſum qui parvum ulcus habuerit et cui facile admodum ulcera ſanentur, ſi primis diebus quieve-

ἡσυχάσας περὶ τὴν ε' ἢ στ' ἤρξατο περιπατεῖν, οὐκ ἂν μεγάλως, ἀλλὰ μετρίως βλαβείη. διὰ ταῦτ' οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἐπὶ τοῦ μέσως ἔχοντος ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ἀντιθέσεσι τὸν λόγον ἐποιήσα- [74] το. λέγει δὲ ἀντίθεσιν τήν τε κατὰ τὸ μέγα καὶ μικρὸν ἕλκος καὶ τὴν κατὰ τὸ δυσελκῆ καὶ εὐελκῆ εἶναι τὸν ἄνθρωπον. εὔδηλον δ' ὅτι διαφέρει μηδὲν ἐπίκαιρον ἕλκος εἰπεῖν ἢ μέγα, καθάπερ οὐδὲ μικρὸν ἢ εὔηθες· τὸ γὰρ ἐπίκαιρον ἢ διὰ τὴν τοῦ χωρίου φύσιν γίνεται τοιοῦτον, μέγα κατὰ δύναμιν ἀποτελούμενον, εἰ καὶ τῇ διαιρέσει τοῦ χρωτὸς εἴη μικρὸν ἢ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ τῆς διαιρέσεως μέγεθος ἐπίκαιρον γένηται· τὸ δ' εὔηθες, ὅπερ ἁπλοῦν ἐστι καὶ μικρὸν, ἢ διὰ τὴν τοῦ χωρίου φύσιν ἄκυρον οὖσαν, ἢ κατ' αὐτὴν τὴν διαίρεσιν βραχεῖαν γενομένην.

νβ'.

Διὰ τέλεος οὖν μαρτυρέει ταῦτα πάντα ἀλλήλοισιν, ὅτι πάντα

rit et quinto vel fexto ambulare coeperit, non graviter, fed mediocriter laedetur. Propterea igitur Hippocrates de eo, qui in utraque oppofitione medium obtinet, fermonem fecit. Oppofitionem autem dicit tum eam quae in magno et parvo ulcere comperitur, tum eam qua homo curatu facilis eft ulceris et difficilis ulceris. Patet autem quod nihil referat infigne vulnus vel magnum dicere, quemadmodum neque parvum, neque benignum. Nam infigne vel propter loci naturam tale fit, magnum vero viribus perficitur, etiamfi corporis fectione parvum fit, vel ipfa fectionis magnitudine infigne fiat, benignum vero, quod fimplex eft et parvum, vel propter loci naturam, quae ignobilis eft, vel propter fectionem ipfam parvam factam dicitur.

LII.

Haec igitur omnia inter fe perpetuo teftantur res omnes

ἐξαπίνης μείζω πολλῷ τοῦ μετρίου μεταβαλλόμενα καὶ ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τὰ βλάπτει.

Ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν παραδειγμάτων ἀναμιμνήσκει τοῦ προκειμένου λόγου. καὶ νῦν οὖν ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸ ἕλκος παραδείγματος ἐποίησεν αὐτό. τὸ γὰρ διὰ τέλεος ταὐτὸν σημαίνει τῷ διὰ παντὸς καὶ ἀεί.

νγ΄.

Πολλαπλασίη μὲν οὖν κατὰ κοιλίην ἡ βλάβη ἐστὶν, ἢν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης ἐξαπίνης πλέον τοῦ μετρίου προσαίρηται· ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα, ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθοι, πουλὺ πλείω βλαβείη ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς ἐς κενεαγγείην μεταβάλλοι. δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τουτέοισιν ἐλινύειν, κἢν ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίης ἐξαπίνης ἐς σχολήν τε καὶ ῥαθυμίην ἐκπέσῃ· δεῖ δὲ καὶ τουτέοισι τὴν κοιλίην ἐλινύειν πλήθεος βρώ-

quae derepente ſupra modum in haec vel illa magnopere mutantur, oblaedere.

In exemplis ſingulis praeſentis ſermonis mentionem facit, quapropter et nunc in exemplo, quod de ulcere facit, idem eſt executus. Nam perpetuo idem ſignificat, quod ubique et ſemper.

LIII.

Multiplex itaque in ventre eſt laeſio, ſi ex multa vaſorum vacuatione repente quid plus juſto exhibeatur. Quin et reliquum corpus ſi ex multa quiete ſubito ad majorem laborem devenerit, multo magis laedetur quam ſi ex multo cibo ad vaſorum vacuationem commutetur. Corpus ſane his quieſcere oportet, etiamſi ex multo labore derepente ad otium ac ignaviam exciderit. Oportet autem et his ventrem a ciborum copia

μης· εἰ δὲ μὴ, πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιήσει καὶ βάρος ὅλου τοῦ σώματος.

Ὃ πρῶτον ἁπάντων ἀποδεῖξαι προὔθετο, τοῦτ᾽ ἦν αὐτὸ τὸ περὶ τῶν κατὰ τὴν κοιλίην ἀθρόων μεταβολῶν· εἶτα ἀπ᾽ αὐτοῦ πρὸς τὸ γενικώτερον, ὃ δὴ καὶ καθολικώτερον ὀνομάζουσι, μεταβὰς, περὶ πάσης ἔθους ἐξαλλαγῆς ἀθρόας διελέχθη μέχρι δεῦρο. περιεχομένων γὰρ τῶν εἰδικωτέρων ἐν τοῖς γενικωτέροις καὶ τῶν κατὰ μέρος ἐν τοῖς καθόλου καὶ ἡ τῶν κατὰ τὴν κοιλίην ἐξαλλαγὴ συναποδέδεικται τῇ περὶ πάντων ἀθρόᾳ μεταβολῇ· ἀλλὰ νυνὶ πάλιν ἐπὶ τὴν κοιλίαν ἀφικόμενος, τῶν ἐν αὐτῇ μεταβολῶν τὰς διαφορὰς διδάσκει, καί φησι πολλαπλασίαν (70) εἶναι τὴν βλάβην ἐν τῇ μεταβολῇ τῆς διαίτης, ὅταν ἐκ πολλῆς ἀσιτίας ἀθρόως προσενέγκηται πλείω τῶν συμμέτρων, ἤπερ ὅταν ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς εἰς ἀσιτίαν μεταβάλλῃ. τούτῳ δ᾽ αὐτῷ πάλιν ὅμοιον παρενέβαλε περὶ τὸ πᾶν σῶμα γιγνόμενον· ἧττον γὰρ βλάπτονται μεταβάλλοντες ἐξαίφνης εἰς ἡσυχίαν ἐκ κινήσεων

quiescere; sin minus, corpori laborem excitabit et totius corporis gravitatem.

Quod primum omnium demonstrare decreverat, id ipsum de repentinis in ventre mutationibus fuit. Deinde ab hoc ad generalius, quod et universalius dicunt, transiens, de repentina omni consuetudinis mutatione huc usque percurrit. Nam quum specialiora in generalioribus et particularia in universalibus contineantur, ventris quoque permutatio cum repentina omnium mutatione demonstrata est. Sed nunc rursum ad ventrem reversus, mutationum quae in eo fiunt differentias edocet, aitque longe graviorem in victus mutatione esse laesionem, quum ex multa inedia repente plus moderato ingeritur, quam si ex multo cibo ad inediam commutatio fuerit. Simile huic fieri in toto corpore deprehenditur. Nam minus laeduntur qui ex motu ad quietem subito transeunt quam qui

ἤπερ ὅταν εἰς κίνησιν ἐξ ἡσυχίας. [75] πάλιν δὲ κἀνταῦθα προσέγραψεν ἐπανορθώματα τῆς ἀκαίρου μεταβολῆς, ὥσπερ κἀν τοῖς ἔμπροσθεν· οὐκ ἀναγκαῖον δὲ οὐδὲ τοῦτο τῷ προκειμένῳ σκέμματι. ἃ δ᾽ οὖν προσέγραψε, ταῦτά ἐστι· τοῦτο μὲν εἰς ἀργίαν μεταβαίνοντας ἐκ κινήσεώς τε καὶ πράξεως, ἐλινύειν ἀξιοῖ, τουτέστιν ἡσυχάζειν τῷ παντὶ σώματι· τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστιν ἐκείνῳ τῷ, ὅκου λιμὸς οὐ δεῖ πονέειν· τοὺς δ᾽ εἰς ἡσυχίαν ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίας, ὀλιγώτερα προσφέρεσθαι, τοῦτο δ᾽ αὖ πάλιν ἐστὶν ἐλινύειν τὴν κοιλίην· ὡς εἴ γε μὴ πονῶν ὅλῳ τῷ σώματι προσφέροιτο τὰ συνήθη, πλῆθος ὑποθρέψει, διὸ βαρυνθήσεται τὸ πᾶν σῶμα καὶ πονήσειε. σημαίνει δ᾽ αὐτῷ νῦν ὁ πόνος τὴν βλάβην, γενικῶς νοούμενος πολλαῖς ταῖς κατ᾽ εἶδος βλάβαις.

νδ΄.

Ὁ δὴ οὖν πλεῖστός μοι λόγος γέγονε περὶ τῆς μεταβολῆς τῆς ἐπὶ τῆς διαίτης καὶ ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τά. ἐς πάντα μὲν

ex quiete ad motum demigrant. Rurſum autem et hoc in loco permutationis intempeſtivae emendationes, quemadmodum et in praemiſſis, adſcripſit. Verum id praeſenti ſpeculationi neceſſarium non eſt. Quae autem aſcripſit, haec ſunt. Qui ex motu quidem actioneque in ocium ſegnitiemque tranſeunt, eos otiari, hoc eſt, toto quieſcere corpore praecipit. Haec eadem illi ſententiae exiſtit, *ubi fames, laborandum non eſt.* Verum qui ex multo labore ad quietem *tranſeunt*, eos pauciora ingerere *jubet*, quod eſt et ventriculum quieſcere. Quoniam ſi quis toto corpore non laborans conſueta ingereret, is multitudinem ſubalet, proinde totum corpus gravabitur laborabitque, labor autem nunc Hippocrati laeſionem indicat, multis ſpecialibus laeſionibus genus exiſtens.

LIV.

Plurimus itaque mihi ſermo habitus eſt de victus rationis in haec vel illa immutatione, quod haec noſſe valde ſit

οὖν εὔχρηστον ταῦτ' εἰδέναι, ἀτὰρ καὶ περὶ οὗ ὁ λόγος ἦν, ὅτι ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν ἐς τὰ ῥοφήματα μεταβάλλουσιν ἐκ τῆς κενεαγγείης· μεταβλητέον γὰρ ὡς ἐγὼ κελεύω ἤδη· ἔπειτα οὐ χρηστέον ῥοφήμασι, πρὶν ἢ νοῦσος πεπανθῇ ἢ ἄλλο τι σημεῖον φανῇ ἢ κατὰ ἔντερον κενεαγγικὸν ἢ ἐρεθιστικὸν ἢ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ὁκοῖα γεγράψεται σημεῖα.

Συνήγαγε πάλιν αὐτὸς εἰς ἓν κεφάλαιον ἅπαντα τὸν λόγον, ἀξιῶν ἐπὶ μὲν τῶν ὡσαύτως ἐχόντων μὴ μεταβάλλειν τὴν δίαιταν, ἐπὶ δὲ τῶν ἐξ ὑγείας εἰς νόσον μεταβάλλειν μὲν, οὐ μὴν ὡς ἄλλοι μεταβάλλουσιν. εἶτα καὶ διὰ συντόμων ἐδήλωσε τὸν σκοπὸν τῆς ἐπὶ τῶν ὀξέως νοσούντων διαίτης. εἰ μὲν γὰρ πεπανθῇ τὸ νόσημα, μεταβαίνειν ἐπὶ τὴν τοῦ χυλοῦ δόσιν ἐκέλευσεν· εἰ δ' ἄπεπτον εἴη, μὴ μεταβαίνειν, εἰ μὴ ἄρα σύμπτωμά τι καθαιρετικὸν τῆς δυνάμεως ὀφθείη καὶ κενώσεως κατὰ γαστρὸς πλείονος ἢ ἄλλου τινὸς

utile, cum ad omnia tum etiam ad id, de quo erat oratio, quod in morbis acutis ex vaſorum inanitione, ad ſorbitiones mutationem faciunt. Mutatio namque, ut ego jam jubeo, facienda eſt, deinde ſorbitionibus non utendum, priusquam morbus maturuerit, aut ſignum aliquod aliud apparuerit, vel in inteſtinis vacuatorium vel proritatorium, vel in hypochondriis qualia ſcribentur ſigna.

Rurſus ipſe ſermonem totum in ſummam unam coegit, in ſimiliter quidem ſeſe habentibus victus rationem non permutare praecipiens, verum qui ex ſanitate ad morbum tranſeunt, eos permutare quidem, non tamen ut ceteri permutant. Deinde compendio quodam victus ſcopum in acutis morbis declaravit. Nam ſi morbus maturuerit, tranſire ad cremoris ptiſanae exhibitionem praecepit, at ſi incoctus fuerit, non tranſire, niſi forſan ſymptoma aliquod vires proſternens apparuerit, aut vacuationis alvi copioſioris, aut alterius cujusdam proritationis

προερεθισμοῦ προσγινομένου. κοινῷ δὲ ὀνόματι τῷ τοῦ ἐρεθισμοῦ περιέλαβε πάντα τὰ καθ᾽ ὁντιναοῦν τρόπον εἰς ἀῤῥωστίαν ἄγοντα τὴν δύναμιν, ἐν οἷς ἐστὶ καὶ ἡ δῆξις ὑπὸ δριμέων χυμῶν, ἤτοι κατ᾽ ἔντερον ἢ κατὰ γαστέρα γενομένη, καὶ μάλιστ᾽ αὐτῆς κατὰ τὸ στόμα καὶ ἀγρυπνία καὶ ὀργὴ καὶ λύπη καὶ τινὲς ἕλμινθες ἐκ τῶν ἐντέρων ἀναβᾶσαι πρὸς τὴν γαστέρα καὶ κνῆσις τοῦ δέρματος ἅπαντος ἢ καὶ μορίων τινῶν, ἐπιθεμένη διὰ νυκτὸς, ὡς μὴ μόνον αὐτῷ τὸ ἐρεθίζειν, ἀλλὰ καὶ σὺν ἀγρυπνίᾳ καταλύσαι τὴν δύναμιν· καὶ τὰ ὑποχόνδρια δὲ, φησὶν, οἷα γεγράψεται καὶ αὐτὰ συνενδείξεται το διδόναι τροφὴν, ἢ μὴ διδόναι· δυνατὸν γὰρ ὑπακούειν ἀμφότερα, μᾶλλον μέντοι τὸ ἕτερόν, ὅσον κατὰ τὴν τῶν λόγων ἀκολουθίαν. κελεύων γὰρ ἀπέχεσθαι πτισάνης πρὸ τοῦ πεφθῆναι τὴν νόσον, ὅταν γε δηλονότι δυνατὸν ᾖ τὸν κάμνοντα διαρκέσαι, προσέθηκε· πλὴν εἰ μὴ σημεῖόν τι φανείη ἢ κατ᾽ ἔντερον κενεαγγικὸν, ἢ ἐρεθιστικὸν ἢ κατὰ ὑποχόνδρια οἷα γεγράψεται· [76] ὡς τούτων ποτὲ προτρεπομένων ἐπὶ τὴν τοῦ χυλοῦ δόσιν πρὸ τοῦ

obortae. Communi autem proritationis nomine comprehendit omnia, quae quovis modo vires ad infirmitatem agunt, in quibus eſt et morſus, quem acris humor ſive in inteſtinis, ſive in ventriculo et praeſertim ipſius ore parit et vigilia et ira et moeror et lumbrici qui ab inteſtinis ad ventriculum uſque aſcendunt et cutis univerſae, aut etiam quarundam partium, qui nocte impetit pruritus, ita ut vires non ſolum ob irritationem, verum etiam ob vigilias exolvat. Praeterea inquit: *vel in hypochondriis, qualia ſcribentur ſigna*, ipſa quoque dandum, vel non dandum alimentum commonſtrabunt. Utrumque enim poteſt intelligi, ſed alterum magis pro ſermonum intelligentia. Nam praecipiens a ptiſana abſtinendum, antequam morbus maturuerit, quum ſcilicet aeger ſufficere poſſit, adjecit: *Niſi ſignum aliquod apparuerit, vel in inteſtinis vacuatorium aut proritatorium, vel in hypochondriis qualia ſcribentur*, tanquam et haec interdum cremoris exhibitionem, antequam morbus maturuerit, admoneant.

πεφθῆναι τὴν νόσον. ἴσως δὲ τὰ κατεξηρασμένα σφοδρῶς ὑποχόνδρια καὶ ἰσχυρῶς αὐχμώδη λέγει. τοιαῦτα γὰρ συμπίπτει καὶ τῷ κατὰ τὸ προγνωστικὸν εἰρημένῳ νεκρώδει προσώπῳ, περὶ οὗ φησι, ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι συμπεπτωκότες. αὕτη γὰρ ἡ συνδρομὴ τῶν σημείων ὑποχόνδριον ἔχει προσεσταλμένον ἱκανῶς, ὥστε τινα τῶν μὴ τετριμμένων ὡς ἀνεσπασμένον ἐξαπατῆσαι· οὐ ταὐτὸν δέ ἐστι προσεστάλθαι τε σφοδρῶς διὰ ξηρότητα καὶ ἀνασπᾶσθαι διὰ φλεγμονὴν, εἴ γε μὴν ὑπερβάλλουσα ξηρότης τοῦ σώματος ἐργαζομένη ἐστὶ τάσιν ἐν τῷ διαφράγματι πλείονα καὶ τῷ ὑποχονδρίῳ. μάλιστα δὲ προσέχειν δεῖ καὶ διορίζειν ἀπὸ τῆς ξηρότητος τὴν φλεγμονὴν, ἐπειδὴ καὶ ἡ θεραπεία διάφορός ἐστι· τοῖς μὲν γὰρ διὰ φλεγμονὴν ἔχουσι τὸ τοιοῦτον αὐτὸ λεπτοτάτης ἐστὶ χρεία διαίτης· τοῖς δὲ διὰ ξηρότητα τῆς ἐναντίας, ἐν ᾗ πλεονάκις ὀλίγον δίδομεν χυλὸν πτισάνης.

Fortaſſis autem hypochondria dicit, quae vehementer exaruerunt et ſquallida admodum exiſtunt. Talia namque contingunt et mortiferae ſaciei, de qua in prognoſtico dixit: *Nares acutae, oculi concavi, collapſa tempora.* Nam is ſignorum concurſus hypochondrium habet ita contractum, ut aliquem ex inexercitatis fallat, tanquam revulſum *videatur.* Verum contrahi vehementer ob ſiccitatem et propter phlegmonem revelli idem non ſunt, ſiquidem exuperans corporis ſiccitas tenſionem ſepto transverſo et hypochondrio pariat majorem. Sed maxime animadvertas diſtinguasque a ſiccitate phlegmonen, quod ſanatio diverſa ſit, oportet. Nam qui hoc ipſum ob phlegmonen habent, tenuiſſimo egent victu, qui vero ob ſiccitatem, contrario, ubi ſaepiuscule pauculum exhibemus ptiſanae cremorem.

νε.

Ἀγρυπνίη ἰσχυρὴ, πόματα καὶ σιτία ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα ποιέει· καὶ ἡ ἐπὶ τὰ ἕτερα αὖ μεταβολὴ διαλύει τὸ σῶμα καὶ ἑφθότητα καὶ καρηβαρίαν ἐμποιέει.

Πολλάκις ἐνενόησα τοῦτο τὸ βιβλίον ἐν τύποις εὑρεθὲν ἐκδεδόσθαι μετὰ τὸν Ἱπποκράτους θάνατον. ἡ γὰρ ἀταξία τῶν λόγων οὐκ ἄλλως ἔοικεν ἢ οὕτως γεγονέναι, προσγραφομένων μὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν εὑρισκομένων αὐτῷ παραδειγμάτων εἰς τὴν τοῦ καθόλου πίστιν, ἐνίων μὲν ἐπὶ τοῦ μετώπου, ἐνίων δὲ κατὰ τοῦ νώτου, μὴ δυνηθέντος δὲ τοῦ ἐγγραφομένου τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ τάξιν ἀποδοῦναι. τὸ γοῦν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει λεγόμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ φανερωτάτην ἔχει ἀταξίαν· οὐ γὰρ νῦν, ἀλλ᾽ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἦν ὁ καιρὸς αὐτοῦ, κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν λόγον, ἐν ᾧ περὶ τῆς παρὰ τὸ ἔθος εἰς τοὐναντίον μεταβολῆς ἔγραψε παραδείγματα· προσγράψαι γὰρ ἐκείνοις

LV.

Vehemens vigilia potus cibosque tum crudos tum incoctiores efficit, ac rurſus quae in contraria fit mutatio corpus diſſolvit et excoctionem ac capitis gravitatem inducit.

Saepius exiſtimavi hunc librum in typis repertum poſt Hippocratis mortem eſſe publicatum. Nam ſermonum confuſio non aliter quam ſic facta eſſe videtur. Enimvero quae ab ipſo Hippocrate inveniebantur exempla, haec in libro ad fidem univerſalem ab eo ſcripta ſunt, alia quidem in facie, alia vero in tergo, ſed qui exſcripſit, unicuique rei minime ſuum aſſignare ordinem potuit. Ergo quod ab ipſo in praeſenti textu dicitur, id manifeſtiſſime ordinem non habet. Non enim nunc *aſcribendae* rei hujus occaſio fuit, ſed paulo ante, quum de ea quae praeter conſuetudinem ad contrarium fit, mutatione exempla ſcripſit. Nam illis adſcribi debuit, quae

ἐχρῆν καὶ τοῦτο, τῆς μὲν εἰς ἀγρυπνίαν ἀήθους μεταβολῆς ἀπεπτότερα ποιούσης τὰ προσφερόμενα σιτία τε καὶ ποτὰ, τῆς δ' εἰς ὕπνον πολὺν ἀήθως καὶ τοῦτον ἐπιτηδευθέντα νωθρότητά τοῦ σώματος καὶ καρηβαρίαν. ἣν γὰρ εἶπεν ἑφθότητά τε καὶ διάλυσιν καὶ καρηβαρίαν, ἑνὶ ῥήματι περιληφθεῖσαν τὴν ἔκλυσιν δηλοῖ τοῦ τόνου· συνενδείκνυται δὲ καὶ τὸ τῆς ἑφθότητος ὄνομα, δι' ὑγρότητα θερμὴν γιγνομένης, οὐ διὰ ξηρότητα· πεφυκυίας διαφορεῖν μὲν καὶ ξηραίνειν τῆς ἐγρηγόρσεως, μὴ πέπτειν δὲ κατὰ τὸ βάθος· ὑγραίνειν δὲ τό τε πνεῦμα καὶ τὰς ἀποῤῥοίας κατέχειν τοῦ ὕπνου. κατὰ λόγον οὖν τὰ ἀτμώδη περιττώματα πλεονάζει ἐν τῷ σώματι τῶν ἀήθως ἐπὶ πολὺ κοιμηθέντων καὶ διὰ ταῦτα τὴν ὅλην αὐτῶν κατάστασιν ἔκλυτον ὁμοίως γίγνεσθαι τοῖς ἑψημένοις.

pliciter dixit, sed *mediocriter* adscripsit, neque enim valenter educit, ut oxymel, lenit sane, quo oxymel privatur. Nam oxymel tusses excitat, tum irritans, tum asperans, quatenus vehementer detergit; mulsa vero et praesertim aquosa minima detergenti participat facultate. Vocatur autem hujusmodi *facultas* etiam extergens, a qua et nunc Hippocrates nomen fecit *σμηγματῶδες*, de mulsa ita scribens, *habet etenim vim quandam extergendi.* Medioeri autem participare ipsam facultate hujusmodi ostendit, adjiciens vocabulo huic *σμηγματῶδες* vocabulum hoc *τὶ*, nempe, quibus adjiciatur, paucitatem indicat. Ergo pauca mulsae abstergendi vis, non quia abstergendi vis est, ob id simplex, sed quia pauca est. Ad glutinosum siquidem sputum medicamentum vehementer abstergens esse oportet, quod glutinosum eum, qui bronchiis pulmonis inhaeret, detergere possit humorem. Quod si quis ejusmodi in thoracis pulmonisque medio acervatus fuerit, jam et major, ut probe spuatur, tum incidentis tum de-

πρὸς τὸ καλῶς ἀναπτυσθῆναι τμητικῆς τε καὶ σμηκτικῆς δυνάμεως, ἥτις καὶ ἀπορῥύψει τε τοῦ ὑπεζωκότος αὐτὸ καὶ διατέμνει καὶ λεπτύνει· μεταληφθῆναι γὰρ ἄλλως ἀδύνατόν ἐστι τὸ τοιοῦτον, διὰ τοῦ περιέχοντος ὑμένος τὸ σπλάγχνον ἐς τὰ βρογχία τοῦ πνεύμονος. οὐ καλῶς οὖν ἐχρήσατο τῇ λέξει, προσθεὶς τῷ, ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, τὸ ἐφεξῆς εἰρημένον, ὃ μᾶλλον τοῦ μετρίου καταγλισχραίνει τὸ πτύελον· ἄμεινον γὰρ ἦν εἰπεῖν, ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι βραχὺ τὸ μελίκρατον, ὃ μᾶλλον τοῦ μετρίου πολλάκις ἐπιτρέπει τῷ πτυέλῳ καταγλισχραίνεσθαι. οὐ γὰρ διὰ τὸ μελίκρατον συμβαίνει τῷ πτυέλῳ καταγλισχραίνεσθαι, ἀλλὰ τοῦτο μὲν οἰκεῖον ὑπάρχει τῷ γε τοιούτῳ πτυέλῳ, τὸ μελίκρατον δὲ οὐδὲν ὀνίνησιν, ἀλλὰ διαμένειν ἐᾷ τὴν τοιαύτην φύσιν τοῦ περιττώματος. διὰ τοῦτ᾽ οὖν ἄμεινον ἦν εἰπεῖν μηδὲν ὀνίνασθαι τὸ γλίσχρον πτύελον, οὐ γίγνεσθαι τοιοῦτο ὑπὸ τοῦ μελικράτου· τὸ γὰρ καταγλισχραίνειν τὸ πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένον ἔμφασιν ἔχει τοῦ γίνεσθαι τοιοῦτον ὑπὸ τοῦ μελικράτου τὸ πτύελον.

---

tergentis facultatis eſt neceſſitas, quae id a ſuccingente detergat, incidat et tenuet; nam fieri non poteſt ut talis humor aliter per membranam viſcus ambientem ad pulmonis bronchia transferatur. Non igitur bene eſt uſus dictione *Hippocrates*, quum huic orationi, *habet enim detergens quiddam*, quod ſubſequitur dictum adjecit, *quod plus quam par ſit viſcoſum reddit ſputum.* Nam melius erat dicere, habet enim detergens quiddam idque paucum mulſa, quod ſaepenumero immoderatius viſcoſum fieri ſputum ſinit. Non enim ob mulſam glutinoſum fieri ſputum contingit, ſed id quidem ſputo hujusmodi proprium ineſt, mulſa vero nil juvat, ſed excrementi naturam talem permanere ſinit, quapropter melius dixiſſet, nihil glutinoſum ſputum juvari et non tale a mulſa fieri. Nam hoc verbum *καταγλισχραίνειν*, quod ab Hippocrate dicitur, ſputum a mulſa tale fieri, cum demonſtratione ſignificat.

ια΄.

Ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὸν τὸ μελίκρητον ἱκανῶς, ἢν μή τι τῶν ἀπὸ σπλάγχνων κωλύῃ.

Λέλεκταί μοι καὶ πρόσθεν ὅτι τῷ διεξέρχεσθαι ῥᾳδίως ἁπάσας τὰς μεταξὺ κοιλίας τε καὶ νεφρῶν ὁδοὺς, οὐρητικόν ἐστι τὸ μελίκρατον· ἐδείχθη δὲ καὶ ὅτι κακοπραγοῦντος τοῦ ἥπατος οὐ προσήκει πίνειν αὐτὸ, βλάπτει δὲ καὶ σπλῆνα φλεγμαίνοντα, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἔντερά τε καὶ γαστέρα, ταχέως γὰρ ἐκπυρούμενον ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν φλεγμονὴν θερμασίας εἰς χολὴν μεταβάλλει. τάχα γὰρ διὰ τὴν γλυκύτητα χαίρει τὰ σπλάγχνα τῷ μέλιτι, καθάπερ καὶ ἡ γαστὴρ, ὥστε θᾶττόν τε καὶ ἀθροώτερον ἐπισπᾶσθαι· καὶ γὰρ οὖν καὶ τἄλλα γλυκέα ταὐτὸν ἔχειν τούτῳ λογίσαιτ᾽ ἄν τις ὥσπερ πρὸς τὴν κοιλίαν, οὕτω καὶ πρὸς τὰ σπλάγχνα πεπονθέναι. φανεῖται δ᾽ ἡ γαστὴρ ἥδεσθαι τούτοις· καὶ γὰρ μετὰ τὸ καταπιεῖν αὐτὰ, [88] φανερῶς πῶς ἐστιν ἡδομένη πρὸς τῶν εἰλημμένων, ὥσπερ αὖ πάλιν ἀνιωμένη

XI.

Urinas quoque mulſa vehementer ciet, ſi qua viſcerum affectio non prohibeat.

Mulſam ante, quod vias omnes quae ventrem renesque interjacent, facile penetret, ciere urinas a me dictum eſt, imo demonſtratum quoque eſt, ubi jecur male afficitur, ipſam potui non convenire. Lienem praeterea phlegmone obſeſſum laedit, atque multo magis inteſtina ac ventrem, nam cito igneſcens ob phlegmones calorem in bilem convertitur. Quam primum enim ob dulcedinem melle delectantur viſcera, quemadmodum et venter, proindeque tum citius tum cumulatius eliciunt. Mel quoque et dulcia alia idem habere quis dixerit, atque ut ad ventrem, ita ad viſcera ſe habere. Venter autem his oblectari videtur. Etenim ubi ea deglutivit, manifeſte quodammodo ab aſſumptis delectatur, veluti e contrario

τοῖς τραχύνουσί τε καὶ πικροῖς, οὐκ ἐν αὐτῷ τῷ λαμβάνεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ ληφθῆναι ἄχρι χρόνου τινός. ὅθεν οὐδὲ προσφέρεταί τις αὐτὰ, πλὴν εἴ ποτε ὡς φάρμακον, διὰ χυμοὺς παρὰ φύσιν ἠθροισμένους ἐν τῇ γαστρί· κατὰ φύσιν δὲ ἐχούσης, ἀνιαρὰ πάντα αὐτῇ τὰ τοιαῦτά ἐστιν, ἡδέα δὲ μόνα τὰ γλυκέα. καὶ μὲν δὴ κατὰ τὸν καλούμενον λαιμὸν ἐκ τῶν καταπινομένων γλυκέων ἡδονὴ μεγίστη γίνεται, τοῦ κατ᾽ αὐτὸ τὸ χωρίον σώματος οἰκείως ἔχοντος τῷ τοιούτῳ χυμῷ· τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτ᾽ ἔστι σῶμα καὶ τῆς γαστρὸς ὁ ἔνδον χιτὼν, ὥσπερ γε καὶ ὁ τὴν γλῶτταν ἀμφιεννύς. ἀλλ᾽ ἐν ταύτῃ μὲν ἐνεργεστάτην ἔχει τὴν τῆς γλυκύτητος αἴσθησιν, ἐν δὲ τῷ λαιμῷ τὴν τῆς ἡδονῆς, αἴσθησις δὲ σαφὴς ἐν τῷ παραχρῆμα γίνεται καὶ ἐν τῷ στόματι τῆς γαστρὸς, ἡδομένῳ τοῖς καταπινομένοις γλυκέσιν, ὅταν κατὰ φύσιν ἔχῃ τὸ ζῶον. οὕτως οὖν εἰκός ἐστι καὶ τὰ σπλάγχνα χαίρειν τῷ μὲν γλυκεῖ χυμῷ, ταχέως δ᾽ αὐτοῦ καὶ πλεῖστον ἐπισπώμενα, καθ᾽ ὃν μὲν ὑγιαίνει χρόνον, ἀπολαύειν τε καὶ τρέφεσθαι, καθ᾽ ὃν δὲ πυρετώδη

ab aſperantibus amariſque offenditur, neque ſolum, quum aſſumuntur, verum et ubi aſſumpta ſunt, ad aliquod usque tempus. Unde nemo ea, niſi interdum vice medicamenti, ob humores praeter naturam collectos in ventre ingerit. Ubi enim ſecundum naturam habuerit, injucunda ipſi talia omnia ſunt, jucunda autem ſola, quae dulcia exiſtunt. Sane in appellata gula maxima ex devoratis dulcibus exoritur voluptas, corpore loci illius peculiare quiddam cum ſucco hujusmodi habente. Id autem corpus ipſum eſt ventriculi interna tunica, ut et ea, quae linguam ambit; verum in lingua efficaciſſimum habet dulcedinis ſenſum, in gula autem voluptatis. Senſus vero manifeſtus continuo efficitur et in ventris ore, quod dulcibus aſſumptis delectatur, quum animal ſecundum naturam exiſtit. Sic igitur viſcera dulci gaudere ſucco, plurimumque ipſius celeriter attrahentia, quamdiu valent, frui alique, quum vero febriunt et phlegmone obſidentur,

τέ ἐστι καὶ φλεγμαίνει, μεταβάλλειν ἐστὶ τὸ χολῶδες αὐτό. ὁρᾶται γοῦν καὶ τὰ καλούμενα συκωτὰ διὰ τῆς τῶν ἰσχάδων ἐδωδῆς, μέγιστά τε καὶ ἥδιστα γιγνόμενα, προφανῶς τοῦ ἥπατος εὐτροφοῦντος ἐπὶ τῇ τῶν γλυκέων ἐδωδῇ· ἀλλ' ἐν ταῖς φλεγμοναῖς τε καὶ τοῖς πυρετοῖς οὐκ εἰς εὐτροφίαν, ἀλλ' εἰς χολῆς γένεσιν, ἡ τῶν τοιούτων προσφορὰ μεταβάλλεται, τοῦ μὲν πυρετώδους θερμοῦ πλεονάζοντος, ἐλλείποντος δὲ τοῦ κατὰ φύσιν, ὅπερ εὔκρατον ἦν.

ιβ'.

Καὶ διαχωρητικώτερον δὲ κάτω τῶν χολωδέων, ἔστι μὲν ὅτε καλῶν, ἔστι δ' ὅτε κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ ἀφρωδεστέρων, μᾶλλον δὲ τὸ τοιοῦτον τοῖσι χολώδεσί τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι γίνεται.

---

[76] Ἀναμνησθῶμεν τῆς προειρημένης λέξεως, ἐν ᾗ παραβάλλων οἴνῳ γλυκεῖ τὸ μελίκρατον ἔλεγε, διψῶδές γε μὴν ἧσσον τοῦ γλυκέος οἴνου· καὶ νῦν οὖν πρὸς ἐκεῖνον εἶπε

in id quod biliofum eft, dulcem fuccum convertere par eft. Videntur igitur quae ficata ex caryearum efu appellantur tum maxima tum fuaviffima effe, jecore ipfo, ut liquet, ex dulcium efu alimentum uberius accipiente, verum in phlegmonis febribusque rerum hujusmodi ingeftio non in probam alimoniam, fed in bilis generationem demigrat, febrilis fiquidem calor exuperat, nativus autem deficit, qui bene temperatus erat.

XII.

Sed et biliofa excrementa magis fubducit, interdum quidem bona, interdum vero magis quam deceat colore faturata ac fpumantiora, idque biliofis magis et megalofplanchnis contingit.

Revocemus in memoriam praenunciatam dictionem, in qua mulfam vino dulci comparans dicebat, *at fane fiticulofa minus quam dulce vinum exiftit.* Nunc quoque

διαχωρητικώτερον εἶναι κάτω. χολωδέων γὰρ δὴ καὶ ὁ γλυκὺς οἶνος διαχωρητικὸς, ἀλλὰ τό γε μελίκρατον ἐνίοτε μὲν καλῶν τῶν χολωδέων ὑπακτικόν ἐστιν, ἐνίοτε δὲ μοχθηρῶν, ἅπερ ἐστὶν ἱκανῶς ἄκρατα χολώδη, τὰ πυῤῥὰν ἢ ξανθὴν ἔχοντα καὶ παχεῖαν χολήν. αὕτη τοίνυν ἀφρὸν προσλαμβάνει, πολλάκις μὲν κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν καὶ τοῖς ἐν πυρὶ θερμαινομένοις σφόδρως ἀφρὸς ἐπανθεῖ, πολλάκις δὲ τὸ τοῖς κοπτομένοις ὑγροῖς ὑπὸ πνεύματος. τούτων δὲ τὸ μὲν πρότερον ὧν εἶπον ὑπερβαλλούσης ἐστὶ θερμασίας γνώρισμα, τὸ δὲ δεύτερον, στενοχωρίας τῶν ὀργάνων καὶ ταραχῆς φυσώδους πνεύματος ἐναπειλημμένου, καὶ διέξοδον οὐ ῥᾳδίαν ἔχοντος. τοιαῦτα δ᾽ ὑπέρχεται χολώδη τοὐπίπαν ἐν τοῖς συντηκτικοῖς πυρετοῖς, ἐφ᾽ ὧν ἐναντιωτάτη τε καὶ βλαβερωτάτη ἁπάντων σχεδόν ἐστιν ἡ τοῦ μελικράτου πόσις, ὥσπερ γε καὶ τοὐναντίον ἡ τοῦ ψυχροῦ πόσις ὕδατος ὠφελιμωτάτη, [89] μᾶλλον δὲ τὸ τοιοῦτον διαχώρημά φησιν ὑπὸ τοῦ μελικράτου γίνεσθαι, τοῖς φύσει μὲν χολώδεσι, τουτέστι τοῖς θερμοῖς ἀμέτρως, ἐν δὲ ταῖς νόσοις φλεγμονὴν ἐχου-

mulſam ad vinum dulce comparans, *bilioſa* alvi excrementa dejicere magis pronunciavit. Nam et bilioſa dejicere vinum dulce poteſt, verum mulſa bilioſa quidem bona interdum ſubducit, interdum vero prava, quae ſincere admodum bilioſa exiſtunt, bilem igneam vel flavam habentia craſſamque. Ipſa igitur ſpumam accipit, ſaepe quidem ea ratione, qua in rebus vehementer igne caleſcentibus ſpuma efflorefcit, ſaepe vero ut in iis, quae a flatu agitantur, humidis. Horum quae protuli primum quidem caloris exuperantis nota eſt, ſecundum vero anguſtiae inſtrumentorum et agitationis flatulenti ſpiritus interclufi exitumque minime liberum habentis. Bilioſa autem hujusmodi omnino ſubducuntur in febribus ſyntecticis, quibus prope omnium adverſiſſima nocentiſſimaque eſt mulſae potio, quemadmodum et contra potio aquae frigidae commodiſſima. Alvinum hujusmodi excrementum ait a mulſa magis generari, natura quidem bilioſis, id eſt, immoderate calidis, ſed in iis morbis, quibus viſcus aliquod phlegmone

σι κατά τι τῶν σπλάγχνων. τὸ γάρ τοι κοινὸν ὄνομα νῦν ἴδιον ἐγένετο τῶν φλεγμαινόντων· οὐ γὰρ δὴ διὰ σκίῤῥον γε ἢ οἴδημα πυρετὸς ἐξάπτεται. πρόδηλον οὖν ὅτι κατὰ τὰς ὀξείας νόσους, ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος αὐτῷ ἐστιν, ὅταν ὄγκος ἐν σπλάγχνοις γένηται, φλεγμονῆς ἐστιν, οὐκ οἰδήματος ἢ σκίῤῥου τὸ σύμπτωμα· καὶ τούτους νῦν ὠνόμασε μεγαλοσπλάγχνους.

ιγ'.

Πτυέλου μὲν οὖν ἀναγωγὴν καὶ πνεύμονος μάλθαξιν τὸ ὑδαρέστερον μελίκρητον ποιέει μᾶλλον· τὰ μέντοι ἀφρώδεα διαχωρήματα καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα καὶ μᾶλλον θερμὰ τὸ ἄκρητον μᾶλλον τοῦ ὑδαρέος ἄγει.

Λέλεκται καὶ πρόσθεν ὡς ἐκχολουμένου τοῦ μέλιτος ἐν ταῖς ὀξείαις νόσοις καὶ κατὰ τοῦτο βλάπτοντος ἡμᾶς, βραδυπόρου δ' ὄντος τοῦ ὕδατος καὶ μένοντος ἐπὶ πλεῖστον

infeftatur. Commune fiquidem hoc nomen peculiare nunc factum eft eorum quae inflammantur; non enim propter fcirrhum aut oedema febris incenditur. Ergo quod in acutis morbis, de quibus ipfi fermo eft, quum tumor in vifceribus genitus fuerit, phlegmones fymptoma fit, non oedematis aut fcirrhi, conftat. Hos et nunc megalofplanchnos appellavit.

XIII.

At fputi quidem eductionem ac pulmonis mollitionem dilutior mulfa magis efficit, fpumofas vero dejectiones et biliofas magis quam deceat coloratas magisque calidas, meraca mulfa quam aquea magis ducit.

Mel in acutis morbis bilefcere, atque ob id nos laedere antea dictum eft; aquam praeterea tarde penetrare, atque in hypochondriis diutius morari, atque ob eas res

ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις καὶ διὰ τοῦτ᾽ ὄντος φευκτοῦ· τὸ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν ἐπιτήδειον γίνεται, κατὰ τὴν τοιαύτην κρᾶσίν συντιθέμενον, ὅταν ὕδατι πλείονι μέλιτος μιχθῇ τοσοῦτον, ὡς ὁδοποιεῖν τε καὶ πρὸς τὴν ἀνάδοσιν ἄγειν αὐτό. τά τε γὰρ οὖρα ποριμώτερα γίνεται καὶ ἡ τῶν πτυέλων ἀναγωγὴ θᾶττον, οὕτω κερασθέντων αὐτῶν· εἰ δὲ πολὺ τοῦ μέλιτος μιχθείη, δίψαν τε ποιεῖ καὶ γλισχραίνει τὸ πτύελον. καὶ διὰ ταῦτα μὲν ἐπιτηδειότερόν ἐστι τὸ ὑδαρέστερον μελίκρατον, εἴς τε τὴν τῶν πτυέλων ἀναγωγὴν καὶ τὴν τῶν οὔρων διέξοδον, τὸ δ᾽ ἀκρατέστερον εἰς τὰς τῆς γαστρὸς ὑποχωρήσεις· ὅσῳ γὰρ ἂν ἐρεθιστικώτερον ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλόν τε καὶ θᾶττον αὐτὴν ὑπάγει. καὶ διὰ τῶν κλυστήρων δὲ ἐνιέμενον, ὅσωπερ ἂν ἀκρατέστερον ᾖ, τοσοῦτον μᾶλλον ἐκκριτικὸν γίνεται τὸ τοιοῦτον· καὶ τῶν κατακορέως χολωδῶν, τουτέστι τῶν ἱκανῶς τοιούτων καὶ τῶν ἀφρωδῶν διαχωρημάτων αἴτιον ὑπάρχει· τὸ γὰρ ἐπισπᾶσθαι τὰ τοιαῦτα μᾶλλον ἔχει τῷ δάκνειν τε καὶ ῥύπτειν τὸ ἔντερον· ἔτι δὲ καὶ αὐτὸ μεταβάλλον εἰς χολὴν ξανθὴν συναύξει καὶ κατὰ τοῦτο τῶν χολωδῶν διαχωρημάτων τὸ πλῆθος, ὅθεν οὐδ᾽ ἐπαινεῖ

fugiendam. At quod ex utrisque mixtum eſt, idoneum redditur, quando ea conſtet temperatura, qua aquae plurimae tantum mellis permixtum fuerit, ut viam aquae paret et ad diſtributionem eam agat; his namque ita temperatis urinae facilius penetrabunt celeriusque ſputum educetur. Quod ſi mellis plurimum admixtum fuerit, et ſitim facit et viſcoſum reddit ſputum, ac propterea aquoſior mulſa tum ad ſputi eductionem, tum ad urinarum tranſitum idonea magis exiſtit, meracior vero ad ventris dejectiones, nam quanto magis proritabit, tanto magis et velocius ſubducet. Clyſteribus ergo infuſa, quo meracior, eo magis excretoria redditur. Cauſaque exiſtit dejectionum tum abunde, hoc eſt valde bilioſarum, tum ſpumoſarum; talia ſiquidem trahere magis poteſt, quia inteſtina tum mordet tum deterget. Adde quod et in bilem flavam tranſiens ea occaſione bilioſorum excrementorum copiam ſimul adauget, unde ipſius uſum non laudat

τὴν χρῆσιν αὐτοῦ. δηλοῖ δ' ἐκ τοῦ προσθεῖναι καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα· τὸ γὰρ μᾶλλον τοῦ καιροῦ σύνηθες αὐτῷ λέγειν ἀντὶ τοῦ μᾶλλον τοῦ προσήκοντος. τὸ δὲ ἀφρῶδες διαχώρημα καὶ κατὰ τὸ προγνωστικὸν ἐμέμψατο· καὶ τὰ κατακορέως δὲ, τουτέστιν ἀκράτως χολώδη, μοχθηρά· χρὴ γὰρ οὐ κατακορέως, οὐδ' ἀκράτως, ἀλλὰ μετρίως αὐτὰ τοιαῦτα εἶναι. μεμνημένος οὖν καὶ σὺ τούτων, ὅταν ἤτοι μελικράτου ποθέντος ἢ καὶ χωρὶς αὐτοῦ διαχωρεῖ τις ἀφρώδη τε ἅμα καὶ κατακορέως χολώδη, συντηκτικὸν εἶναι τὸν πυρετὸν ἴσθι καὶ διὰ τοῦτο ἀφίστασο τῆς τοῦ μελικράτου χρήσεως, [90] ἐπὶ δὲ τὸν τῆς πτισάνης ἧκε χυλὸν, ἐπιτηρῶν ἰδεῖν τι γνώρισμα κἂν βραχὺ, διὰ τῶν οὔρων, τῆς τοῦ νοσήματος πέψεως· ἐν ἐκείνῳ γὰρ τῷ καιρῷ διδοὺς καὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ὀνήσεις μέγιστα.

ιδ'.

Τὸ δὲ τοιοῦτον διαχώρημα ἔχει μὲν καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα (οὔτε γὰρ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα σβέννυσιν, ἀλλ' ὁρμᾷ·

Hippocrates. Declarat autem ex his adjectis et magis quam deceat ſincere bilioſas. Nam *μᾶλλον τοῦ καιροῦ* dicere ipſi conſuetum eſt pro plus quam conveniat. Spumoſas item dejectiones et in prognoſtico damnavit. Et *κατακορέως*, id eſt ſincere, bilioſa, prava ſunt, neque enim ſincere, neque mere, ſed mediocriter ipſa talia eſſe oportet. Horum igitur tu memor, quum vel ex mulſa epota, vel etiam absque ipſa quis ſpumoſa ſimul et ſincere bilioſa dejecerit, febrem ſciveris eſſe ſyntecticam, atque ob id ab uſu mulſae abſtineto, atque in ptiſanae cremorem devenito, obſervans ut aliquod ſignum, licet exiguum, coctionis morbi ex urinis videas. Nam ſi tunc frigidam aquam dederis, maximo eris praeſidio.

XIV.

Talis autem dejectio habet quidem alia quoque magna nocumenta. Neque enim hypochondriorum ardorem

δυσφορίην τε καὶ ῥιπτασμὸν τῶν μελέων ποιέει) ἑλκώδες δ' ἐστι καὶ ἐντέρου καὶ ἕδρης· ἀλεξητήρια δὲ τουτέων γεγράψεται.

Σύνηθες αὐτῷ τὰς βλάβας σίνεα λέγειν, ὡς κἀν τῷ περὶ ἀγμῶν καὶ ἄρθρων ἐδείχθη· καὶ γάρτοι σίνειν λέγουσιν οἱ Ἴωνες ἀντὶ τοῦ βλάπτειν· ἀλλὰ καὶ τὰ βλαβερὰ σινόμωρα πολλάκις αὐτὸς ὠνόμασε. μεγάλας οὖν βλάβας ἔχειν φησὶ τὸ προειρημένον διαχώρημα, τουτέστι τὸ κατακορὲς χολῶδές ἅμα τῷ καὶ ἀφρῶδες εἶναι. σύνηθες δ' αὐτῷ πολλάκις ἐπὶ τῶν σημείων χρῆσθαι ταῖς τῶν αἰτίων τε καὶ βλαπτομένων σωμάτων φωναῖς· τὸ γοῦν τοιόνδε διαχώρημα κάλλιον ἦν εἰπεῖν σημαίνειν, ἀλλ' ἔχειν εἶπε· καίτοι τὰ μὲν πεπονθότα σώματα τὰς βλάβας ἴσχει, τὰ δ' αἴτια ποιεῖ, τὰ δὲ σημεῖα δηλοῖ. τίνα γε μὴν ἐστιν ἃ συμβαίνει πρὸς τῶν εἰρημένων διαχωρημάτων σίνεα, παρ' αὐτοῦ ἄκουε λέγοντος· οὔτε γὰρ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα σβέννυσιν, ἀλλ'

extinguit, ſed concitat, gravem moleſtamque membrorum jactationem facit, verum inteſtina ac ſedem exulcerat, ſed horum auxilia ſcribentur.

Ipſi conſuetum eſt laeſiones nocumenta dicere, ut et in libris de fracturis et articulis demonſtratum eſt, nam *σίνειν nocere* Iones dicunt pro *laedere*, imo et *noxia σινόμωρα* ſaepenumero appellavit. Magnas igitur laeſiones habent, inquit, praedictae dejectiones, id eſt purae bilioſae ſimul et ſpumoſae. Conſuevit autem ſaepe Hippocrates inter ſigna, vocibus uti tum cauſarum tum quae laeduntur corporum. Dejectiones ergo hujusmodi ſignificare commodius dixiſſet, ſed habere dixit, quanquam corpora affecta laeſiones habent, cauſae faciunt et ſigna indicant. Sed quaenam ſint quae a dictis proveniunt dejectionibus noxiae, ab Hippocrate audi dicente. *Neque enim hypochondriorum extinguunt ardorem, ſed concitant.*

ὁρμᾷ· τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ πολλάκις ἡ τῶν χολωδῶν ὑποχώρησις αὐτίκα σβέννυσι τὸ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα· διὰ τοῦτ᾽ οὖν ἐπὶ τῶν κακοηθῶν χολωδῶν προσέθηκεν, ὅτι μὴ σβέννυται, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν αὐξάνεται τοῖς τὰ τοιαῦτα διαχωροῦσι καὶ οὐ παύεται τὸ καῦμα ἐκ τῶν ὑποχονδρίων, ἀλλὰ καὶ σφοδρότερον γίγνεται καὶ ῥιπτάζονται, τουτέστιν ἄσην τε καὶ δυσφορίαν ἔχουσιν, ἐπειδὴ τῆς ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις διαθέσεως φλογώδους τὰ τοιαῦτα διαχωρήματα συμπτώματα· καὶ μέντοι καὶ ὅτι κατὰ τὴν τῶν ἐντέρων διέξοδον ἡ δριμύτης αὐτῶν ξυσματώδη διάθεσιν ἐργάζεται. ταύτης μὲν οὖν τῆς διαθέσεως αἴτια γίγνεται τὰ κατακορῆ χολώδη, τῆς δὲ ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις σημεῖα· ὅ γε μὴν Ἱπποκράτης, ὡς ἔφην, εἴωθεν ἐνίοτε καὶ τοῖς τῶν αἰτίων ἐνδεικτικοῖς ῥήμασιν ἐπὶ τῶν σημείων χρῆσθαι. ἀλεξητήρια δὲ τουτέων γεγράψεται. ὅτι προήρηται καθ᾽ ἕκαστον εἶδος νοσήματος ἰάματα γράψαι καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐδήλωσε καὶ νῦν οὐχ ἧττον· εἰ (77) δ᾽ ἔστιν Ἱπποκράτους ἄξια τὰ προσκείμενα τῷδε τῷ βιβλίῳ τὰ μετὰ τὸ λουτρὸν,

Hoc autem ideo dixit, quoniam saepius biliosorum dejectio hypochondriorum fervorem protinus extinguit. Quare in malignis biliosis adjecit, quod talia excernentibus ipsis non extinguantur, sed omnino vice versa augeantur. Neque ardor hypochondriorum sedatur, quin potius vehementior redditur, ac jactantur, hoc est jactationem gravemque molestiam patiuntur, dejectiones siquidem hujusmodi inflammantis in hypochondriis affectionis symptomata existunt. Atque in intestinorum transitu ramentosam parit ipsorum acrimonia affectionem. Sane affectionis hujus mere biliosa causae existunt, ejus vero, quae in hypochondriis existit, signa. Verum Hippocrates, ut dixi, vocabulis causas indicantibus inter signa uti consuevit. *Sed horum auxilia scribentur.* Quod morborum singulorum remedia se scripturum dixerit, tum antea exposuit, tum et nunc non minus. Verum si quae libro huic post sermonem de balneis adjecta sunt, digna Hippocrate exi-

ὅσα τε ἐν τοῖς περὶ νόσων ἢ περὶ παθῶν γέγραπται, κατὰ τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν ἐπισκεψόμεθα.

ιε'.

[91] *Ἄνευ μὲν οὖν ῥοφημάτων μελικρήτῳ χρεόμενος ἀντ' ἄλλου ποτοῦ ἐν ταύτησι τῇσι νούσοισι, πολλὰ ἂν εὐτυχοίης καὶ οὐκ ἂν πολλὰ ἀτυχοίης· οἷσι δὲ δοτέον καὶ οἷσιν οὐ δοτέον, τὰ μέγιστα εἴρηται, καὶ δι' ἃ οὐ δοτέον.*

Ἐδήλωσε καὶ νῦν σαφέστατα, μέχρι τοῦ κριθῆναι τὸ νόσημα, μελικράτῳ μόνῳ χρῆσθαι συμβουλεύων. ἐν μόνοις γὰρ τοῖς συντηκτικοῖς νοσήμασιν, ἢ ἐφ' ὧν ἀνθρώπων ἀδύνατόν ἐστιν ἐξαρκέσαι τὴν δύναμιν ἄχρι τῆς κρίσεως, ἐπὶ τὸν χυλὸν ἀφιξόμεθα· τὰ δ' ἄλλα βέλτιον ἐπὶ μελικράτου μόνου διαιτᾷν.

ſtant et quae in libris de morbis vel de affectionibus ſcripta ſunt, ea inter exponendum conſiderabimus.

XV.

Si igitur hiſce in morbis absque ſorbitionibus aqua mulſa pro alio potu utaris, multa feliciter conſequeris, neque in multis ſucceſſu fruſtraberis. Verum quibus danda ſit et quibus non danda et quas ob cauſas non danda, maxima ex parte dictum eſt.

Declaravit et nunc manifeſtiſſime, donec morbus judicatus fuerit, ſola uti mulſa conſulens. Nam in ſolis ſyntecticis morbis, vel in quibus hominum vires ad morbi uſque judicationem ſufficere non poſſint, ad ptiſanae cremorem perveniemus. In aliis vero ſola cibare mulſa melius eſt.

ιστ΄.

Κατέγνωσται δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας καὶ διὰ τοῦτο ταχυθάνατον εἶναι νενόμισται. ἐκλήθη δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ἀποκαρτερέοντας· ἔνιοι γὰρ μελικρήτῳ μόνῳ χρέονται ποτῷ, ὡς τοιοῦδε δῆθεν ἐόντος.

Οὐ ταὐτόν ἐστι καταγυιοῦσθαί τε λέγειν ὑπὸ μελικράτου καὶ μηδ᾽ ὅλως τρέφειν ἢ ὀλιγότροφον εἶναι τὸ μελίκρατον, ἀλλ᾽ ἐπεὶ τρία ταῦτα πράγματα διαφέροντα ἀλλήλων ἐστί. τὰ μὲν γὰρ καθαιροῦντα τὴν δύναμιν, ὡς αἱμοῤῥαγία καὶ διαχώρησις πολλὴ καὶ ἱδρὼς ἄμετρός τε καὶ κατά τι συμβεβηκὸς ἀσιτία, καταγυιοῦν εἰκότως ἂν λέγοιτο· τὰ δὲ μηδ᾽ ὅλως τρέφοντα, καθάπερ τὸ ὕδωρ οὔτε καταγυιοῦν, οὔτε ῥωννύναι τὴν δύναμιν ἀληθῶς ἄν τις εἴποι, πλὴν κατὰ συμβεβηκὸς ἐνίοτε· τὸ γὰρ ὕδωρ οὐχ ὡς τροφὴ τὴν δύναμιν ἀνακτᾶται τῶν καμνόντων, ἀλλ᾽ ὡς φάρμακον εἰς συμμετρίαν κράσεως ἄγον τὰ διὰ τὴν ἀμετρίαν αὐτῆς ἀῤῥω-

XVI.

Damnata vero eſt ab hominibus aqua mulſa, quod ipſam bibentes deartuet, ac propterea mortem accelerare exiſtimata eſt. Verum id ob inedia tabeſcentes dictum ſit. Nonnulli enim ſola mulſa in potu utuntur, tanquam nimirum talis exiſtat.

Dicere ſumme debilitari a mulſa et mulſam nullo pacto nutrire aut exigue, idem non eſt, imo vero tria haec inter ſe differunt. Nam quae vires imminuunt, ut ſanguinis eruptio, dejectio copioſa, ſudor immoderatus et per accidens inedia, jure debilitare dicuntur. At quae nullo modo nutriunt, ut aqua, ea vires neque ſumme debilitare, neque roborare quiſpiam vere dixerit, niſi interdum per accidens. Aqua ſiquidem non ut alimentum aegrotantium vires recreat, ſed ut medicamentum, ad temperamenti ſymmetriam quae propter ipſius immodera-

στοῦντα. τρίτα πρὸς τούτοις τὰ βραχέως τρέφοντα· καὶ δύναιτο μὲν ἄν τις μόνοις αὐτοῖς χρώμενος ἀποθανεῖν, οὐ μὴν ὡς καθαιροῦσι τὴν δύναμιν, ἀλλ᾽ ὡς οὐχ ἱκανῶς ῥωννύουσιν. ἐκ τούτων οὖν ἐστι καὶ τὸ μελίκρατον· εἰ γάρ τις ἐν τέσσαρσιν ἡμέραις ἀσιτήσας ἀποθνήσκειν μέλλῃ, δύναιτ᾽ ἂν οὗτος μελικράτῳ χρώμενος οὐ μόνον εἰς τὴν ε΄, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν στ΄ ἀφικέσθαι. ὁ δ᾽ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ μέλιτος· ἡ γὰρ τούτου φύσις ἐστὶν ἡ καὶ τὸ μελίκρατον ἐκ τῶν βραχέως τρεφόντων ἐργαζομένη· τὴν γὰρ ὑγρασίαν τῆς τροφῆς ὄχημα καὶ οὐ τροφὴν οὐ μόνος ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ ἄριστοι τῶν ἰατρῶν ἀπεφήναντο. ταῦτ᾽ οὖν αὐτὰ τὰ νῦν εἰρημένα ὁ Ἱπποκράτης ἔγραψε περὶ μελικράτου καὶ μέλιτος οὐκ ἀσαφῶς διὰ τῶν ἑξῆς.

ιζ΄.

[92] Τὸ δ᾽ οὐ παντάπασιν ὧδε ἔχει, ἀλλ᾽ ὕδατος μὲν

tionem imbecilla ſunt, reducens. Tertio deinceps loco ſunt, quae exigue nutriunt, quibus qui tantummodo utitur, etiamſi interire poſſit, non tamen tanquam vires imminuentibus, ſed tanquam eas non quod ſatis ſit roborantibus. Ex his igitur eſt et mulſa. Nam ſi quis diebus quatuor cibo privatus interire deberet, is mulſa uſus non ad quintum modo, verum quoque ad ſextum pervenire poſſet. Hic autem ſermo et de melle intelligitur. Nam mellis natura et mulſam ipſam inter modice nutrientia facit. Nam humiditatem non ſolus Hippocrates, verum quoque et medicorum probatiſſimi fere omnes cibi vehiculum, non cibum cenſuerunt. Haec ſane eadem quae nunc dicuntur, de mulſa et melle ſcripſit non obſcure Hippocrates in ſequentibus.

XVII.

Verum non prorſus ita ſe res habet, ſed ſi mulſa ſola bi-

πολλῷ ἰσχυρότερόν ἐστι πινόμενον μοῦνον, ἢν μὴ ἐκταράσσῃ τὴν κοιλίην.

Οὐ γὰρ παντάπασιν ἀληθές ἐστι τὸ διὰ τὸ μελίκρατον ἀποθνήσκειν τοὺς ἀποκαρτεροῦντας· ἀπέθανον γὰρ ἂν, εἰ καὶ μόνον ὕδωρ ἔπινον, ἀλλ' ὅτι βραχεῖαν τροφὴν δίδωσι τῷ σώματι, διὰ τοῦτο μόνον μὲν ὂν οὐχ ἱκανόν ἐστι διαφυλάττειν τὴν ζωὴν, ὥσπερ καὶ χυλῷ πτισάνης, εἴ τις ἐθέλοι ῥοφεῖν μόνης εἰσαεί. ἀλλ' ὕδατος μὲν πολλῷ ἰσχυρότερόν ἐστι πινόμενον μοῦνον, εἰ μὴ ἐκταράσσει τὴν κοιλίην. ἐνδείκνυσθαι δοκεῖ διὰ τῆς ἰσχυρότερον φωνῆς ὅτι ἔχειν τι καὶ τὸ ὕδωρ δύναται εἰς τὸ τρέφειν· ἐγχωρεῖ δὲ διὰ τὸ τὴν ξηρότητα τοῦ σώματος τῆς γαστρὸς ἐπιτέγγεσθαι, διαρκεῖν ἐπὶ πλεῖον τοὺς πίνοντας ὕδωρ τῶν μηδ' ὅλως προσφερομένων. ἀσφαλῶς δὲ προσέθηκεν, εἰ μὴ ταράσσει τὴν κοιλίαν, ἐπὶ τοῦ μελικράτου τὸν λόγον ποιούμενος· ἐκείνους γὰρ δεόντως καὶ χείρονας ἑαυτῶν ἐργάζεται διὰ τὴν κένωσιν, οἷς ταράσσει τὴν κοιλίαν· ἅμα καὶ τοῦ

batur, aqua quidem multo valentior exiſtit, niſi alvum exturbarit.

Non enim omnino verum eſt inedia confectos propter mulſam mortem obire, moriuntur etenim, ſi quoque aquam ſolam biberint, ſed quod exiguam corpori praeſtet alimoniam, ob id ſola vitam ſervare non ſufficit, quemadmodum etiam *accidit*, ſi quis ptiſanae cremorem ſolum perpetuo ſorbeat. *Sed ſi mulſa bibatur ſola, aqua multo potentior eſt, niſi alvum exturbet.* Indicare videtur per hanc vocem, *potentior*, quod et aqua aliquam nutriendi vim habeat. Evenit autem eo quod corporis ventriculi ariditas irrigatur, ut diu qui aquam bibunt magis durent quam qui nihil aſſumunt. Secure autem, *niſi alvum perturbet*, addidit, de mulſa ſermonem faciens; illos enim jure pejus habere facit propter evacuationem, quibus alvum perturbat, ſimulque verbum id, *perturbat*, immoderatam ſignificat excretionem et non mediocrem. Scire qui-

ταράττειν ῥήματος οὐ τὴν σύμμετρον ὑποχώρησιν, ἀλλὰ τὴν πλεονάζουσαν δηλοῦντος. εἰδέναι μέντοι χρὴ τὸ μὲν ὠμὸν μελίκρατον ὑπακτικώτερον εἶναι, τὸ δὲ καλῶς ἡψημένον τροφιμώτερον· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐγνώσθω σοι κατὰ τὸ πάρεργον, ἴδωμεν δὲ ἃ ἑξῆς γράφει παραβάλλων οἴνῳ μελίκρατον.

ιη.

Ἀτὰρ καὶ οἴνου λευκοῦ καὶ λεπτοῦ καὶ ὀλιγοφόρου καὶ ἀνόσμου ᾗ μὲν ἰσχυρότερόν ἐστιν, ᾗ δὲ ἀσθενέστερον.

Ἔνιοι χωρὶς τοῦ ἐστὶ γράφουσι τὴν ῥῆσιν οὕτως· ἀτὰρ καὶ οἴνου λεπτοῦ καὶ ὀλιγοφόρου καὶ ἀνόσμου ᾗ μὲν ἰσχυρότερον, ᾗ δὲ ἀσθενέστερον. ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ ᾗ τὸ ἐνίῃ γράφουσιν οὕτως· ἀτὰρ καὶ οἴνου ὀλιγοφόρου καὶ λεπτοῦ καὶ ἀνόσμου ἐνίῃ μὲν ἰσχυρότερον, ἐνίῃ δὲ ἀσθενέστερον. ἐξ ἁπάντων γε μὴν ἡ αὐτὴ δηλοῦται δύναμις καὶ ἔννοια, κατά τι μὲν λέγοντος ἰσχυρότερον εἶναι τὸ μελίκρατον τοῦ τοιούτου οἴνου, κατά τι δὲ ἀσθενέστερον. ἐγὼ μὲν οὖν

dem oportet, mulſam crudam alvum magis ſolvere, coctam autem magis nutrire. Hoc autem obiter a te ſit cognitum. Videamus autem quae deinceps ſcribit vino mulſam comparans.

XVIII.

Sed et vino albo, tenui, paucifero et inodoro quodammodo validior eſt et quodammodo imbecillior.

Quidam citra *eſt* dictionem ita ſcribunt: *Sed et vino albo, tenui, paucifero et inodoro quodam modo validior et quodam modo imbecillior.* Nonnulli pro quodam modo legunt, interdum, hoc modo, *ſed et vino albo, tenui, paucifero et inodoro interdum quidem validior, interdum autem et imbecillior.* Sed certe ex omnibus vis eadem atque idem intellectus declaratur, quum mulſam vino hujusmodi quadantenus validiorem et quadantenus imbecilliorem dicat. Ego quidem memini vini hujus in

ἐπεμνήσθην οἴνου τοιούτου κατὰ τὸν περὶ τῶν οἴνων λόγον· ὁ δ' Ἱπποκράτης αὐτὸν ὥσπερ οὐκ εἰδὼς ἐσιώπησεν, ἀλλὰ νῦν γε σαφῶς ἐδίδαξε τήν τε σύστασιν αὐτοῦ μηνύσας ἐκ τοῦ φάναι λεπτοῦ, καὶ τὴν τῆς δυνάμεως ἀσθένειαν ἐκ τοῦ προσγράψαι καὶ ὀλιγοφόρου· [93] καλεῖται γὰρ οὕτως ὁ τῆς ὕδατος μίξεως ὀλιγίστης χρήζων εἰς τὸ ποθῆναι. κατὰ τοὐναντίον γὰρ ὁ πολλοῦ δεόμενος ὕδατος εἰς εὐκρασίαν ὀνομάζεται πολυφόρος, ἐν ἴσῳ τῷ πολὺ φέρειν ὕδατος δεόμενος εἰς τὴν εὔκρατον μίξιν· ὁ δ' ὀλιγοφόρος οἶνος ἔκλυτός τε καὶ ἀσθενὴς καὶ ἄχρηστος εἰς ποτὸν γίνεται, εἰ πλέονι κεράσεις ὕδατι. καὶ μὴν καὶ τὸ ἄοδμον αὐτοῦ μέγιστον γνώρισμα τῆς ἀσθενείας τε καὶ ψυχρότητός ἐστιν, ὕδατι καὶ κατὰ τοῦτο ἐοικὼς, ὥσπερ γε καὶ τῶν ἰσχυρὰν ἐχόντων ὀσμὴν μέγιστον τοῦτ' ἔστι τῆς ῥώμης σημεῖον. ὁ μὲν γὰρ ὑδατώδης οἶνος ὀλιγίστην μὲν ἐν τῷ ξύλῳ τῆς ἀμπέλου μεταβολὴν ἔσχηκεν, ὀλιγίστην δὲ καὶ τοῦ γεώδους στοιχείου τὴν μίξιν, ὥστε ὕδωρ εἶναι, βραχὺ γεώδους τε

de vinis tractatione. Ipſum autem tanquam neſciens Hippocrates ſubticuit, ſed nunc quidem manifeſte docuit, tum ſubſtantiam memorans hoc verbo, *tenui*, tum facultatis imbecillitatem, cum adjecit: *et paucifero.* Vocatur ſiquidem pauciferum, quod ut bibatur minima eget aquae mixtione. Contrario namque modo multiferum appellatur, quod ut probe temperetur multam exigit aquam, aequivalenter dixeris, quod aquae multum ferre debet ad probe temperatam mixtionem. Quod vero pauciferum vinum appellatur, tum exolutum tum imbecillum et ad potum inutile redditur, ſi multa dilueris aqua. Atqui quae in hoc vino eſt carentia odoris, ea imbecillitatis frigiditatiſque efficaciſſima exiſtit nota, atque in hoc aquae eſt aſſimile, quemadmodum vehementem habentium odorem efficaciſſimum id roboris ſignum. Vinum ſiquidem aquoſum leviſſimam in ligno vitis habuit transmutationem, leviſſimam quoque et elementi terrei permixtionem, ita ut aqua ſit, quae tum paulum terreae calidaeque ſubſtan-

καὶ θερμῆς οὐσίας προσειληφὸς, ἢ μετειληφὸς, εἴς τε τὴν τούτων ἕνωσιν ὀλιγίστης κατεργασίας δεηθείς. ὁ δ' ἐναντίος οἰνώδης τε καὶ πολυφόρος οὔθ' ὑπὸ βραχείας κατεργασίας γίγνεται τοιοῦτος, ὡς ἂν ἐπὶ πλεῖστον ἀφιστάμενος ὕδατος, ἀξιόλογον δὲ διὰ τοῦτ' αὐτὸ τὴν θερμασίαν καὶ τὴν ὀδμὴν ἐπικτᾶται.

ιθ'.

Μέγα μὴν διαφέρει καὶ οἴνου καὶ μέλιτος ἀκρητότης ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν. ὅμως τοίνυν εἰ καὶ διπλάσιον μέτρον οἴνου ἀκρήτου πίνοι τις ἢ ὁκόσον μέλι ἐκλείχοι, πολλῷ ἂν δήπου (78) ἰσχυρότερος εἴη ὑπὸ τοῦ μέλιτος, μοῦνον εἰ μὴ ταράσσοι τὴν κοιλίην· πολλαπλάσιον γὰρ καὶ τὸ κόπριον διεξίοι ἂν αὐτέῳ.

Εἰ μελικράτου ἐλέλεκτο καὶ μὴ μέλιτος, ἦν ἂν σαφέστερον· ὁ γάρ τοι λόγος ἦν αὐτῷ μέχρι δεῦρο περὶ μελικράτου καὶ τοῦτο παρέβαλεν οἴνῳ κεκραμένῳ, δηλονότι μεθ'

tiae assumpserit, participesve fuerit, tum levissima in horum conjunctionem indiguerit confectione. Contrarium autem, tum vinosum, tum multiferum, neque a levi confectione tale efficitur, ut quod ab aqua longissimo recedat intervallo. Qua de causa insignem tum calorem tum odorem consequutum est.

XIX.

Multum tamen differt tum vini tum mellis meracitas ad utriusque robur. Nam etiamsi duplam vini meraci mensuram quis biberit, aut tantum mellis delinxerit, tamen a solo melle multo validior fuerit, nisi alvum turbaverit. Nam et multo plus stercoris ipsi prodierit.

Si mulsae et non mellis dixisset, manifestior esset oratio. Nam de mulsa hucusque ipse disseruit eamque vino nimirum aqua diluto comparavit, neque ipsam per

ὕδατος, οὐκ αὐτὸ καθ' ἑαυτό· ἀλλ' ὅπως ἡ παραβολὴ δικαία γίγνοιτο, διὰ τοῦτο ἐπανήγαγε τὸν λόγον ἐπ' αὐτόν τε τὸν οἶνον καὶ τὸ μέλι. παραλογίζονται δ' ἔνιοι κατὰ τὰς τοιαύτας παραβολὰς οὐκ ἄλλους μόνον ἑκόντες, ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἄκοντες· ἔνιοι δὲ πειραθέντες γοῦν τινων ἀκρατεστέρων, οὐ τοῖς ἀκράτοις μόνοις, ἀλλὰ καὶ ὁπωσοῦν κεκραμένοις τὴν ἐπ' ἐκείνων προσάπτουσι δύναμιν· ὥσπερ αὖ πάλιν ἕτεροι πειραθέντες ὑδαρεστέρων, ἐξ ἐκείνων ὑπὲρ ἁπάντων ἀπεφήναντο τῶν ὁπωσοῦν κεκραμένων. οὐ μὴν οὕτως ἐχρῆν ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ λογίσασθαι δεῖν ἀνάλογον τὸ μελίκρατον ἐν τῇ κράσει τῶν πινομένων οἴνων κατὰ τὴν τοῦ ὕδατος μίξιν, ὡς μὴ τὸν οἶνον ἀκρατέστερον εἶναι, τὸ δὲ μελίκρατον ὑδαρέστερον, εἰ μέλλεις δικαίαν ποιεῖσθαι τὴν παραβολὴν αὐτῶν· ἐπεὶ δὲ χαλεπόν ἐστι τὴν ἀναλογίαν ἀκριβῶς ἐν τῇ μίξει φυλάξαι, διὰ τοῦτο ἐπ' αὐτὰ τὰ ὄντως ἄμικτα καὶ κυρίως ἄκρατα καλούμενα μετήνεγκε τὸν λόγον ὁ Ἱπποκράτης, οἴνῳ μηδ' ὅλως κεκραμένῳ παραβάλλων τὸ μέλι· καί φησι διπλάσιον οἶνον

ſe, ſed ut juſta fieret comparatio, ob id ſermonem ſuum ad mel vinumque revocavit. Nonnulli autem in hujusmodi comparationibus non alios modo volentes, ſed ſe ipſos quoque inviti falſis rationibus decipiunt. Quidam vero meraciora purioraque experti, non puris ſolis, ſed quovis modo temperatis illorum vires adaptant. Quemadmodum alii rurſum aquoſiora experti, ex illis de omnibus quoquo modo temperatis ſententiam ferunt. Non ita tamen de rebus judicium ferendum eſt. At ſi juſtam facturus ſis de ipſis comparationem, mulſam ad eorum quae bibuntur vinorum temperaturam in aquae permixtione, ita ex proportione exiſtimabis, ut vinum non meracius et mulſa aquoſior fuerit. Sed quoniam in mixtione proportionem exacte ſervare difficile eſt, ob id ad ea quae vere immixta et proprie pura vocantur, tranſtulit ſermonem Hippocrates, vino nullo modo diluto melip ſum comparans. Aitque duplum vini epotum minus alere quam

πινόμενον ἧττον τρέφειν ἁπλοῦ πλήθους μέλιτος. ἐπεὶ δὲ πλείω γένη τῶν οἴνων εἰσὶν, οὐ τοὺς ἰσχυροὺς καὶ κεφαλὴν πλῆξαι δυναμένους καὶ παραφροσύνας ἐργάσασθαι προεχειρίσατο κατὰ [94] τὸν λόγον, ἀλλὰ τὸν ἀσθενῆ καὶ ὑδατώδη καὶ τούτῳ παραβάλλων τὸ μέλι τροφιμώτερον ἀπέδειξεν. ὅταν δὲ διπλασίῳ ὄγκῳ οἴνου ἀξιώσῃ μέλιτος ἥμισυ παραβάλλειν, οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι μόνον ἑκάτερον ὁ κάμνων αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτὸ προσφερέσθω, μὴ μιγνὺς ὕδωρ· ἀλλ᾽ εἰ μετὰ τὸ μετρῆσαι τὸ πλῆθος ἑκατέρου προσφέροιτο καθ᾽ ὅ τι βούλοιτο, διαφέρει οὐδὲν ἧττον. δύναται γὰρ εἰ τύχοι κύαθον ἕνα μέλιτος ἢ καθ᾽ ἑαυτὸν λαμβάνειν ἢ ὅσον βούλεται μιγνὺς ὕδατι προσφέρεσθαι καὶ τοῦτο καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν πιεῖν· ἢ πάλιν οἴνου κυάθους δύο ἑκάστης ἡμέρας ὡς αὐτὸς βούλεται κεραννὺς ὕδατι προσφέρεσθαι. γνωσθήσεται γὰρ ἐκ τῆς τοιαύτης πείρας ἐπὶ πλέον τῶν ἀνθρώπων ὁμοίως ἐχόντων κατ᾽ ἄλλα καὶ μέντοι καὶ μᾶλλον ἐφ᾽ ἑνὸς, οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἡ ἑκατέρου δύναμις ἀκριβής· εἰ γὰρ μὴ κατά τινα φύσεως ἰδιότητα ταράττοι τὴν γαστέρα τὸ μέλι,

mellis ſimplum. Verum quoniam plura vinorum genera exiſtunt, non quae vehementia ſunt caputque ferire ac deliria creare poſſunt, in hoc exprompſit ſermone, ſed *vinum* imbecillum aquoſumque melque huic comparans, plus alere enunciavit. At quum vini duplo vaſi mellis dimidium comparare voluerit, non quod ſolum utrumque per ſe et citra aquae mixtionem aeger ſumere debeat aſſeruit, ſed ſi poſt utrumque dimenſum pro arbitrio ingerat, non minus differt. Poteſt ſiquidem, ſi res tulerit, mellis cyathum unum vel per ſe accipere, vel aquae quantum volet mixtum ingerere, atque id quotidie bibere, vel denuo vini cyathos duos diebus ſingulis, ut volet, aqua temperans aſſumere. Tali ſiquidem experimento, tum in plurimis ſimiliter in caeteris habentibus hominibus, tum etiam in uno magis non eodem tempore, cognoſcetur exquiſita utriusque facultas. Si enim mel non ex aliqua naturae proprietate ventrem turbat, qui melle

πλείοσιν ἡμέραις ἐξαρκέσουσιν οἱ τῷ μέλιτι χρώμενοι. διὰ τί οὖν, εἴπερ τοῦτο οὕτως ἔχει, κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως εἶπεν· ἀτὰρ καὶ οἴνου λεπτοῦ καὶ ὀλιγοφόρου καὶ ἀνόσμου ἐνίῃ μὲν ἰσχυρότερον, ἐνίῃ δὲ ἀσθενέστερον εἶναι τὸ μελίκρητον; οὐ γὰρ ἐνίοτε μὲν ἰσχυρότερον, ἐνίοτε δὲ ἀσθενέστερον, ἀλλ᾽ ἰσχυρότερον ἀεὶ φαίνεται κατὰ τὸν εἰρημένον ἄρτι λόγον. ὅτι πρὸ τοῦ διορισθῆναι καὶ διδαχθῆναι πρὸς αὐτοῦ περὶ τῆς δικαίας παραβολῆς ἀδιορίστως τοῦ λόγου περαινομένου καλῶς καὶ ἀσφαλῶς εἶπεν, εὑρεθήσεται τὸ μελίκρατον τοῦ οἴνου κατά τι μὲν ἰσχυρότερον, κατά τι δὲ ἀσθενέστερον. ἐὰν γὰρ μὴ διορίσηταί τις ἑκατέρου τὴν ἀναλογίαν τῆς κράσεως, ἐνίοτε μὲν ἀσθενέστερος ὁ οἶνος, ἐνίοτε δὲ τὸ μελίκρατον εἶναι δόξει· διορισθέντων δὲ, ὡς εἴρηται, καὶ τῆς κατὰ τὴν γαστέρα ταραχῆς ἐπιβλεπομένης, τὸ μελίκρατον ἰσχυρότερον εἰς θρέψιν ἀεὶ φαίνεται τοῦ κεκραμένου κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν οἴνου· ἐὰν δὲ ὅτι καὶ τὸ κόπριον ἐκκρινόμενον ἐπὶ τῷ μελικράτῳ σύμμετρον, ὡς μὴ καταλύειν τὴν δύναμιν ἐννοήσεις, ἔτι καὶ μᾶλλόν σοι φανεῖ-

utuntur, diebus pluribus abunde ſufficient. Si ergo res ita habet, cur in principio orationis dixit: *at vino albo, tenui, paucifero et inodoro interdum fortior et interdum imbecillior eſt mulſa?* Non enim interdum fortior et interdum imbecillior, ſed ſemper fortior ſecundum nuper dicta videtur. Quoniam priusquam de comparatione juſta diſtinxiſſet docuiſſetque, citra diſtinctionem abſoluto ſermone, probe et ſecure dixit, invenietur mulſa vino quadantenus fortior et quadantenus imbecillior. Si enim temperamenti utriusque analogiam quis non diſtinxerit, interdum quidem imbecillius vinum, interdum et mulſa eſſe videbitur. Verum ſi haec diſtinxeris, ut eſt dictum, atque eam quam mel in ventre facit turbationem contemplatus fueris, mulſam ad nutriendum validiorem ſemper deprehendes quam vinum eadem proportione dilutum. Quod ſi et ſtercus, quod ex mulſa ita moderatum excernitur, ut vires non exolvat, adnotaveris, tibi etiam magis

ται πλείων ἡ ἐκ μελικράτου θρέψις ἤπερ ἡ ἐξ οἴνου γιγνομένη. εἰ γὰρ καὶ κόπρου πολλαπλασίου διεξιόντος, ὅμως ὁ κάμνων ἐξαρκεῖ πλείοσιν ἡμέραις ἐπὶ τῷ μελικράτῳ, δυνατώτερον δηλονότι πρὸς τὴν θρέψιν οἴνου φαίνεται τὸ μέλι.

κ'.

Εἰ μέντοι ῥοφήματι χρέοιτο πτισάνῃ, ἐπιπίνοι δὲ μελίκρητον, ἄγαν πλησμονῶδες ἂν εἴη καὶ φυσῶδες καὶ τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια σπλάγχνοισιν ἀσύμφορον· προπινόμενον μέντοι πρὸ ῥοφημάτων μελίκρητον οὐ βλάπτει ὡς ἐπιπινόμενον, ἀλλά τι καὶ ὠφελέει.

Περὶ τῆς τάξεως ὁ λόγος αὐτῷ, ᾗ κάλλιστ' ἄν τις χρῷτο τῷ μελικράτῳ τε καὶ πτισάνῃ. κοινὸς δὲ ἔστω σοι λόγος καὶ οὗτος, ὡς ἐπὶ παραδείγματος ἑνὸς διδασκόμενος μελικράτου τε καὶ πτισάνης· ἀεὶ γὰρ χρὴ πρότερον μὲν προσφέρεσθαι τά τε ῥαδίως διαφθειρόμενα καὶ μᾶλλον ὑπιόντα, δεύτερα δὲ τὰ ἐναντία. πτισάνη δὲ [95] μελικράτου δυσ-

ex mulſa copioſior videbitur nutritio quam ex vino. Etenim ſi multiplex exeat ſtercus, laborans tamen pluribus diebus ex mulſa ſufficiat, certe ad nutritionem mel vino validius videtur.

XX.

Si tamen pro ſorbitione ptiſana utatur, aquam vero mulſam ſuperbibat, hunc vehementer replebit, ac flatus concitabit et hypochondriorum viſceribus erit noxia. At ſi ante ſorbitiones mulſa bibatur, non ut ſuperepota laedit, imo etiam aliquo modo opitulatur.

De ordine ipſi ſermo eſt, quem in uſu et mulſae et ptiſanae quisque optime ſervare debeat. Verum uno tum mulſae tum ptiſanae exemplo edoctus univerſalem hunc accipe ſermonem. Nam perpetuo prius aſſumenda ſunt, quae et facilius corrumpuntur et magis ſubducuntur, poſterius vero contraria. Ptiſana autem quod mulſa difficilius

φθαρτότερον καὶ ὑπέρχεται βράδιον. πρώτου μὲν οὖν τοῦ μελικράτου ληφθέντος οἷον ὑφήγησίς τις ἐξ αὐτοῦ γένοιτ' ἂν τῇ πτισάνῃ τῆς διαχωρήσεως· εἰ δὲ πτισάνη πρώτη ληφθείη, κωλυόμενον ὑπιέναι τὸ μελίκρατον ἐμφυσήσει τε τὸ ὑποχόνδριον εἴς τε τὴν χολὴν μεταβληθὲν ἐν τῷ χρόνῳ καὶ τῇ πτισάνῃ τι λυμανεῖται.

κα'.

Ἑφθὸν δὲ μελίκρητον ἐσιδεῖν μὲν πολλῷ κάλλιον τοῦ ὠμοῦ· λαμπρὸν γὰρ καὶ λεπτὸν καὶ λευκὸν καὶ διαφανὲς γίγνεται· ἀρετὴν δὲ ἥντινα αὐτέῳ προσθέω διαφέρουσάν τι τοῦ ὠμοῦ οὐκ ἔχω. οὔτε γὰρ ἥδιόν ἐστι τοῦ ὠμοῦ, ἢν τυγχάνοι γε τὸ μέλι καλὸν ἐόν· ἀσθενέστερον μέντοι γε τοῦ ὠμοῦ καὶ ἀκοπρωδέστερόν ἐστιν, ὧν οὐδετέρου ἐς τιμωρέην προσδέεται μελίκρητον. ἄγχιστα δὲ χρηστέον αὐτῷ τοιῷδε ἐόντι, ἢν τὸ μέλι τυγχάνοι πονηρὸν ἐὸν καὶ ἀκάθαρτον καὶ μέλαν καὶ μὴ εὐῶδες· ἀφέλοιτο γὰρ ἂν ἡ ἕψησις τῶν κακοτήτων αὐτοῦ τὰ πλέονα τοῦ αἴσχεος.

corrumpatur et descendit tardius. Si ergo mulsa primo sumpta fuerit, ex ea quaedam ptisanae ad dejectionem fit provocatio, verum si ptisana primum sumpta fuerit, subduci mulsa prohibita inflabit hypochondria, atque tandem in bilem conversa ptisanae detrimentum afferet.

XXI

Cocta autem aqua mulsa aspecta quidem quam cruda longe praestantior est. Splendida namque et tenuis, alba et pellucida existit. Sed quam ipsi virtutem attribuam, qua crudam antecellat, non habeo. Neque enim cruda est suavior, si mel probum esse contigerit, cruda tamen est imbecillior, ac minus ducit stercoris, quorum neutro ad praesidium mulsa indiget. Praecipue vero ejusmodi cocta utendum, si mel pravum fuerit et impurum et nigrum, neque boni odoris. Coctura namque majorem pravitatum ipsius foeditatem tollit.

Διαφορὰς ὠμοῦ τε καὶ ἑφθοῦ μελικράτου διδάσκει καθ᾽ ὅλην τήνδε τὴν ῥῆσιν, δεῖται δ᾽ ὁ λόγος οὐδεμιᾶς ἐξηγήσεως.

κβ΄.

Τὸ δ᾽ ὀξύμελι καλεόμενον ποτὸν πολλαχοῦ εὔχρηστον ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν εὑρήσεις ἐόν· καὶ γὰρ πτυάλου ἀναγωγόν ἐστι καὶ εὔπνοον· καιροὺς μέντοι τοιούσδε ἔχει.

Τὸ καλούμενον καὶ τὸ καλεῖσθαι καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις ἔμαθες αὐτὸν προστιθέντα ποτὲ μὲν ὡς οὐδέπω συνήθους ἅπασι τοῖς Ἕλλησι τῆσδε τῆς προσηγορίας οὔσης, ποτὲ δὲ ὡς ἀκύρως λεγομένης, ἐνίοτε δὲ ὡς ἐνδεικνυμένης τι τεχνικὸν, ὡς ἐπὶ τῶν κροταφιτῶν τε καὶ μασητήρων μυῶν ἐδιδάξαμεν. ἀλλ᾽ ὅτι μὲν οὐδὲν ἐνδείκνυται τεχνικὸν ἡ προσηγορία τοῦ ὀξυμέλιτος ἅπαντι δῆλον, ἀλλ᾽ ἤτοι μεμφόμενος ἢ ὡς οὐδέπω συνήθη, διὰ τῆς τοῦ (79) καλεομένου ἐπεσημήνατο προσθήκης. ἐγχωρεῖ δ᾽ ἑκάτερα· ἴσως μὲν γὰρ

Toto textu coctae crudaeque mulfae differentias docet. Sed haec nullam defiderat expofitionem oratio.

XXII.

At vero acetum vocatum mulfum epotum faepenumero his in morbis effe perutile comperies. Etenim fputum furfum educit et facilem refpirationem facit. Hafce vero habet utendi opportunitates.

Quod vocatur et vocari atque his fimilia ipfum adjicere non ignoras, interdum quidem quod haec appellatio Graecis omnibus nullo pacto ufitata fit, interdum vero quod improprie dicatur, atque interdum quod artificiofum quiddam demonftret, ut in temporalibus et mafticatoriis mufculis declaravimus. Sed quod artificiofum nihil indicet oxymelitis appellatio conftat omnibus. *Appellationem* igitur ex adjectione *vocati* vel damnavit, vel tanquam inufitatam indicavit. Poteft autem utrumque feciffe. Nam

τότε πρῶτον εἰς χρῆσιν κοινὴν ἤρχετο· τάχα δὲ καὶ μέμφεται τῇ φωνῇ, ὡς ἐμφαινούσῃ, ἤτοι ἐκ τοῦ ὄξους καὶ μέλιτος μόνων συγκεῖσθαι τὸ φάρμακον ἢ ὡς μέλιτος διαφορὰν δηλούσῃ, ὡς εἰ καὶ οὕτως ἔλεγέ τις· τὸ δὲ μέλι τὸ ὀξὺ δύναμιν ἔχει τοιάνδε. περὶ μὲν δὴ τῆς τοῦ καλεομένου προσθήκης δῆλον· ἐπ᾽ αὐτὸ δὲ τὸ χρήσιμον ἴωμεν. οὐ γὰρ ἐξ ὄξους καὶ μέλιτος μίξεως μόνον ἡ σύνθεσις γίγνεται τοῦ ὀξυμέλιτος, ἀλλ᾽ ἐκ μελικράτου βραχὺ [96] προσλαμβάνοντος ὄξους. ἕψεσθαι δὲ ἄμεινον αὐτό· καθαιρεῖται γὰρ ἡ δύναμις τοῦ ὄξους ὑπὸ τῆς ἑψήσεως, ὡς τὴν ὠφέλειαν τὴν παρ᾽ αὐτοῦ λαμβάνειν τὸ μελίκρατον ᾧ μίγνυται, τὴν βλάβην δὲ οὐκ ἴσχειν. τὴν μὲν οὖν ὠφέλειαν κατὰ τὴν ἀρχὴν εἶπε τῆς ῥήσεως καὶ μετὰ ταῦτα ἐρεῖ· τὴν βλάβην δ᾽ ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ὅλης ῥήσεως προσθήσει. κατὰ τὴν ἀρχὴν μὲν οὖν εἴρηται, πτυέλου γὰρ ἀναγωγόν ἐστι καὶ εὔπνοον· ἐφεξῆς δ᾽ ὅσα ταῖς λέξεσιν ἐπακολουθήσαντες αὐτοῦ μαθησόμεθα. καιροὺς μέντοι τοιούσδε ἔχει. τοὺς καιροὺς ἤτοι τοὺς τῆς χρήσεως αὐτοῦ λέγει, καθότι σύνηθες, ἢ τοὺς

forſan tunc primum in communem coepit uſum venire. Fortaſſis et vocem damnat, tanquam ex ſolis aceto et melle conſtare] medicamentum declarantem, vel tanquam mellis differentiam indicantem, quaſi ita quispiam diceret, mel autem acidum tali praeditum eſt facultate. Ergo de *vocati* adjectione patet. Quapropter ad utile deſcendamus. Non enim ex aceti mellisque mixtione tantum oxymelitis eſt compoſitio, verum ex mulſa paulum aceti accipiente. Sed praeſtat ipſam concoqui, nam aceti facultas coctione ita imminuitur, ut mulſa quidem ab eo, cui miſcetur, auxilium ſumat, laeſionem autem non habeat. Auxilium autem in orationis exordio enunciavit, atque ab his enunciabit, laeſiones vero ad dictionis totius calcem adjiciet. Dictum eſt igitur in exordio, *ſputum ſiquidem educit et facilem reddit ſpirationem.* Quae autem deinceps ſunt dictiones ſecuti ab eo diſcemus. *Haſce vero habet utendi opportunitates.* Opportunitates dicit vel tempora, quibus ex conſuetudine utendum ſit,

τῆς ὠφελείας, ἐπειδὴ καὶ κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον ἐδείχθη χρώμενος ἐνίοτε τῇ τοῦ καιροῦ προσηγορίᾳ.

κγ'.

Τὸ μὲν κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέσον ποιήσειεν πρὸς τὰ πτύελα τὰ μὴ ῥηϊδίως ἀνιόντα. εἰ γὰρ ἀνάγοι μὲν τὰ ἐγκέρχνοντα καὶ ὄλισθον ἐμποιήσειε καὶ ὥσπερ εἰ διαπτερώσειε τὸν βρόγχον, παρηγορήσειε τὸν πνεύμονα, μαλθακτικὸν γὰρ αὐτέου· καὶ εἰ μὲν ταῦτα συγκυρήσειε, μεγάλην ἂν ὠφελείην ποιήσειεν· ἔστι δ' ὅτε τὸ κάρτα ὀξὺ οὐκ ἐκράτησε τῆς ἀναγωγῆς τοῦ πτυέλου, ἀλλὰ προσεγλίσχρηνέ τε καὶ ἔβλαψεν.

Ἐφ' ὧν ἐστι χρεία τοῦ ὀξέος ὀξυμέλιτος, ἐπὶ τούτων διδάσκει τὴν ἐξ αὐτοῦ γιγνομένην ἐνίοτε βλάβην· ἐφ' ὧν γὰρ ὅλως οὐδ' ἂν χρήσαιτό τις ὀξεῖ τῷ τοιούτῳ φαρμάκῳ, περιττὸν τὸ καταλέγειν τὰς τοιαύτας βλάβας. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἁπλῶς εἶπε περὶ ὀξέος ὀξυμέλιτος, ἀλλὰ καὶ κάρτα προσέ-

vel quibus juvare ſoleat. Quoniam et in hoc ſignificatu temporis appellatione interdum uti *Hippocratem* oſtendi.

XXIII.

Quod ſane valde acidum eſt, nihil validius ad ſputa non facile prodeuntia effecerit. Nam ſi exaſperantia educeret, ac meatum lubricum induceret et veluti gutturis alas explicaret, pulmonem utique leniret; nam ipſum emolliret. Quod ſane ſi haec contingerent, magnam id utilitatem praeſtaret. Interdum vero valde acidum ſputi eductionem non ſortitur, imo et magis glutinoſum reddit et oblaedit.

In quibus acidi oxymelitis uſus eſt, in his fieri aliquando ex eo laeſionem docet. Nam in quibus nemo prorſus tali acido medicamento uteretur, tales recenſere laeſiones ſuperfluum eſt. Neque enim ſimpliciter de acido oxymelite ſermonem fecit, ſed et *valde* adjecit, quod

θηκεν, ὅπερ σημαίνει ταὐτὸν τῷ λίαν καὶ σφόδρα. τὸ τοιοῦτον οὖν ὀξύμελι μέσον οὐδὲν εἴωθεν ἐργάζεσθαι τοῖς κατὰ τὸν πνεύμονα παχέσι τε καὶ γλίσχροις πτυέλοις, ἐφ᾽ ὧν ἄν τις αὐτῷ χρήσαιτο μόνῳ· ἀλλ᾽ ἤτοι τεμὸν αὐτὰ καὶ ἀποῤῥύψαν ἀνήγαγεν ἢ τοῦτο μὲν πρᾶξαι μὴ δυνηθὲν ἐξήρανεν. ὥσπερ γὰρ τμητικὸν τὸ τοιοῦτον φάρμακον, οὕτω καὶ ξηραντικόν· ἔχομεν δ᾽ αὐτὸ ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα παχέων πτυέλων, οὐχ ὡς ξηραῖνον (οὕτως γὰρ βλάψειεν), ἀλλὰ ὡς τέμνον τε καὶ ῥύπτον. ὅταν μὲν οὖν ἀδυνατήσῃ ταῦτα ποιῆσαι, χρηστὸν μὲν οὐδὲν ἔπραξε, μεγίστην δὲ βλάβην εἰργάσατο. πότ᾽ οὖν ἀποτυγχάνει ῥύπτειν καὶ τέμνειν αὐτὸς ἐφεξῆς ἐδίδαξε, νυνὶ δὲ βούλομαι περὶ τῆς γραφῆς τῆς ἐν πολλοῖς τῶν βιβλίων εἰπεῖν· οὐ γὰρ διὰ τὸ σ τὴν δευτέραν συλλαβὴν τοῦ μέσον ὀνόματος, ἀλλὰ διὰ τοῦ ζ γεγραμμένην εὑρίσκομεν, ὡς εἶναι τὴν ὅλην λέξιν τοιάνδε· τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειεν. ἔστι δὲ τοῦτο ψεῦδος· αὐτὸς γὰρ ἐπιφέρων δείκνυσιν ἐνίοτε μὲν μεγάλην

admodum vehementerque significat. Tale igitur oxymel nihil mediocriter in crassis glutinosisque pulmonis sputis efficere consuevit, in quibus eo solo quispiam utatur, sed ea vel incidit, detergit educitque, vel facere id non valens exiccat. Ut enim hujusmodi medicamentum incidendi facultatem habet, ita et exiccandi. Utimur autem eo in crassis pulmonis sputis, non tanquam exiccante, sic enim oblaederet, sed tanquam incidente et detergente. Quum igitur haec facere non valeat, utilitatem quidem nullam adfert, imo maximam laesionem invehit. Sed quando neque incidit, neque detergit, in sequentibus ipse docuit. Nunc autem volo de ea, quae in multis reperitur libris, scriptura agere. Non enim per σ secundam hujus nominis *μέσον* syllabam, sed per ζ scriptam invenimus, ut dictio tota talis sit, quod valde acidum existit, nihil *μέζον insigne* efficiet. Sed id falsum est. Is enim inferens magnum aliquando fieri ab eo juvamentum ostendit, interdum et laesionem. Quare perpetuo insigne quid-

ὠφέλειαν ἐξ αὐτοῦ γιγνομένην, ἐνίοτε δὲ βλάβην· ὥστ᾽ ἀεὶ μέγα τι ποιεῖ καὶ οὐδέποτε μικρόν. ἐφ᾽ οὗ δὲ ἀληθὲς εἰπεῖν ἐστιν, ἀεί τι γίγνεσθαι κακὸν μέγα ἢ ἀγαθὸν, περὶ τούτου κάλλιον ἄν τις εἴποι καὶ μηδὲν μέσον ὑπ᾽ αὐτοῦ γίγνεσθαι.

κδ'.

[97] *Μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν, οἵπερ καὶ ἄλλως ὀλέθριοί εἰσι καὶ ἀδύνατοι βήσσειν τε καὶ ἀποχρέμπτεσθαι τὰ ἐνεχόμενα.*

Τὸ καταγλισχραίνεσθαι τὰ παχέα πτύελα, μηδὲν ὀνινάμενα τῇ προσφορᾷ τοῦ ὀξέος ὀξυμέλιτος, ἐκείνοις φησὶ συμβαίνειν, οἵπερ καὶ ἄλλως ὀλεθρίως ἔχουσι, τουτέστιν ἐφ᾽ ὧν ἄπεπτος ἱκανῶς ἐστιν ἡ νόσος· οὗτοι γὰρ οὐδὲν ἀναπτύουσιν.

κε'.

Εἰς μὲν οὖν τόδε προστεκμαίρεσθαι χρὴ τὴν ῥώμην τοῦ κάμνοντος ἀνθρώπου· κἢν ἐλπίδα ἔχῃ, διδόναι.

dam facit et nullo modo parvum. De quo autem eſt verum dicere, quod perpetuo magnum vel malum vel bonum facit, de illo melius, nihil mediocriter ab eo fieri quiſpiam dixerit.

XXIV.

Id autem maxime perpetiuntur etiam alias, qui perniciose habentes neque tuſſire, neque quae intus retinentur excreare poſſunt.

Sputa craſſa vehementer glutinari, nihilque ab exhibito acido oxymelite juvari, ait iis contingere, qui maxime perniciose afficiuntur, id eſt quibus crudus ſupra modum exiſtit morbus, hi namque nihil expuunt.

XXV.

Ad hoc igitur aegrotantis hominis robur conjicere oportet, et ſi de eo ſpem habeas, exhibere.

Ἐπειδὴ προείρηκεν ὑπὸ τοῦ ὀξέος ὀξυμέλιτος οὐδὲν ὀνίνασθαι τοὺς καὶ ἄλλως ὀλεθρίως ἔχοντας, ἔνιοι δὲ σπανίως ἐξ αὐτῶν σώζονται βοηθούμενοι, διὰ τοῦτο καὶ τὴν τούτου σπανίαν βοήθειαν οὐ παρέλιπεν· ἔστι δ' αὕτη διὰ τοῦ ὀξέος ἱκανῶς ὀξυμέλιτος, ὅταν ὁ κάμνων ἰσχυρὸς ᾖ τὴν δύναμιν. ἄλλως γὰρ οὐδὲν ὀνίνησι τὸ τοιοῦτον ὀξύμελι, δυοῖν θάτερον ἐργασάμενον, ἢ μηδ' ὅλως τεμὸν, ἀλλ' ἐπιγλισχραῖνον τὰ γλίσχρα, ἢ τεμὸν καὶ ἀποῤῥύψαν, ἀθρόαν δὲ ἀναγωγὴν καὶ κένωσιν κινῆσαν, τῆς δυνάμεως μὴ φερούσης, ἀκολουθήσει πνιγῆναι τὸν ἄνθρωπον.

κστ'.

Διδόναι δὲ, ἢν δίδως, ἀκροχλίαρον καὶ κατ' ὀλίγον τὸ τοιόνδε καὶ μὴ λάβρως.

Ἢν μηδὲν ἀναπτύῃ τι διὰ πάχος καὶ γλισχρότητα τῶν πτυσμάτων, οὐ μὴν ἀσθενῆ γε τὴν δύναμιν, ὀξύμελι κελεύει δίδοσθαι τὸ λίαν ὀξὺ, κατ' ὀλίγον τε καὶ ἀκροχλίαρον, ὅπερ

Postquam etiam perniciosissime aegrotantes ab acido oxymelite nihil juvari praedixit, paucique ex ipsis adjuti liberantur, ob id et ipsius perrarum non tacuit auxilium. Fit autem *auxilium* hujusmodi ab acido supra modum oxymelite, quum aegri vires valent. Alias enim nequaquam juvat tale oxymel. Duorum siquidem alterum efficit, vel prorsus non incidit, sed quod glutinosum est, glutinosius reddit, vel incidit abstergitque, verum repentinam tum eductionem, tum vacuationem, quam molitur, non ferente natura, continget strangulari hominem.

XXVI.

Exhibere autem oportet, si dederis, summe tepidum, idque paulatim neque affatim.

Si aeger ob sputorum tum crassitiem tum viscositatem nihil expuerit viresque validae fuerint, oxymel dari jubet valde acidum et paulatim ac pertepidum, quod est

ἐστὶν ἄκρως χλιαρόν (ἄκρως δέ ἐστι χλιαρὸν ὅπερ ἂν ᾖ μέσον ἀκριβῶς τοῦ τε ψυχροῦ καὶ τοῦ θερμοῦ)· ἰσχυρὰν γὰρ ἔχον αὐτὸ τὴν δύναμιν εὐλαβεῖται πολὺ προσφέρειν εἰς ἅπαξ. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ψυχρὸν ἐν θέρει διδόναι, καθάπερ ἔμπροσθεν ἐκέλευσεν, εὐλαβεῖται, διὰ τὸ τὰς μὲν ἀπτύστους πτυσμάτων πλευρίτιδας καὶ περιπνευμονίας ἀπέπτους εἶναι, τῇ πέψει δ᾽ ἀεὶ τὸ μὲν θερμὸν συντελεῖν, τὸ δὲ ψυχρὸν ἐναντιοῦσθαι. τί δήποτ᾽ οὖν καὶ τὸ θερμὸν ὀξύμελι φεύγει; ἢ ὅτι διὰ τὸ κακόηθες τοῦ νοσήματος, μή πως εὐθέως ἐν τῇ τοιαύτῃ προσφορᾷ τοῦ τοιούτου πόματος, αὐτὸ μὲν τὸ πάθος ἄπεπτον ἔτι διαμένῃ, συμβῇ δὲ τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ὀξυμέλιτος διψωδέστερον γίνεσθαι ἑαυτοῦ; [98] δέδεικται δ᾽ ὅτι τὸ σύμπτωμα τοῦτο γλίσχρον ἐργάζεται πτύελον. ἀσφαλέστερον οὖν αὐτῷ δοκεῖ μετρίως χλιαρὸν εἶναι τὸ ὀξύμελι, φεύγοντι τοῦ θερμοῦ τὴν ἐνδεχομένην ἀκολουθῆσαι βλάβην, τοῦ δὲ ψυχροῦ τὴν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένην.

---

contactum frigidae non ſuſtinent citra laeſionem, quapropter frigiditatem calidae mixtione frangimus. Mixtionis autem quantitas invenitur, in primis quidem ſi nos corporis affectionem inſpexerimus, deinde et propram laborantis naturam aetatemque et anni tempeſtatem et regionem et praeſentem ambientis ſtatum. Melius atem facient qui a calido balneo tepidas non minus trium generum aquas inter ſe differentes parabunt, ut prima quidem admodum tepida ſit, ſecunda vero priore minus tepida et tertia adhuc quae magis ad frigidum declinet. Tale autem quidpiam velle viſus eſt Hippocrates, quum imperat *multam temperationem parari.* Non enim quod paratur, id ſimpliciter modo *multum*, verum et *multiforme* eſſe eſt melius, ut paulatim a calido ad frigidum procedatur, cum ſubitam ad contrarium mutationem aeger non ferat.

με΄.

Καὶ τὰς ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι.

Τὸ ταχείας ἀκούειν προσήκει καὶ κατ᾽ αὐτῆς μὲν τῆς γιγνομένης ἐνεργείας ἐν τῷ καταχεῖν, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ κατὰ τοῦ μεταξὺ τῶν ἐνεργειῶν χρόνου, ὡς μὴ διαλείπειν πολὺ τὴν δευτέραν ἐπάντλησιν ἀπὸ τῆς προτέρας· ὅπερ ὀνομάζων τις κυρίως οὐ ταχείας, ἀλλὰ πυκνὰς ποιεῖσθαι τὰς ἐπαντλήσεις εἴποι· συγκέχυταί γε μὴν παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἡ χρῆσις τῶν ὀνομάτων, τοῦ τε πυκνοῦ καὶ τοῦ ταχέος, ἔστιν ὅτε τὰς πυκνὰς ἐνεργείας ταχείας ὀνομάζουσιν.

μστ΄.

Καὶ σπόγγοισι χρέεσθαι ἀντὶ στλεγγίδος.

Οὐδὲ οἱ νῦν ἰατροὶ χρῶνται στελεγγίσιν ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων, οὐ μὴν οὐδὲ σπόγγῳ, ἀλλ᾽ ἐνειλίττουσιν αὐτοὺς μετὰ τὸ λουτρὸν εἰς ὀθόνην· οἱ δὲ εἰς ἱμάτια καὶ μάλιστά

XLV.

Celeresque perfusiones faciendae.

Celeres referre oportet non ad eam solum quae in persusione sit actionem, verum et ad illud quod actiones interjacet spatium, ut primam inter perfusionem secundamque parum sit intervalli. Quod si quis proprie nominaverit, non *celeres*, sed *frequentes* faciendas esse perfusiones dixerit. Quanquam apud veteres usus horum nominum *frequentis ac celeris* confundatur, nam aliquando frequentes actiones celeres vocant.

XLVI.

Ac spongiis pro strigili utendum est.

Neque strigilibus in aegris, neque sane spongia medici hujusce temporis utuntur, sed a balneo eos linteo contegunt, alii vestibus, ac potissimum interpolis, ut plu-

γε τὰ ἄγναπτα, περιστέλλουσι πανταχόθεν, ὡς ἱδρῶσι πλεῖστον. ἔστι δ' οὐκ ἀεὶ χρεία τοῦ πλεῖστον ἱδροῦν μετὰ τὸ λουτρὸν τὸν κάμνοντα· πολλάκις γὰρ οὐ τοῦ κενῶσαι τὸ σῶμα χάριν ἐπὶ τὸ λουτρὸν τὸν κάμνοντα ἄγομεν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν ὑγρᾶναί τε καὶ τέγξαι διόλου, κατεξηρασμένον ἀμετρότερον. ἐπὶ τῶν τοιούτων οὖν οὔτ' ἔνδον κατὰ τὸ βαλανεῖον ἱδρῶτας ἀναμένειν χρὴ πολλοὺς, ἀλλ' ὅτι τάχιστα τῷ κατὰ τὴν πύελον ἐμβαλεῖν ὕδατι καὶ μετὰ ταῦτα ἐξελθόντας ἐκ τοῦ λουτροῦ διὰ ταχέων ἐκμάττειν.

μζ'.

Καὶ μὴ ἄγαν ξηρὸν χρίεσθαι τὸ σῶμα.

Καὶ οὗτος ὁ λόγος εἴρηται μὲν ἐφεξῆς τῷ καὶ σπόγγοισι χρῆσθαι ἀντὶ στλεγγίδος· οἰκειότερον δ' ἄν τις ἀκούσειεν αὐτοῦ περὶ τῆς ἐν τῷ λουτρῷ χρίσεως τοῦ λίπους, ἵνα μὴ δόξῃ τι παραλελοιπέναι τῶν ἀναγκαίων ῥηθῆναι. μετὰ γὰρ τὸ λουτρὸν ἀποσπογγίσας τὸ ὕδωρ ὁ Ἱπποκράτης

rimum ſudent, obvolvunt. Sed non ſemper aegrum a balneo copioſe ſudare convenit. Nam ſaepe laborantem ad balneum non vacuandi corporis gratia ducimus, ſed prorſus contrariam ob rationem, ut ſcilicet humectetur totum madeſcatque, quod immoderatius exaruit. In talibus igitur neque intus in balneo ſunt expectandi ſudores multi, ſed quam citiſſime labri aquam ingredi et poſtea balneo egreſſos detergere expedit.

XLVII.

Neque valde ſiccum corpus inungendum.

Oratio haec ſuccedit quidem huic: *Ac ſpongiis pro ſtrigili utendum.* Sed qui ſermonis proprietatem contemplatus fuerit, is de unctionis in balneo uſu intelliget, ne quid eorum quae de neceſſitate dicenda ſunt praetermiſſum eſſe videatur. Nam ubi poſt balneum ſpongia

ἄδηλον μὲν εἰ καὶ ἔχρισέ πω, πρόδηλον δὲ καὶ καθύγρου τοῦ σώματος ὄντος ἀλείφειν τὸν κάμνοντα, πλὴν εἰ τοῦτό τίς φησιν, ὅτι πάλιν ἀπομάττει τοῦτ᾽ αὐτὸ τὸ μετὰ τοῦ ὕδατος ἔλαιον. ἔστι [110] μὲν οὖν χρήσιμον ἐσκέφθαι καὶ περὶ τῆς κατὰ τὸ λουτρὸν χρήσεως τοῦ λίπους· ἀναγκαιότερον δὲ τὸ περὶ τοῦ κατὰ τὸ λουτρὸν, εἴθ᾽ ἱδρώσαντι τῷ λουομένῳ περιχεῖν προσήκει τὸ ἔλαιον, εἴτε καὶ πρὶν ἱδρῶσαι, ξηρῷ παραχρῆμα μετὰ τὸ ἀποδύσασθαι, ἢ τούτων μὲν οὐδέτερον, ὅταν δ᾽ ἄρξηται νοτίζεσθαι. καὶ ὅστις μέμνηται τῶν εἰρημένων περὶ δυνάμεως ἐλαίου κατὰ τὴν τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείαν, οἶδεν ἀκριβῶς αὐτὸς, ἄριστον εἶναι τὸν εἰρημένον τρίτον καιρὸν ἐλαίου χρήσεως ἐπὶ τῶν λουομένων· οἶδε δὲ καὶ ὅτι προτεθερμασμένον χρὴ προσφέρεσθαι τῷ τοῦ λουομένου σώματι· καὶ γὰρ μαλάττει τοῦτο καὶ ἀραιοῖ τὸ σῶμα, τοῦ ψυχροῦ κατὰ τὴν θίξιν οὐ μόνον οὐδέτερον τούτων ἐργάζεσθαι πεφυκότος, ἀλλὰ καὶ φρικώδεις τοὺς λουομένους ἀποτελοῦντος.

---

aquam deterſit Hippocrates, non conſtat quidem ſi corpus unxerit, ſed liquet aegri corpus, quum humidum exiſtit, *non* perungendum eſſe, niſi quis dixerit quod hoc ipſum oleum, quod cum aqua eſt, detergeat. Eſt igitur utile ut de unctionis in balneo uſu diſcutiatur, ſed neceſſaria magis eſt ſuper unctionis in balneo tempore diſcuſſio, ſi oleum perfundere conveniat, ubi qui lavatur ſudaverit, vel quum ſiccus adhuc eſt, confeſtim ubi ſeſe exuerit et priusquam ſudaverit, vel horum neutrum fuerit, ſed ubi humeſcere coeperit. Sane quicunque eorum meminit, quae de olei facultate in ſimplicium medicamentorum tractatione dicuntur, is exacte novit optimum eſſe olei uſus in iis qui lavantur tempus, quod tertio dicitur loco, novitque quod calefactum corpori exhibere conveniat. Nam id corpus mollius reddit laxiusque, quum frigidum ſuo contactu non ſolum horum neutrum efficere natum ſit, ſed et eos qui lavantur, horrentes reddat.

μη΄.

Κεφαλὴν μέντοι ἀνεξηράνθαι χρὴ ὡς οἷόν τε μάλιστα ὑπὸ σπόγγου ἐκμασσομένην.

Τὸ μὲν ἐπὶ τῷ λουτρῷ τὴν κεφαλὴν ἀκριβῶς ἐκμάττειν, ὡς μηδὲ τοὐλάχιστον ὑπολείποιτο τῆς ὑγρότητος, εὔ- (85) *δηλόν ἐστι· τὸ γὰρ ὑπολειπόμενον ἅπαν ψύχειν εἴωθεν· οὐ μὴν ὑπὸ σπόγγου τοῦτο ποιεῖν ἔτι δυνατὸν, ὅτι μὴ κατ᾽ ἀρχὰς εὐθέως μετὰ τὸ χρήσασθαι τῷ μετακεράσματι. βέλτιον δὲ τούτου τὸ δι᾽ ὀθόνης ἐκμάττειν τῆς κεφαλῆς τὸ ὕδωρ.*

μθ΄.

Καὶ μὴ διαψύχεσθαι τὴν κεφαλὴν, μήτε τ᾽ ἄκρεα μήτε τὸ ἄλλο σῶμα.

Τοῦτό μοι δοκεῖ μικρὸν ἢ καθ᾽ ἑαυτὸν εἰρηκέναι· πρόδηλον οὖν ἅπασιν ὡς οὐδὲν δεῖ μέρος ἐπὶ πολὺ γυμνοῦσθαι,

XLVIII.

Caput ſpongia deterſum, quoad maxime fieri poterit, reſiccari oportet.

Quod in balneo caput accurate reſiccandum ſit, ut ne minimum quidem ſuperſit humiditatis, manifeſtum eſt, nam quicquid relinquitur, refrigerare conſuevit. Non tamen a ſpongia id ut fiat effici poteſt, niſi ſtatim ab initio poſt temperationis uſum. Capitis autem aquam linteo reſiccare eſt melius.

XLIX.

Neque caput, neque extrema, neque reliquum corpus refrigerari.

Id dixiſſe per ſe vel ſeorſum parum eſſe mihi videtur; quod enim pars nulla omnino nuda eſſe debeat, cum

καθ' ὃν καιρὸν ἐκμάττουσι τῶν λουομένων τὸ μετὰ τὸ λουτρὸν ὕδωρ· ἴσασι γὰρ ἅπαντες ὅτι ταχέως ψύχεται τὰ οὕτω γυμνούμενα.

ν'.

Καὶ μήτε νεοῤῥόφητον μήτε νεόποτον λοῦσθαι.

Οὐ μόνον ἐπὶ τῶν νοσούντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑγιαινόντων, οὐ χρὴ μετὰ τὸ προσενέγκασθαι τροφὴν ἢ πόμα παραχρῆμα λούεσθαι. τῶν μὲν γὰρ πεπωκότων ἡ κεφαλὴ πληροῦται, τῶν δ' ἐδηδοκότων οὐκ αὐτὴ μόνη, ἀλλὰ καὶ τὸ πᾶν σῶμα τὴν τροφὴν ἕλκον εἰς ἑαυτὸ, πρὶν πεφθῆναι.

να'.

[111] *Μήτε ῥοφεῖν μήτε πίνειν ταχὺ μετὰ τὸ λουτρόν.*

Ἄμεινόν ἐστι καταστάσης τῆς ἐκ τοῦ λουτροῦ ταραχῆς

a balneo aquam eorum qui lavantur reſiccant, conſtat omnibus, nam quae ita denudantur partes, cito eas refrigerari omnes ſciunt.

L.

Ac neque eum qui recens ſorbitionem accepit, neque eum qui recens potum ſumpſit, lavare oportet.

Non in aegris modo, verum etiam ſanis, nullus ſtatim a cibi vel potus ſumptione lavandus eſt. Nam qui biberunt, his caput repletur, qui vero cibum ſumpſerunt, his non ſolum caput, verum et corpus totum, alimentum ad ſe priusquam concoctum fuerit, trahens.

LI.

Neque ſtatim a balneo ſorbere, neque bibere.

Sedata quae ex balneo eſt turbatione tum edere

ἐσθίειν καὶ πίνειν, ὥσπερ καὶ τῆς μετὰ τὰ γυμνάσια. τὸ γὰρ εὐθέως προσφέρεσθαι σιτία καὶ πόματα τήν τε κεφαλὴν πληροῖ καὶ τὸ καταποθὲν ἐνίοτε ἐπιπολάζειν ποιεῖ.

νβ'.

Μεγὰ μὲν δὴ μέρος χρὴ νέμειν τῷ κάμνοντι, ἣν ὑγιαίνων εἴη φιλόλουτρος καὶ ἄγαν εἰθισμένος λούεσθαι. καὶ γὰρ ποθέουσι μᾶλλον οἱ τοιοίδε καὶ ὠφελέονται λουσάμενοι καὶ βλάπτονται μὴ λουσάμενοι.

Ταῦτα δι' ὅλου σχεδόν τι τοῦ δευτέρου τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ἐδείχθη, τὰς λέξεις ἡμῶν ἐξηγουμένων, ἐν αἷς ἐπὶ πλεῖστον αὐτὸς ἐδήλωσε τὴν δύναμιν τῶν ἐθῶν.

νγ'.

Ἁρμόζει δὲ ἐν περιπλευμονίῃσι μᾶλλον ἢ ἐν καύσοισι τὸ ἐπίπαν. καὶ γὰρ ὀδύνης τῆς κατὰ πλευρὴν καὶ στῆθος

tum bibere melius eſt, quemadmodum et ſedata ea, quae ab exercitatione oritur. Nam cibum protinus vel potum ſumere caput replet devoratumque interdum ſuperfluitare facit.

LII.

Enimvero magna pars aegrotanti tribuenda eſt, ſi is quum ſanitate frueretur, balneo valde oblectatus fuerit et lavari conſueverit. Etenim tales magis appetunt lotique juvantur illotique laeduntur.

Haec per totum fere horum commentariorum ſecundum demonſtrata ſunt, ubi dictiones expoſuimus, in quibus plurimum conſuetudinum facultates enarravit.

LIII.

In totum autem peripneumoniis magis quam febribus ardentibus idoneum eſt. Etenim lateris, pectoris ac

καὶ μετάφρενον παρηγορικόν, ἐστι τὸ λουτρὸν καὶ πτυέλου πεπαντικὸν καὶ ἀναγωγὸν καὶ εὔπνοον καὶ ἄκοπον (μαλθακτικὸν γὰρ καὶ ἄρθρων καὶ τοῦ ἐπιπολαίου δέρματος) καὶ οὐρητικὸν δὲ καὶ καρηβαρίην λύει καὶ ῥῖνας ὑγραίνει. ἀγαθὰ μὲν οὖν λουτρῷ τοσαῦτα πάρεστι, ὧν πάντων δεῖ· ἢν μέντοι τῆς παρασκευῆς ἔνδειά τις ἢ ἑνὸς ἢ πλειόνων, κίνδυνος μὴ λυσιτελέειν τὸ λουτρὸν, ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτειν· ἓν γὰρ ἕκαστον αὐτέων μεγάλην φέρει τὴν βλάβην, μὴ παρασκευασθὲν ὑπὸ τῶν ὑπουργῶν ὡς δεῖ.

Διὰ τί μᾶλλον περιπνευμονίας ἢ καύσους ὠφελεῖ τὸ λουτρὸν αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπών· καὶ γὰρ ὀδύνης τῆς κατὰ πλευρὰν καὶ στῆθος καὶ μετάφρενον παρηγορικόν ἐστι τὸ λουτρὸν καὶ πτυέλου ἀναγωγὸν καὶ πεπαντικὸν καὶ εὔπνοον· διὰ ταῦτα γὰρ πάντα περιπνευμονικοῖς ἐστιν ὠφελιμώτατον· θεραπεύονται γοῦν ἀναπτύοντες τὰ κατὰ πνεύμονα περιεχόμενα πτύελα. πλευριτικοὶ δὲ καὶ τῷ παρηγορεῖσθαι τὰς

dorſi dolorem balneum lenit, ſputum maturat, ac educit, facilem ſpirationem reddit, laſſitudines tollit, quum articulos et cutis ſuperficiem emolliat, ſed et urinas ciet, capitis gravitatem ſolvit et nares humectat. Tot igitur balneo adſunt bona, quibus omnibus opus eſt; ſin vero apparatus penuria aliqua in uno vel pluribus fuerit, periculum eſt ne magis laedat balneum quam proſit. Eorum enim unumquodque niſi a miniſtris prout oporteat apparatum fuerit, magnam laeſionem advehit.

Quare peripneumonias magis quam febres ardentes juvet balneum ipſe his verbis declarat: *Etenim balneum lateris, pectoris ac dorſi dolorem lenit, ſputum maturat educitque et ſpiritum facilem reddit.* Ob haec enim omnia peripneumonicis maximo eſt praeſidio. Sanantur ſiquidem qui contenta in pulmonibus ſputa expuunt. Pleuritici quoque ob dolorum mitigationem magnopere

ὀδύνας ὀνίνανται μεγάλως· διὸ καὶ δυοῖν θάτερον ἢ οὕτω γραπτέον ἐστὶν, ἁρμόζει δὲ περιπνευμονίῃσι καὶ πλευρίτισι μᾶλλον ἢ ἐν καύσοισιν· ἢ προσυπακούειν χρὴ τῇ περιπνευμονίῃ τὴν πλευρῖτιν, [112] αὕτη γὰρ ὀδύνην ἔχει κατὰ τὴν πλευρὰν, οὐχ ἡ περιπνευμονία φέρει. μᾶλλον δ' ἁρμόττειν μὲν περιπνευμονίαις ἢ καύσοις εἰπὼν τὸ λουτρὸν ἐδήλωσεν ὅτι καὶ τῶν καυσουμένων ἐνίους ὠφελεῖ· διορισμοῦ δὲ χρεία δηλονότι πρὸς τὴν λέξιν ταύτην, ὃν οὔπω δυνάμεθα ποιήσασθαι, διὰ τὸ μηδὲν εἰρῆσθαι περὶ τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν δὴ κελεύει λούειν τοὺς κάμνοντας. τίνας οὖν οὐδ' ὅλως ἀξιοῖ λούειν, πρότερον ἀκούσαντες αὐτοῦ κατὰ τὴν ἑξῆς ῥῆσιν ἐρεῖν μέλλοντος, οὕτως ἀφιξόμεθα πρὸς τὸν περὶ τοῦ λουτροῦ καιρόν.

νδ'.

Ἥκιστα δὲ λούειν καιρὸς τούτοισιν, οἷσιν ἡ κοιλίη ὑγροτέρη τοῦ καιροῦ ἐν τῇσι νούσοισιν· ἀτὰρ οὐδὲ οἷσιν ἐστήκει μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ μὴ προεληλύθει. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς

juvantur. Quapropter duorum alterum, aut ita scribendum: *Peripneumoniae autem et pleuritidi magis quam ardenti febri confert*, vel in peripneumonia pleuritidem subaudire oportet. Namque pleuritis dolorem in latere habet, peripneumonia non habet. Quum autem peripneumoniis magis quam ardentibus febribus conferre balneum inquit, docet quoque causo laborantibus quibusdam auxilio esse. Verum oratio haec distinctionem expostulat, quam nondum efficere possumus, quia tempus quo lavari aegrotantes velit, non definierit. Ubi autem sequenti dictione enarrantem Hippocratem quosnam haudquaquam lavare velit intellexerimus, ad balnei tempus ita perveniemus.

LIV.

At quibus alvus in morbis plus aequo liquidior est, eis balneum minime opportunum est, imo neque iis quibus magis quam deceat astricta est, neque prius soluta. Sed

γεγυωμένους χρὴ λούειν, οὔτε δὴ τοὺς ἀσώδεας ἢ ἐμετικοὺς, οὔτε τοὺς ἐπανερευγομένους χολῶδες, οὔτε τοὺς αἱμοῤῥαγέοντας ἐκ ῥινῶν, εἰ μὴ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι, (τοὺς δὲ καιροὺς οἶδας) ἢν δὲ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι, λούειν, ἤν τε ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἤν τε τὴν κεφαλὴν μούνην. ἢν οὖν αἱ παρασκευαὶ ἐπιτήδειοι καὶ ὁ κάμνων μέλλει εὖ δέξασθαι τὸ λουτρὸν, λούειν χρὴ ἑκάστης ἡμέρης.

Οἷς μὲν ὑπέρχεται τὰ κατὰ τὴν γαστέρα πλείονα, τὸ βαλανεῖον ἵστησιν, ἀντισπῶν αὐτὰ πρὸς ὅλον τὸ σῶμα καὶ ταύτῃ βλάπτεται· τοῖς δὲ μηδ᾽ ὅλως διακεχωρηκόσιν ὅτι προεκκενῶσαι βέλτιόν ἐστι τὴν παλαιὰν κόπρον οὐδεὶς ἀγνοεῖ, καθάπερ οὐδ᾽ ὅτι τοὺς γεγυωμένους, τουτέστι τοὺς καταλελυμένους τὴν δύναμιν, ἐπικαταλύει τὸ βαλανεῖον. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀσώδεις φησὶ καὶ ἐμετικοὺς οὐ λούειν· καὶ γὰρ τούτους ἐξαίφνης καταλυθῆναι φόβος, ὥστε τὴν καλουμένην ἀκολουθῆσαι στομαχικὴν συγκοπήν. ἐγγὺς δ᾽ αὐτοῖς εἰσι

neque viribus oblaesos lavare oportet, neque ciborum fastidio aut vomitu jactatos, neque biliosa eructantes, neque quibus sanguis e naribus profluit, nisi parcius quam occasio postulet fluxerit (occasiones autem nosti), si vero parcius quam pro occasione fluat, lavare convenit, sive universum corpus in caeteris, sive caput solum juverit. Si igitur apparatus idonei fuerint aegerque feliciter balneum suscepturus sit, quotidie lavare oportet.

Quibus uberiora per ventrem subducuntur, ea balneum sistit, ad corpus universum revellens, atque hac occasione laedit. Quod autem qui nullo modo dejecerunt, eos vetustam faecem evacuasse melius sit nemo ignorat, quemadmodum neque quod infirmos, hoc est viribus resolutos, balneum amplius evertat. Sed et cibum fastidientes et vomiturientes non lavandos esse pronunciat. Hos enim viribus ita defici metus est, ut succedat ea quae stomachica appellatur syncope. Succedunt his, quibus os

καὶ οἱ ἐκκεχολωμένοι τὸ στόμα τῆς κοιλίας, οὓς διὰ τοῦ γνωρίσματος ἐδήλωσεν εἰπών· οὐδὲ τοὺς ἐπανερευγομένους χολῶδες. ὡσαύτως οὐδὲ τοὺς αἱμοῤῥαγοῦντας ἐκ ῥινῶν αὐτάρκως προσήκει λούειν. εὔλογον γὰρ οὖν, ἐὰν ἐλλιπέστερον αἱμοῤῥαγῶσιν, λούειν αὐτούς· οὗτοι δέ εἰσι καὶ οἱ λαύρου τοῦ λουτροῦ δεόμενοι, κινήσεως σφοδροτέρας ἕνεκα τοῦ κατὰ τὴν κεφαλὴν αἵματος· ὡσαύτως δὲ λούσομεν εἰ χρήζοντες αἱμοῤῥαγίας μηδ' ὅλως αἱμοῤῥαγοῖεν. ἐκ δὲ τοῦ προσθεῖναι, ἤν τε ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἤν τε τὴν κεφαλὴν μοῦνον, ἔτι σαφέστερον ἐδήλωσεν ὡς πολλάκις ἐν οἴκῳ τεθερμασμένῳ καθίζων τὸν κάμνοντα χωρὶς τοῦ πυέλου καταντλεῖ τὴν κεφαλὴν μόνην χωρὶς τοῦ λοιποῦ σώματος ὕδατι θερμῷ.

νέ.

Τοὺς δὲ φιλολουτρέοντας οὐδ' εἰ καὶ δὶς τῆς ἡμέρας λούσῃς, οὐδὲν ἂν ἁμάρτοις.

---

[113] (86) *Καὶ ταύτην τὴν ῥῆσιν ὁ δοὺς ἰατρὸς*

ventriculi bile redundat, quos nota indicavit, inquiens: *neque biliosa eructantes.* Pari modo neque eos lavare convenit, quibus profluit abunde e naribus sanguis, nam si minus fluxerit, ipsos lavare consentaneum est. Hi autem sunt qui etiam largo indigent balneo, ob sanguinis qui in capite est vehementiorem motum. Consimiliter lavabimus, si sanguis nullo pacto erumpat et erumpere debeat. Ex adjectione autem sermonis, *sive universum corpus in caeteris, sive caput solum juverit*, clarius adhuc significavit, quod saepe in domo calefacta aegrum absque labro collocent et caput duntaxat citra reliquas corporis partes calida perfundant aqua.

LV.

Quos autem balneum oblectat, eos etiamsi bis die laveris, nihil aberraveris.

Qui Victori Romano principi librum de victus ratione

Βίκτωρι τῷ Ῥώμης ὑπάρχῳ τὸ περὶ τῆς καθ' Ἱπποκράτην διαίτης καὶ ἄλλας τινὰς ἐξ ἡμισείας ἐνέγραψε τῷ βιβλίῳ, καθάπερ κἀκείνην ἐν ᾗ φησιν ὅτι οὐχ ὑστερητέαι αἱ πρῶται ἡμέραι τοῦ ῥοφήματος· ἔτι δὲ πρὸς αὐτῇ καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτεῖσθαι τῆς ἡμέρης δὶς δοτέον. ἀλλὰ τούτων μὲν τῶν δύο ῥήσεων ἑκατέρας ἀφεῖλε τὸ ἥμισυ μέρος, τῆς δὲ νῦν προκειμένης ἀφεῖλε μὲν οὐδὲν, οὐ προσέθηκε δὲ τὸν καιρόν. ἐν ᾧ τοὺς φιλολουτροῦντας ἐπιλέγει τοὺς ἐν τῷ τῆς ὑγείας χρόνῳ χαίροντας τῷ λούεσθαι καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις λουομένους· οὗτοι γὰρ εἰς τὸ λούσασθαι προσλαμβάνουσι τὸν ἐκ τοῦ ἔθους σκοπόν. ἐφεξῆς γοῦν ἀκούσωμεν αὐτοῦ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ κελεύει λούεσθαι τοὺς κάμνοντας.

νστ'.

Χρέεσθαι δὲ λουτροῖσι τοῖσιν ὅλῃσι πτισάνῃσι χρεομένοισι παρὰ πολὺ μᾶλλον ἐνδέχεται ἢ τοῖσι χυλῷ μούνῳ χρεομένοισι· ἐνδέχεται δὲ καὶ τούτοισιν ἐνίοτε, ἥκιστα δὲ καὶ τοῖσι ποτῷ μούνῳ χρεομένοισιν.

Hippocratis tradidit medicus, is tum hanc dictionem tum alias quasdam mutilatas in libro scripsit, sicuti et illam in qua dicit: *non destituentur sorbitione primi dies.* Praeterea: *et bis die cibum sumere assuetis bis dare oportet.* Verum utriusque harum dictionum dimidiam partem subtraxit, sed praesentis quidem nihil detraxit, tempus vero non adjecit. Ubi quos balneum oblectat, eos intelligit, qui cum sani sunt, lavari gaudent, atque ob id saepius lavantur. Hi enim quum lavantur, eum accipiunt, qui ex consuetudine est, scopum. In sequentibus autem ab Hippocrate tempus, quo aegros lavari imperat, audiamus.

LVI.

Tota vero ptisana utentibus multo magis uti balneo licet, quam solo cremore utentibus, licet autem et his interdum, minime vero solo potu utentibus.

Ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ τὸν καιρὸν ἐδήλωσεν, ἐν ᾧ προσήκει λούεσθαι καὶ εἴπερ ἐν ἀρχῇ προείρητο, πολλὰ ἂν οὕτω τῶν μεταξὺ λεγομένων οὐκ ἦν ἀσαφῆ. πτισάνας γὰρ ὅλας δίδωσι τοῖς ἐπιεικῶς ἔχουσιν, ὅσοι δ' αὐτῶν φαυλότερον διάγουσι, χυλὸν μόνον· ὅσοι δὲ καὶ τούτων ἔτι σφαλερώτερον ἢ ὀξύτερον νοσοῦσι, μόνα τὰ ποτά. καὶ ὅτι δὲ τὸν λόγον ἐπὶ τῶν κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα παθῶν ἐν ὅλῳ τῷ συγγράμματι πεποίηται, τὰ πλεῖστα τῶν καθόλου διδάσκων ὡς ἐπὶ παραδειγμάτων, ἐν τοῖσδε τοῖς μέρεσι τῶν νοσημάτων καὶ μάλιστα τῆς πλευρίτιδος, ἐπιδέδεικται πολλάκις· ἐδείχθη δὲ ὅτι καὶ πεφθέντων τῶν παθῶν χρῆσθαι κελεύει τῇ πτισάνῃ. τότ' οὖν καὶ τὸ λουτρὸν ἀκινδύνως προσάγεται, μάλιστα συντελοῦν εἰς τὴν ἐκκάθαρσιν τῶν περιεχομένων πτυέλων ἐν θώρακι καὶ πνεύμονι. τοῖς οὖν οὕτως ἔχουσιν, ὅταν καὶ ἡ ἀπὸ ἔθους ἔνδειξις προσέλθῃ, διπλασιάσαι τὸ λουτρὸν οὐδὲν κωλύει· τοῖς μέντοι ποτῷ μόνῳ χρωμένοις ἥκιστά φησιν ἁρμόττειν τὸ λουτρὸν, ὅπερ ση-

Tempus, quo lavandum ſit, hac in oratione patefecit, quod ſi ab initio pronunciaſſet, multa ſane, quae loco medio dicta ſunt, non obſcura eſſent. Ptiſanam ſane totam porrigit iis qui probe habent, ſolum vero cremorem iis, qui deterius degunt. Verum iis, qui periculoſius aut acutius laborant, potus ſolos. Quod autem toto in hoc commentario de thoracis pulmonisque affectibus egerit, plurima quidem exempli vice in his morborum partibus et praeſertim pleuritidis univerſalia praecipiens, ſaepius eſt demonſtratum. Expoſitum quoque eſt quod coctis morbis ptiſana uti velit. Ego igitur tempore etiam balneum ſine periculo conciliatur, ut quod ad ſputorum, quae in thorace et pulmone continentur, expurgationem maxime conferat. Qui igitur ita habent, quum et ea quae ex conſuetudine eſt, acceſſerit indicatio, his lavationem duplicare nihil prohibet. Ait praeterea balneum minimum juvare eos, qui ſolo utuntur potu, ubi

μαίνει τὸ ἐλάχιστον καὶ οὐχ ὡς ἔνιοί φασι τὸ οὐδαμῶς· ἐπιφέρων γοῦν ἐρεῖ·

νζ'.

Ἔστι δ' οἷσι καὶ τουτέων μὲν ἐνδέχεται· τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τοῖσι προγεγραμμένοισι, οὕς τε μέλλει [114] λουτρὸν ὠφελέειν ἐν ἑκάστοισι τῶν τρόπων τῆς διαίτης οὕς τε μή. οἷσι μὲν γὰρ προσδέεταί τινος κάρτα τουτέων, ὁκόσα λουτρὸν ἀγαθὸν ποιέει, οὐ λούειν, καὶ ὅσα ἂν λουτρῷ ὠφελέηται· οἷσι δὲ τούτων μηδενὸς προσδεῖ καὶ πρόσεστιν αὐτέοισι τῶν σημείων ἐφ' οἷσι λούεσθαι ξυμφέρει, δεῖ λούειν.

Οὐ προσέθηκε δὲ τὸ πότε τούτους ἐνδέχεται χρῆσθαι λουτρῷ· λεκτέον οὖν ἡμῖν ἐστιν ἑπομένοις αὐτοῦ τῇ ὅλῃ διανοίᾳ. πότοις μόνοις διαιτᾷ ὁ Ἱπποκράτης τοὺς ὀξέως νοσοῦντας, ὅταν ἐλπίζῃ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐξαρκέσαι εἰς τὴν τοῦ νοσήματος ἀκμὴν, ἥτις ἐνίοτε ἅμα τῇ πέψει γίνε-

ἥκιστα *minimum* ſignificat et non, ut quidam ajunt, *nullo pacto*. Nam inferens inquit:

LVII.

Sunt autem et ex iis, quibus uti licet. Ex praeſcriptis vero conjiciendum eſt, tum quibus in ſingulis victus modis profuturum ſit balneum, tum quibus minime. Quibus namque aliquid eorum maxime deeſt, quae balneum bonum efficiunt et balneo conferunt, lavare non oportet. Quibus vero nihil horum deeſt et adſunt ipſis ſigna in quibus lavari conducit, lavare oportet.

Non adjecit autem, quando ii balneo uti poſſint. Sed nos qui ſententiam ipſius ſequimur dicemus. Potu ſolo ait Hippocrates acute laborantes, quum eorum vires ad morbi uſque vigorem, qui interdum cum ipſa coctione exiſtit, veluti in morbis thoracis pulmonisque, ſuffecturas

ται, καθάπερ ἐπὶ τῶν κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα· πεφθέντων γὰρ τῶν ἐργαζομένων τὰ πάθη χυμῶν εὐθέως ἀναπτύσουσιν· ἂν δὲ ἄρξωνται μόνον πτύειν οἷα δεῖ, κατ' οὐδέτερον ἔτι τῶν τρόπων ἡ νόσος αὐξηθήσεται, οὔτε κατὰ τὴν διάθεσιν οὔτε κατὰ τὰ συμπτώματα. πολλάκις γὰρ ἡ μὲν διάθεσις αὐτὴ καθ' ἣν νοσοῦσιν ἐπιεικεστέρα γίγνεται, τὰ δὲ συμπτώματα αὐξάνεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν φλεγμαινόντων μορίων, ὥς αὐτὸς εἶπε, περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου τοὺς πόνους καὶ τοὺς πυρετοὺς συμπίπτειν μᾶλλον ἢ γενομένου. πολλάκις δ' ἀλλήλοις συναυξάνεται καὶ συμμειοῦται τά τε τῶν συμπτωμάτων μεγέθη καὶ τὸ τῆς διαθέσεως, καὶ γίγνεταί γε τοῦτο κατ' ἐκείνας τὰς φλεγμονὰς, ἐν αἷς ἐκροὴν ἔχει τὸ γεννώμενον πῦον, ὡς ἐπὶ τραυμάτων τέ τινων εἴωθε γίνεσθαι καὶ κατὰ τὰς περιπνευμονίας τε καὶ πλευρίτιδας. ἐνδέχεται οὖν ἐν τούτοις τοῖς νοσήμασιν ἔτι διαιτωμένους τοὺς κάμνοντας ἐπὶ ποτοῖς μόνοις οὐκ ἀνωφελῶς χρῆσθαι τοῖς λουτροῖς, ἐπειδὴ καὶ τῆς ὀδύνης αὐτῶν ἔφη παρηγορικὸν εἶναι τὸ λουτρὸν καὶ πτυέλου πεπαντικόν. ἀλλὰ δηλονότι προκενώσαντα τοῦτο χρὴ ποιεῖν, εἰδότας

ſperaverit. Coctis ſi quidem qui affectum procreant humoribus, confeſtim excreabunt. Quod ſi qualia oportet expuere coeperint, in neutro adhuc modorum, neque in affectu neque in ſymptomatis, morbus augebitur. Nam ſaepius affectio ipſa qua laborant mitior quidem exiſtit, ſed ſymptomata augentur, quemadmodum in phlegmone obſeſſis partibus, ut ipſe inquit: *circa puris generationem magis quam a generatione dolores et febres oboriuntur.* Saepius autem mutuis exultant incrementis decrementisque ſymptomatum magnitudines et ea quae affectionis eſt, fitque id in iis phlegmonis, in quibus procreatum pus effluxum habet, ut in vulneribus quibusdam fieri conſuevit et in peripneumoniis et pleuritidibus. Poſſunt ergo in his morbis et aegroti ſolis potibus pro victu utentes, non inutiliter balneis uti, quandoquidem dolorem ipſorum balneum mitigare ait et ſputa maturare. Sed ſane vacuato prius corpore id factitandum. Sciveriſque in

ἐν τῷ καθόλου περὶ λουτρῶν δυνάμεων, ὡς ἐὰν μὴ προκεκενωμένῳ τῷ σώματι προσάγηται, ῥευματίζει τὰ πεπονθότα· κεκενωμένῳ δὲ προσφερόμενον τῇ πέψει συνεργεῖ, δύναμιν ἔχον προσκενοῦν προκεκενωμένου τοῦ ὅλου σώματος. διὸ καὶ τῶν καυσωδῶς νοσούντων ἐκείνοις ἁρμόσει μόνοις, ὅσοι χωρὶς ὄγκου φλεγμονώδους ἢ ἐρυσιπελατώδους νοσοῦσι, ζεούσης αὐτοῖς τῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι χολῆς· ἐὰν δὲ καὶ πέψεως ἔχωσι γνωρίσματα, πολλῷ μᾶλλον αὐτοῖς ἁρμόσει. γιγνομένου δὲ καυσώδους πυρετοῦ καὶ δι' ἁλυκὸν φλέγμα σηπόμενον, ἰστέον ἐπ' ἐκείνων ἐναντιώτατον ὑπάρχειν τὸ βαλανεῖον. οὔτε γὰρ διαφορεῖται κατὰ τὸ δέρμα, καθάπερ ὁ πικρόχολος χυμὸς, οὕτω καὶ ὁ φλεγματικὸς διὰ τὸ παχύς τε καὶ γλίσχρος ὑπάρχειν, οὔτε σβέννυται, πολυχρονίου πέψεως δεόμενος.

Μέμνημαι κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐξηγήσεως τοῦ βιβλίου τούτου πρὸς τοὺς Κνιδίους ἰατροὺς εἰπόντος Ἱπποκράτους· ὁκόσα δὲ προκαταμαθεῖν δεῖ τὸν ἰατρὸν μὴ λέγοντος τοῦ

universum de balneorum facultatibus, quod si non antea vacuato corpore admoveantur, partibus affectis fluxionem pariant. Vacuato autem si adhibeantur, coctionem juvent, nimirum corpore toto ante vacuato adhibita, advacuatoriam obtinent facultatem. Quo fit ut ex febre ardente laborantibus iis tantum opitulentur, qui sine tumore phlegmonode vel erysipelatode laborant, fervente in ipsis per totum corpus bile. Quod si coctionis signa habuerint, his multo magis conferent. Verum si ardens febris ob salsam pituitam putrescentem oriatur, maxime contrarium illis esse balneum scire oportet. Neque enim pituitosus humor, ut biliosus, per cutim evacuatur, propterea quod tum crassus tum glutinosus est, neque extinguitur, longa egens concoctione.

Memini Hippocratis per initia explicationis hujus libri Cnidios medicos alloquentis: *quae autem medicum ante animadvertisse, aegro non referente, oportet, plurima*

κάμνοντος, τούτων τὰ πολλὰ παρεῖται. ταῦτα οἱ μὲν δογματικὸν εἶναι νομίζοντες τὸν Ἱπποκράτην τοὺς πεπονθότας τόπους ἔφασαν εἶναι καὶ τὰς διαθέσεις αὐτῶν καὶ τὰς αἰτίας, οἱ δ' ἐμπειρικὸν, ὥρας τε καὶ χώρας καὶ ἡλικίας ἔθη τε καὶ καταστάσεις τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος. ἐγὼ δὲ καὶ ταῦτα μὲν ἅπαντα χρήσιμα τοῖς ἰατροῖς οἶδα, τά θ' ὑπὸ τῶν δογματικῶν εἰρημένα καὶ τῶν ἐμπειρικῶν· [115] ἀλλὰ κατά γε τὸ βιβλίον τοῦτο σκοποὺς εἰπὼν ὁ Ἱπποκράτης πολλοὺς, πρὸς οὓς ἀποβλέπων τις εὑρήσει τὰ διαιτήματα, τῶν εἰρημένων οὐδενὸς ἐμνημόνευσεν, ὅτι μὴ τῶν ἐθῶν· ἄλλα δέ τινα προὐχειρίσατο περὶ ὧν ἀναμνήσεως ἔδει, καὶ διὰ ταῦτα τὸν λόγον ἀνεβαλλόμην, ἵνα διὰ συντόμων ἑρμηνεύων ὅμως ἔχω παρακολουθοῦντας τῷ λόγῳ τοὺς ἀνεγνωκότας ὅλον τὸ βιβλίον. εἷς μὲν δὴ καὶ πρῶτος αὐτῷ σκοπὸς, ὡς ἐπὶ παραδείγματος τοῦ νοσήματος τῆς πλευρίτιδος, οὗτος εἴρηται κατὰ λέξιν· ἢν μὲν ξηρότερον ᾖ τὸ νόσημα ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο, οὐ χρὴ ἐπὶ πλέον διδόναι, ἀλλὰ προπίνειν

horum dimiſſa ſunt. Haec ſiquidem qui Hippocratem dogmaticum eſſe putant, locos affectos eſſe dixerunt et affectiones ipſorum et cauſas. Sed qui empiricum eſſe exiſtimant, anni tempora eſſe, regiones, aetates, conſuetudines et ambientis nos aëris conditiones affirmaverunt. Ego vero et haec quidem omnia, tum quae a medicis dogmaticis, tum quae ab empiricis dicuntur, utilia eſſe non ignoro. Verum ſcopos multos hoc in libro recenſens Hippocrates, ad quos quis reſpiciens victus formam invenire poſſit, nullius eorum, quae dicta ſunt, praeterquam conſuetudinis, mentionem fecit. Sed ſane nonnulla, quae reminiſcentiam exigunt, propoſuit. Atque propterea ſermonem ſum remoratus, ut hac conciſa interpretatione eos, qui totum legerunt librum, habeam ſermonis hujus per intelligentiam aſſectatores. Unus ſane et praecipuus ſcopus, tanquam in exemplo morbi pleuritidis, talis in dictione enarratur. *Si quidem ſiccior fuerit morbus, quam ut quiſpiam putaverit, non multum dare oportet, ſed ante ſorbitionem vel*

πρὸ τοῦ ῥοφήματος ἢ μελίκρητον ἢ οἶνον ἢ ὁκότερον ἁρμόζει. καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν ἐφεξῆς τάδε λέγει· ἢν δὲ ὑγραίνηται τὸ στόμα καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πνεύμονος εἴη ὁκοῖα δεῖ, χρὴ ἐς πλῆθος ἐπιδιδόναι τοῦ ῥοφήματος, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι. ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τούτοις ἐφεξῆς οὐ διώρισται παρὰ τοῖς Κνιδίοις ἰατροῖς. ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα τῇ πέψει τοῦ νοσήματός φησι χρῆναι προσέχειν καὶ ὁ σκοπὸς (87) οὗτος αὐτῷ σχεδόν ἐστι τοῦ τε παντὸς εἴδους τῆς διαίτης, ὅσαι τε κατὰ μέρος ἐν αὐτῷ γίνονται μεταβολαί. ἀλλὰ καὶ τούτων ἐφεξῆς ἄλλους διορισμοὺς τοιούτους λέγει· ὅσοισι γὰρ σῖτος ἐγκατακέκλειστα, ἢν μή τις ὑποκενώσας τὸ ῥόφημα δοίη, τὴν ὀδύνην ἐνοῦσαν παροξύνειεν ἂν καὶ μὴ ἐνοῦσαν εὐθέως ποιήσειεν. καὶ πάλιν ἐφεξῆς· τοῦτο δ' ἢν ἔτι τῆς ὀδύνης τοῦ πλευροῦ συνεχέος ἐούσης καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσης καὶ τοῦ πτυέλου μὴ ἀπιόντος, ἀλλὰ καταγλιχρομένου ἀσαπέως, ἢν μὴ λύσῃ τις τὴν ὀδύνην ἢ τὴν κοιλίην μαλθάξας ἢ φλέβα τεμὼν, ὁκότερον ἂν τούτων σημαίνῃ, τὰς δὲ πτισάνας ἢν οὕτως ἔχουσι

mulſam vel vinum, utrum magis auxiliaturum putaverit, propinare convenit. Poſt haec deinceps ait: *at ſi os madeſcat et quae a pulmone expuuntur, talia ſint, qualia eſſe oportet, ſorbitionis quantitatem, ut dicam ſummatim, augere convenit.* Verum tum haec tum quae ſerie continuata dicuntur, non ſunt a Cnidiis medicis deſinita. Sed et poſt haec morbi coctionem animadvertendam eſſe ait. Atque hic ſcopus totius propemodum eſt Hippocrati ſpeciei victus rationis et earum quae in ea particulariter fiunt permutationum. Sed et alias deinceps apponit ejusmodi definitiones. *Quibus enim cibus incluſus eſt, ſi quis non vacuato eo ſorbitionem dederit, dolorem, ſi adeſt, adaugebit, et ſi non adeſt, protinus inducet.* Et rurſus deinceps: *Praeterea ſi lateris dolor aſſiduus ſit calidisque ſomentis non remittatur ſputumque non procedat, ſed incoctile agglutinetur, niſi quis dolorem vel alvi ſubductione, vel ſecta vena pro utriuſvis ſignificatione ſolverit, ptiſanam autem ita affectis dederit, praecipitem eos*

διδῷς, ταχέως οἱ θάνατοι τῶν τοιουτέων γίγνονται. μετὰ ταῦτά γε πάλιν διοριζόμενός φησιν· ἢν μὲν νεοβρῶτι αὐτῷ ἐόντι καὶ κοιλίης μήπω ὑποκεχωρηκυίης ἄρξηται ὁ πυρετὸς, ἤν τε σὺν ὀδύνῃ ἤν τε ἄνευ ὀδύνης, ἐπισχεῖν τὴν δόσιν τοῦ ῥοφήματος, ἔστ' ἂν οἴηται κεχωρηκέναι ἐπὶ τὸ κάτω μέρος τοῦ ἐντέρου τὸ σιτίον. καὶ πάλιν ἐφεξῆς· εἰ δὲ μὴ ὑπεληλύθει ὁ παλαιότερος νεοβρώτῳ ἐόντι, εἰ μὲν ἰσχύει τε καὶ ἀκμάζει τὴν ἡλικίαν, κλύσαι· ἢν δὲ ἀσθενέστερος ᾖ, βαλάνῳ προσχρῆσθαι, ἢν μὴ αὐτόματα διεξίῃ καλῶς. ἐνταῦθα οὖν προσέθηκε καὶ τὸν ἀπὸ τῆς δυνάμεως σκοπὸν ὥσπερ κἀν τοῖς ἐφεξῆς πολλάκις, ἅμα καὶ τοῦτο κελεύων ἐπισκοπεῖσθαι, τίς αἰτία καὶ διάθεσίς ἐστιν ἡ καταβάλλουσα τὴν δύναμιν· ἔνθα καὶ προσέθηκεν ὡς ἀγνοοῦνται ταῦτα τοῖς ἰατροῖς. καὶ μέντοι καὶ ὅτι τοῖς μὲν ὑποχόνδριον τὴν ὀδύνην περαιουμένην ἔχουσιν ἡ κάθαρσις ἡ διὰ τῶν τοιῶνδε φαρμάκων ὠφέλιμός ἐστι, τοῖς δὲ πρὸς βραχίονα καὶ στῆθος ἀνατεινομένην αὐτὴν μετὰ βάρους ἔχουσι φλεβοτομία. ταῦτά τε οὖν καὶ ἄλλα τοιαῦτα καὶ ἔτι τὰ περὶ τῶν ἐθῶν

aget in mortem. Post haec rursus et definiens ait: *si nuper pasto cuipiam et alvo nondum exonerata febris vel cum dolore vel sine dolore inceperit, a sorbitione tantisper est temperandum, donec cibum ad imam intestini partem descendisse conjectum sit.* Tum rursus: *si nuper cibato cibus prior non descenderit viresque validae fuerint et floruerit aetas, subluere oportet, si vero imbecillior fuerit, balneo est utendum, nisi alvus sua sponte probe dejecerit.* Adjecit ergo in hac dictione eum, qui a viribus est scopum, quemadmodum in sequentibus saepenumero et id considerari praecipiens, quae causa et affectio sit, quae vires prosternat, ubi et haec a medicis ignorari adjecit. Praeterea *adjecit,* iis qui dolorem ad hypochondrium prorepentem habent, per talia medicamenta auxilio esse purgationem, caeteris autem, quibus dolor vel gravitas ad brachium vel pectus extenditur, venae sectionem. Haec igitur et caetera hujusmodi, quaeque de consuetudine di-

προειρημένα παραλέλειπται παντάπασιν ὑπὸ τῶν Κνιδίων ἰατρῶν καὶ πολὺ μᾶλλον τούτων αἱ φύσεις καὶ αἱ κράσεις τῶν σωμάτων, ὧν πολλάκις ἐμνημόνευσεν ἐν τῷ βιβλίῳ, τοὺς μὲν πικροχόλους ὀνομάζων, τοὺς δὲ μελαγχολικούς. ἐχόμενος δὲ τῶν σκοπῶν τούτων καὶ περὶ τῆς τῶν ὑγιαινόντων ἐν τῇ διαίτῃ μεταβολῆς ἐδίδαξεν, ὅπως ἐπανορθωτέον ἐστὶ καὶ περὶ τῆς τῶν καμνόντων. ἔν τε τῷ περὶ οἴνου καὶ μελικράτου καὶ ὀξυμέλιτος καὶ ὕδατος λόγῳ τῶν αὐτῶν τούτων ἐμνημόνευσε σκοπῶν. ἐμνημόνευσε δὲ καὶ περὶ τῆς πέψεως τοῦ νοσήματος πολλάκις, οὐ μικρὸν σκοπὸν οὐδὲ τοῦτον ποιούμενος ὅλης τε τῆς διαίτης καὶ τῶν ἐν ταύτῃ μεταβολῶν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀκμῆς νοσήματος εἰπέ τι καὶ πρὸς τοῦτον ἀποβλέπων, τρέφει οὐχ ὡς πρὸς τὸν φαυλότατον σκοπὸν ἐν διαίτῃ. πάντα ταῦτα καὶ ἄλλα τοιαῦτα παραλέλειπται τοῖς Κνιδίοις ἰατροῖς, ἃ χρὴ προσμανθάνειν τὸν ἰατρὸν, μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος.

cta ſunt, a Cnidiis medicis omnino ſunt praetermiſſa multoque magis naturae et corporum temperamenta, de quibus ſaepenumero in hoc libro egit, hos picrocholos appellans, alios melancholicos. His vero ſcopis inhaerens, tum de ea quae in ſanis fit victus mutatione docuit, quomodo emendanda ſit, tum de ea quae in aegris. Praeterea et in eo quem de vino, aqua mulſa, oxymelite et aqua facit ſermone ſcopos recenſuit eosdem. Meminit quoque et coctionis morbi ſaepius, non parvum ſcopum universae victus rationis earumque quae in ipſa fiunt mutationum hunc faciens. Pari modo et de morbi vigore quiddam dixit et ad hunc reſpiciens, non tanquam ad abjectiſſimum in victus ratione ſcopum alimoniam miniſtrat. Cuncta haec et ejusmodi caetera a Cnidiis medicis praetermiſſa ſunt, quae medicum ante animadvertiſſe, non dicente aegro, oportet.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ ΝΟΣΗΜΑΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ Δ.

[116] *Προοίμιον.* Ἐν τῷ περὶ διαίτης τὰ μετὰ τὸν περὶ λουτρῶν λόγον εἰρημένα προσηκόντως ὑπώπτευσαν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἰατρῶν ὡς οὐχ Ἱπποκράτους ὄντα· καὶ γὰρ τῇ τῆς ἑρμηνείας δυνάμει καὶ τῇ τῶν θεωρημάτων ἀκριβείᾳ λείπεται πολὺ τῶν ἔμπροσθεν. οὐ μὴν οὐδ' ἀλόγως ἐκινήθησαν οἱ νομίσαντες Ἱπποκράτους εἶναι καὶ ταῦτα· κατὰ γὰρ τὴν ἐκείνου προαίρεσιν ἡ διάνοια τῶν γε-

HIPPOCRATIS DE ACUTORUM MORBORUM VICTU LIBER ET GALENI COMMENTARIUS IV.

Prooemium. Quae in libro de victus ratione post eum, qui de balneis, sermonem enarrata sunt, jure optimo non pauci medicorum Hippocratis non esse conjecerunt. Etenim a superioribus et vi interpretationis et theorematum integritate longe discedunt. Neque tamen praeter rationem impulsi sunt, qui et Hippocratis haec esse existimarunt. Nam eorum quae scripta sunt senten-

γραμμένων ἐστὶν, ὡς ὑπονοῆσαι μαθητὴν αὐτοῦ τινα γεγραφέναι. πολλὰ δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ τὴν λέξιν ἄμεμπτον ἔχει μετὰ τῆς διανοίας, ὡς ὑπονοῆσαι πάλιν ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους αὐτὰ γεγράφθαι, παρασκευαζομένου συνθεῖναι βιβλίον, ὡς ὑπέσχετο κατὰ αὐτὸ τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, ἐν ᾧ κατὰ μέρος ἑκάστου τῶν ὀξέων νοσημάτων τὴν [117] θεραπείαν διδάξει. καὶ μὲν δὴ καὶ ἄλλας ἔστι ῥήσεις εὑρεῖν ἐν τῷ προκειμένῳ βιβλίῳ, φανερῶς οὐκ οὔσας ἀξίας Ἱπποκράτους, ὡς ὑπονοῆσαι παρεγγεγράφθαι τοῖς γνησίοις, ὥσπερ καὶ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ἐφάνησαν ἔνιοι τοιοῦτοι πρὸς τοῖς τελευταίοις μέρεσι τοῦ βιβλίου. τῷ γὰρ ἐν μνήμῃ πολλοῖς εἶναι τὰ πρῶτα τῶν συγγραμμάτων, οἱ παρεγγράφοντες εἰς τὰ τελευταῖα παρεγγράφουσι· τοῦτο γοῦν αὐτὸ καὶ κατὰ τὸ περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τρωμάτων ἐφάνη γεγονὸς, ἔτι δὲ κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὸ νῦν ἡμῖν προκείμενον βιβλίον ἔστιν εὑρεῖν παρεγκείμενα καὶ μᾶλλον ἔτι πρὸς τοῖς τελευταίοις. τεσσάρων οὖν ὡς εἴποι τις εἰδῶν ὄντων ἐν αὐτῷ, τοῦ μὲν ἀξίου καὶ

tia institutum illius adeo redolet, ut discipulum ejus aliquem scripsisse suspicio sit. Imo et ex his multa dictionem cum sententia ita inculpatam habent, ut rursum ea ab ipso Hippocrate scripta esse suspicandum sit, qui librum componere meditabatur, in quo singulorum acutorum morborum curationem doceret, ut in libro de victus ratione in morbis acutis promiserat. Praeterea et alias in praesenti libro reperies dictiones, quae Hippocrate ita indignae sunt, ut legitimis ascriptas esse suspicari te oporteat. Quemadmodum et in aphorismis nonnulli hujuscemodi visi sunt partibus libri ultimis adjecti. Qui enim interserunt, quia multis in memoria sunt primae librorum partes, ultimis ascribunt. Id sane ipsum et in libro de capitis vulneribus factum esse videtur et in secundo de morbis epidemicis. Sed et eodem modo in eo qui nunc nobis proponitur libro reperimus, quae interseruntur, atque adhuc magis partibus ultimis. Quum igitur quatuor, ut quispiam dixerit, in eo reperiantur species,

κατὰ τὴν λέξιν καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν Ἱπποκράτους, τοῦ δὲ καθ' ἕτερον μόνον, ἤτοι τὴν λέξιν ἢ τὴν διάνοιάν, ἐνίων δὲ κατ' οὐδέτερον, σημανοῦμεν τοῦτ' αὐτὸ καθ' ἑκάστην τῶν προχειριζομένων εἰς τὴν ἐξήγησιν λέξεων.

α'.

Καῦσος δὲ γίνεται, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλεβία ἐν θερινῇ ὥρῃ ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑαυτά.

Θερινὴν ὥραν εἴρηκε τὴν θερμὴν καὶ ξηρὰν, ἄν τ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἔαρος ἄν τε ἐν ἀρχῇ τοῦ θέρους ἦν τ' ἐν τοῖς μέσοις ἢ τοῖς τελευταίοις ἄν τε κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ φθινοπώρου ᾖ. δέδεικται δ' ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τῶν ἐπιδημιῶν ἡ τοῦ περιέχοντος ἀέρος κρᾶσις ἑαυτῇ συμμεταβάλλουσα τὴν τοῦ σώματος διάθεσιν, ἡ μὲν ξηρὰ πρὸς τὸ ξηρότερον, ἡ δ' ὑγρὰ πρὸς τὸ ὑγρότερον· ἐπιδέδεικται δὲ καὶ ὅτι τὴν κατὰ

una quidem, quae tum dictione tum ſententia Hippocrate digna ſit, altera autem quae alterutro ſolum, vel dictione vel ſententia,] nonnullae vero quae horum neutro, in ſingulis earum, quae ad expoſitionem nobis expromentur, dictionibus id ipſum declarabimus.

I.

At febris ardens fit, quum reſiccatae venulae tempore aeſtivo acres et bilioſos ichoras ad ſe attraxerint.

Aeſtivum tempus dixit calidum et ſiccum, ſive in fine veris fuerit ſive principio aeſtatis ſive medio vel extremo ſive per autumni exordia ſit. Quod autem aëris nos ambientis temperamentum affectionem corporis ſecum commutet, ſiccum quidem ad ſicciorem, humidum vero ad humidiorem, in commentariis Epidemiorum demonſtratum eſt. Demonſtratum eſt quoque quod commo-

φύσιν κρᾶσιν σύμμετρος ὥρα φυλάττει, τῶν ἄλλων δηλονότι πάντων ὡσαύτως ἐχόντων, ὅσα κατὰ τὴν ὅλην δίαιταν οἱ ἄνθρωποι πράττουσιν. ἐπιδέδεικται δὲ καὶ ὅτι τῆς κατὰ φύσιν τε καὶ συμμέτρου καταστάσεως ἐξισιάμενον τὸ σῶμα, καθότι ἂν ἐξίστηταί τε καὶ μεταβέβληται, κατὰ τοῦτο καὶ τῆς οἰκείας ἐπικουρίας δεῖται, ξηραινόμενον μὲν ὑγραίνεσθαι, ὑγραινόμενον δὲ ξηραίνεσθαι, θερμαινόμενον δὲ ψύχεσθαι, ψυχόμενον δὲ θερμαίνεσθαι. ὅτε οὖν κατά τινα περίστασιν πραγμάτων, ὧν αὐτὸς ἐρεῖ παραδείγματα, συμβῇ τινα ξηρανθῆναι φλεβία καθ' ὁτιοῦν μέρος τοῦ σώματος, ἐπισπᾶται ταῦτα τὰς ἐκ τῶν πλησιαζόντων μορίων ὑγρότητας. ἐὰν μὲν οὖν ὡς τῇ συστάσει φύσιν ὑγρὰν ἔχωσιν οὕτω καὶ τὴν δύναμιν ὑγραντικὴν αἱ εἰς τὰς ξηρανθείσας φλέβας ὑγρότητες ἐνεχθεῖσαι, τὴν κατὰ φύσιν εὐκρασίαν ἀναλαμβάνει τὸ μόριον· ἐὰν δὲ δριμεῖα μὲν ᾖ κατὰ τὴν ποιότητα, ξηραντικὴ δὲ κατὰ τὴν δύναμιν ἡ ὑγρότης, ἐκπυροῦται τὸ σῶμα, καθάπερ εἰ καί ἡμῶν τις αὐτῶν διψήσας ἐκπίῃ χανδὸν ἢ οἶνον τεθαλασσωμένον ἄκρατον ἢ

deratum anni tempus naturale conſervet temperamentum, caeteris nimirum quae in univerſa victus lege agunt homines eodem modo ſe habentibus. Demonſtratum praeterea et corpus a naturali commoderatoque ſtatu deceſſum, quatenus id deceſſit ac commutatum eſt, eatenus peculiari egere auxilio, ut arefactum humectatione, humectatum exiccatione, calefactum refrigeratione et refrigeratum calefactione. Quum igitur ob aliquam rerum, quarum exempla adducit ipſe, circumſtantiam, venulas aliquas qualibet in parte corporis exiccari contigerit, a vicinis partibus hae trahunt humiditates. Si ergo quae ad arefactas venas feruntur humiditates, ut conſiſtentia humidam naturam, ita et facultatem humectantem habuerint, pars quod ſecundum naturam eſt temperamentum recipit. Verum ſi humiditas qualitate acris fuerit et facultate ſiccatoria, corpus inceuditur; ut ſi quis noſtrum ſiticuloſus effectus copioſe biberit aut vinum aqua ma-

ὕδωρ ἁλμυρόν. ἐγὼ γοῦν οἶδα καὶ αὐτός ποτε ἐξ ὁδοιπορίας θερινῆς διψώδης γενόμενος, εἶτα πιὼν οἴνου παλαιοῦ κύλικα μίαν ἀκρατιστέρου βραχὺ, παραυξήσας μᾶλλον, οὐ παύσας ἐπ' αὐτῇ τὸ δίψος. ὥσπερ οὖν ἡμεῖς καίτοι τὸν λογισμὸν ἔχοντες [118] ἐπιστατοῦντα ταῖς (88) ὀρέξεσιν ἐνίοτε μὲν ἀμελέστερον, ἐνίοτε δὲ προπετέστερον, ἔστι δ' ὅτε τῷ μὴ παρεῖναι βέλτιον, ἠναγκάσθημεν ἐπί τι τῶν ἁλμυρῶν καὶ δριμέων ἀφικέσθαι ποτῶν, οὕτως καὶ ἡ ἐν ταῖς φλεψὶ δύναμις ἑλκτικὴ διὰ παντὸς ἐπισπᾶται τὴν ἐκ τῶν πλησιαζόντων ὑγρότητα, μὴ διακρίνουσα τὴν οὐσίαν αὐτῆς ὁποία τίς ἐστιν· οὐ γὰρ ἔχει λογισμὸν ὡς σκέψασθαί τι περὶ τοῦ βελτίονος, ἀλλ' ὥσπερ τὰ παιδία καὶ τὰ βοσκήματα τὸ προστυχὸν ὑγρὸν αἱρεῖται διψῶντα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον κἀκείνη. ἐὰν μὲν οὖν καθ' ἕν τι μέρος τοῦ σώματος ἡ διάθεσις αὕτη γένηται, κατὰ τοῦτο μόνον ἐρυσιπελατῶδές τι πάθος ἔσται. αἱ δὲ καὶ καθ' ὅλον τὸ σῶμα φλέβες ὑπερξηρανθεῖσαι τὰς ἐκ τῶν σαρκῶν ὑγρότητας εἰ ἐπισπάσωνται θερμὰς οὔσας, ἐν ὅλῳ τῷ σώματι γίγνεται καυσώδης

rina dilutum purum vel aquam falfam. Scio equidem me aliquando ex aeftivo itinere fiticulofum redditum bibiffe vini veteris paulo meracioris calicem unum, atque ex eo fitim magis auxiffe, non placaffe. Ut igitur nos, quanquam ratione quae appetitum moderetur praediti, interdum quidem negligentius, interdum vero et incontinentius, atque etiam quum in promptu melius non fit, ad potum aliquem falfum et acrem pervenire cogimur, fic et venarum facultas attractrix perpetuo vicinis e partibus humiditatem attrahit, fubftantiam ipfius, qualis fit, minime difcernens. Rationem etenim non habet, qua quid ex meliori fcrutari poffit, fed ut pueri ac pecora ad cafu oblatum humidum cum fitiunt irruunt, hoc pacto et illa. Si ergo in una quadam corporis parte affectio ea fiat, in ea folum eryfipelatodes affectus aliquis erit. Verum fi venae totius corporis fupra modum exiccatae calidas carnofis e partibus humiditates attraxerint, in toto

διάθεσις. ἀλλ᾽ ὅ γε καῦσος ἰδίως καλούμενος οὐ μόνον τῇ σφοδρότητι τῆς καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα γιγνομένης θερμασίας διαφέρει, ἀλλὰ καὶ τῷ δίψει· βίαιόν τε γάρ ἐστιν ἐν τούτῳ καὶ ἄπαυστον. ἐλλείπει τοίνυν τῇ προκειμένῃ ῥήσει περὶ τῆς τοῦ καύσου γενέσεως ὁ περὶ τῶν μορίων λόγος, ὃν ἡμεῖς ἀρτίως προσεθήκαμεν. ἐνίοτε μὲν γὰρ καθ᾽ ἓν ὁτιοῦν, ἐνίοτε δὲ καὶ καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα καῦσος γίγνεται· ἐπὶ μὲν τοῦ καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα γενομένου, ἐξ ἅπαντος δίψαν ἐργάζεται· ἐπὶ δὲ τῶν καθ᾽ ἕν τι μέρος, οὐκ ἐξ ἀνάγκης εἰ μὴ αὐτὸ τὸ μέρος τὴν δίψαν ἐργάζεται, πάντων μὲν πρῶτον καὶ μάλιστα τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ἐφεξῆς δὲ ἡ γαστὴρ καὶ μετὰ ταύτην ὁ στόμαχος, εἶτα πνεύμων, εἶτα νῆστις. ἆρ᾽ οὖν οὕτως μόνον γίγνεται καῦσος, ὡς εἶπεν, ὅταν ἐπισπάσηται τὰ φλεβία δριμεῖς καὶ χολώδεις ἰχῶρας ἐς ἑαυτά; ἢ καὶ τῆς σαρκὸς ταὐτὸ τοῦτο παθούσης ἔσται καῦσος, εἴτ᾽ οὖν καθ᾽ ἓν μόριον, εἴτε καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα συμβῇ παθεῖν αὐτήν; ἐδείχθη γὰρ καὶ αὕτη δύναμιν ἑλκτικὴν ἔχουσα τῶν ἐνδεόντων αὐτῇ. καὶ μέντοι καὶ καθ᾽ ἕτερον τρόπον ἐγχω-

corpore fiet caufodes affectus. Caufus vero proprie vocatus non tantum caliditatis, quae per totum fit corpus, praeftat vehementia, verum etiam et fiti. Nam fitis in eo vehemens eft et inexplebilis. Deeft ergo praefenti dictioni de caufi generatione fermo de partibus, quem nos nuper adjecimus. Nam in una corporis parte, quaecunque illa fit, interdum caufus gignitur, interdum et toto in corpore. Verum quum in toto fit corpore, fitim omnino parit; quum vero in una parte, non de neceffitate, nifi pars ipfa fitim pariat. Omnium autem primum et maxime *id facit* os ventriculi, deinde ventriculus, atque ab eo ftomachus, poft pulmo, ac deinceps jejunum inteftinum. Utrum igitur ita tantummodo fit caufus, ut dixit, quum acres et biliofos ichoras ad fe traxerint venulae? An et carne id ipfum patiente erit caufus, five in parte una, five toto in corpore pati eam contigerit? Oftendimus etenim, eam facultatem habere eorum quibus indiget attractricem. Praeterea et fieri poteft, ut modo altero fimi-

ρεῖ γενέσθαι τὴν ὁμοίαν διάθεσιν· ἕτερον δὲ τρόπον λέγω, ὅταν πέμπηται πρός τι μόριον ἀσθενέστερον ἐκ τῶν ἰσχυροτέρων τὰ περιττώματα. δέδεικται γὰρ, ὥσπερ ἑλκτικὴ δύναμις ἐν ἑκάστῳ τῶν μορίων ἐστὶν, οὕτω καὶ ἀποκριτική· οὐκ ἀδύνατον οὖν ἐστιν ἐνίοτε μὲν ἐξ ἑνὸς μέρους, ἐνίοτε δὲ ἐκ πλειόνων δριμεῖς καὶ χολώδεις ἰχῶρας ἀποκριθέντας ἐπιχυθῆναι τῶν εἰρημένων μορίων, ὅ τί περ ἂν αὐτῶν ἀσθενέστερον ᾖ· ὅτι δὲ ἰχῶρας ὀνομάζει τὰς λεπτὰς ὑγρότητας, εὔδηλον.

β'.

Καὶ πυρετὸς πολὺς ἴσχει, τό τε σῶμα ὥσπερ ὑπ' ὀστεοκόπου ἐχόμενον κοπιᾷ καὶ ἀλγέει.

Πυρετὸς μὲν οὖν πολὺς ἴσχει διὰ τὴν τῶν ἰχώρων φύσιν, οὓς δριμεῖς ἔφη καὶ χολώδεις· τοῖς τοιούτοις γὰρ οἱ σφοδρότατοι τῶν πυρετῶν ἐπιγίνονται, τουτέστιν οἱ πολλήν τε καὶ δριμυτάτην ἔχοντες τὴν θερμασίαν, ὥσπερ γε καὶ οἱ

lis affectio fiat. Modum alterum dico, quum ex validioribus partibus ad imbecilliorem aliquam mittantur excrementa. Nam ut partibus singulis attractrix inest facultas, sic et expultricem inesse declaratum est. Fieri ergo potest, interdum quidem ex parte una, interdum vero et e pluribus, acres et biliosos ichores expulsos ad dictas fundi partes, quae scilicet imbecilliores sunt. Quod autem ichoras tenues humiditates appellet liquido constat.

II.

Ac febris multa detinet, corpusque quemadmodum ab offearia lassitudine affectum laborat doletque.

Febris ergo multa detinet propter naturam ichorum, quos acres et biliosos ait. Nam his superveniunt febres vehementissimae, hoc est quae multam et acerrimam habent caliditatem, quemadmodum quae minorem et minus

τὴν ἐλάττονά τε καὶ ἧττον δριμεῖαν, τοῖς φλεγματώδεσιν ἑπόμενοι χυμοῖς. κοπιᾷ δὲ τὸ σῶμα σύμπαν διὰ τὴν δριμύτητα τῶν ἰχώρων τὸν ἑλκώδη κόπον· εἴρηται δὲ τελέως περὶ τῆς πάντων τῶν κόπων διαφορᾶς ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς.

γ΄.

[119] *Γίγνεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐκ πορίης μακρῆς καὶ δίψεος μακροῦ, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλεβία, δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσηται πρὸς ἑαυτά.*

Καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν εἴρητο καὶ νυνὶ δ᾽ αὖ τὸ ἀναξηρανθῆναι προσέθηκε, τὰς προκαταρκτικὰς καλουμένας αἰτίας δηλῶν, ὡς ἐν παραδείγματι· πᾶσαι μὲν γὰρ αἱ θερμαὶ καὶ ξηραὶ τοὺς καύσους ἐργάζεσθαι δύνανται. τινὰς γοῦν οἶδα διὰ πόσιν οἴνου τεθαλασσωμένου πλείονος ἁλόντας καύσῳ, καθάπερ ἄλλους διὰ ταρίχων καὶ ταριχηρῶν κρεῶν καί τινων ἄλλων ἁλικῶν ἐδωδὴν ἄμετρον. ἕτερος δέ τις ἐξ ὁδοιπορίας τε καὶ καύματος ἥκων ἐλούσατο μὲν πρῶτον, ἀφικόμενος δ᾽

acrem habent pituitosos sequuntur humores. Laborat autem corpus totum lassitudine ulcerosa propter ichorum acrimoniam. Sed de lassitudinum omnium differentiis absolute in libris de tuenda sanitate tractatum est.

III.

Fit plerumque tum ex longo itinere, tum longa siti, quum arefactae venulae acres calidasque fluxiones ad se attraxerint.

Tum in principio dictum est, tunc rursum nunc adjecit, *arefactae*, procatarcticas appellatas causas tanquam exemplo manifestans. Enimvero calidae omnes et siccae causos procreare possunt. Scio equidem nonnullos ob liberalem vini aqua marina diluti potionem, causo fuisse correptos, veluti et alios ob salsamentorum salsarumque carnium, atque aliorum quorundam salsorum esum immoderatum. Alius ex ambulatione et aestu veniens primum

οἴκαδε καὶ πιὼν οἴνου κατὰ τὴν κρᾶσιν ἔχοντος τὸ πλεῖον, ἤρξατο πυρέττειν αὐτίκα καυσώδη πυρετόν· καὶ ἄλλος δέ τις σφοδρῶς ὀργισθεὶς καὶ ἄλλος ἀγρυπνήσας.

δ'.

Γίγνεται δὲ ἡ γλῶσσα τραχείη καὶ ξηρὴ καὶ μέλαινα κάρτα, καὶ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δακνόμενος ἀλγέει, τά θ' ὑποχωρήματα ἔξυγρα καὶ ὠχρὰ γίγνεται καὶ δίψαι σφοδραὶ ἔνεισι καὶ ἀγρυπνίαι, ἐνίοτε δὲ καὶ παραλλάξεις φρενῶν.

Τὰ παρακολουθοῦντα τοῖς καύσοις ἐν τῷδε τῷ λόγῳ διῆλθεν, ἃ δὴ καὶ συνεδρεύοντα καλοῦσιν· ἔστι δὲ ταῦτα γλῶσσα ξηρὰ καὶ τραχεῖα καὶ μέλαινα, δῆξίς τε ἐπὶ τῆς γαστρὸς, ὑποχωρήματα ὠχρὰ καὶ δίψαι σφοδραὶ καὶ ἀγρυπνία, ποτὲ δὲ καὶ παραφροσύνη. ἡ μὲν οὖν γλῶσσα ξηρὰ γίγνεται, διότι καὶ ἡ διάθεσις ὅλη τοῦ σώματος ξηρά ἐστι καὶ θερμὴ καὶ ὁ πυρετὸς αὐτὸς τοιοῦτος. ἡ δὲ δῆξις τῶν κατὰ τὴν γαστέρα διὰ τὴν τῶν εἰς αὐτὴν συῤῥεόντων ἰχώ-

quidem lavit ſe, deinde domum perductus vini mixti plus bibit coepitque protinus affici cauſo. Alius autem ob vehementem excandeſcentiam et alius ob vigilias *cauſum incurrerunt.*

IV.

Fit vero lingua aſpera et ſicca valdeque nigra partiumque ventris morſu dolet, dejectiones tum liquidae tum pallidae fiunt, ſitis adeſt vehemens et vigiliae, atque interdum mentis alienationes.

Quae ardentes febres comitantur, hac oratione percurrit, quae et aſſidentia vocant. Sunt autem haec lingua ſicca, aſpera et nigra, ventris morſus, dejectiones pallidae, vehemens ſitis et vigiliae, interdum vero et delirium. Lingua ſane fit arida, quod tota corporis affectio ſicca ſit et calida febrisque ipſa talis. Partium autem ventris morſus propter ichorum illuc confluentium acri-

ρων δριμύτητα. τὰ δὲ διαχωρούμενα κατὰ τὸν πλεονάζοντα χυμόν· ἔξυγρα δὲ εἶπεν αὐτὰ, τὸ μηδὲ ὅλως πεπέφθαι δηλῶν, ἡ γάρτοι πέψις ἅπαντα συνάγει τε καὶ παχύνει. τὸ δὲ ἀγρυπνεῖν τοῖς οὕτω πάσχουσι συμβαίνει διὰ τὴν ξηρότητα· δέδεικται γὰρ ἡ μὲν ἄμετρος ὑγρότης τὰς καταφορὰς, τὰς δὲ ἀγρυπνίας ἡ πολλὴ ξηρότης ἐργαζομένη· προσέρχεται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων συμπτωμάτων ταλαιπωρία, τῆς ἀγρυπνίας αἰτία γιγνομένη. παραφροσύνην δὲ ἐμάθομεν γίγνεσθαι διά τε χολὴν ἀναδραμοῦσαν ἐπὶ κεφαλὴν καὶ διὰ ξηρότητα καὶ θερμότητα κράσεως. ὅτι δὲ, ὅταν εἴπῃ τις ἁπλῶς χολὴν, ἡ πικρὰ δηλοῦται προείρηται, καὶ ὅτι γε τὴν αὐτὴν χολὴν ὠχράν τε καὶ ξανθὴν ὀνομάζουσιν. ὥσπερ οὖν οὐδὲν παραλέλειπται τῶν κατὰ τὸν χολώδη [120] καῦσον, ὅτι γε μὴ καὶ κατὰ τὴν ἐπιῤῥοὴν τῶν ἰχώρων αὐτῶν, οὐ μόνον διὰ τὴν ὁλκὴν γίγνεσθαι· οὕτως ἀτάκτως γέγραπταί τινα. τῶν γάρτοι λελεγμένων ἔνια μέν ἐστι παθογνωμονικὰ συμπτώματα τῶν καύσων, ἔνια δὲ συνεδρεύοντα· τῶν γεννώντων δὲ αὐτοὺς τὰ μέν ἐστι προηγούμενα, τὰ δὲ προ-

-moniam *oritur*. Dejectiones autem pro humoris redundantia. At liquidas ipſas dixit, nullo pacto concoctas exprimens, coctio enim omnia cogit incraſſatque. Ita vero affectis vigilare ob ſiccitatem accidit. Nam humiditatem immoderatam cataphoras, multam vero ſiccitatem vigilias procreare demonſtratum eſt. Accedit quoque et ab aliis ſymptomatis fatigatio, quae cauſa eſt vigiliarum. Delirium autem fieri ſcivimus ob eam quae ad caput recurrit bilem et ob temperamenti caliditatem ſiccitatemque. Quod autem, quum quis bilem ſimpliciter dixerit, amara ſignificetur antea enunciatum eſt, quod item bilem eandem et pallidam et flavam appellent. Ut ergo nihil ad cauſum bilioſum ſpectantium praetermiſſum eſt, niſi quod non ſolum ſiat per attractionem, ſed et per effluvium ichorum, ſic inordinate ſcripta quaedam ſunt. Nam ex iis quae dicta ſunt, quaedam ſunt ſymptomata pathognomonica cauſum indicantia, alia vero aſſidentia. Verum quae *cauſos* ipſos procreant, alia quidem antecedentia, alia vero

καταρχοντά γε καλούμενα ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. πάντων γοῦν ὧν εἶπον προηγουμένων συμπτωμάτων ἔξεστί σοι τὸν κατάλογον ὡς ἂν ἐθέλοις ποιεῖσθαι· ἀλλ' ὅ γε γράψας τὸ βιβλίον ἤρξατο μὲν ἀπὸ τῶν προηγουμένων (τὸ γὰρ ἀναξηρανθῆναι τὰ φλεβία προηγούμενον αἴτιόν ἐστιν), ἐφεξῆς δὲ δέον εἰπεῖν τὰ προκαταρκτικὰ, οἷον ὁδοιπορίαν μακρὰν καὶ δίψος, οὐ ταῦτ' εἶπεν, ἀλλὰ τῶν παθογνωμονικῶν τι, τὸν πολὺν πυρετόν· ἐχρῆν δὲ ἐνταῦθα προσθεῖναι καὶ τὸ σφοδρὸν δίψος, ὃ μετὰ ταῦτα ἅμα τοῖς ἄλλοις εἶπε συμπτώμασι τοῖς συνεδρεύουσιν ὀνομαζομένοις, ὧν τὰ μὲν ἐνίοτε, τὰ δὲ ἀεὶ ὑπάρχει τοῖς καύσοις. τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπών· ἐνίοτε δὲ καὶ παραλλάξιες φρενῶν· τὸ γὰρ ἐνίοτε τῷ διὰ παντὸς ἀντίκειται. ἐγὼ δέ φημι καὶ τὸ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δάκνεσθαι καὶ διαχωρεῖν χολώδη οὐ τῶν διὰ παντὸς συνόντων τοῖς καύσοις εἶναι, διὰ γὰρ τὸ μέγεθος τοῦ νοσήματος καὶ τὴν ἔσω ῥοπὴν τῶν δριμέων ἰχώρων ταῦτα συμβαίνει τοῖς κατὰ γαστέρα καὶ ἧπαρ ἔχουσι (89) τὴν οἷον ἑστίαν τοῦ καύσου· τοῖς δὲ κατὰ πνεύμονα ταῦτα μὲν οὔ

primitiva a medicis appellantur. Omnium autem, quae dixi, antecedentium symptomatum potes tibi, ut lubet, catalogum facere. Sed qui librum hunc scripsit, ab antecedentibus fecit exordium (venulas etenim exiccare antecedens causa est). Deinceps autem, quum evidentia, ut ambulationem longam et sitim dicere debuit, non ea dixit, sed ex pathognomonicis aliquod, ut febrem vehementem. Debuit et hic sitim vehementem adjicere, quam postea simul cum aliis assidentibus vocatis symptomatis dixit, quorum quaedam aliquando, alia perpetuo febribus ardentibus insunt. Id vero et ipse ostendit, inquiens: *interdum autem et mentis alienatio.* Nam *interdum perpetuo* opponitur. Ego autem dico et ventrem morderi et biliosa dejicere, non esse ex iis quae perpetuo febribus ardentibus insunt. Nam ob morbi magnitudinem et acrium ichorum ad interna impetum, propterea haec in ventre ac hepate causi veluti sedem habentibus accidunt. Verum in pulmone *causi sedem habentibus* haec non ad-

πάνυ συμπίπτει, τὰ δὲ κατὰ τὰς γλώσσας εἰρημένα καὶ τὰς παραφροσύνας μᾶλλον. ἀλλὰ καὶ δυσπνοοῦσιν οὗτοι τὴν κατὰ τὸ πυκνὸν καὶ μέγα πνεῦμα δύσπνοιαν, ἐκφυσῶσί τε συνεχῶς ἀνοιγνύντες τὸ στόμα καὶ τῇ τοῦ πυρώδους πνεύματος ἀποχύσει κουφιζόμενοι. τὸ μὲν οὖν τῆς δυσπνοίας ὅλον παραλέλειπται, καίτοι γε ἐν προγνωστικῷ λελεγμένον ἡμεῖς ἐδείκνυμεν. ἀτάκτως δ' εἴρηται τὰ κατὰ τὴν γλῶσσαν συμπτώματα. προτέραν μὲν γὰρ ἐχρῆν γεγράφθαι τὴν ξηρὰν, δευτέραν δὲ τὴν τραχεῖαν· διὰ γὰρ τὴν ἄμετρον ξηρότητα τραχεῖαν συμβαίνει γίγνεσθαι τὴν γλῶσσαν, ὥστε τὴν τραχεῖαν οὖσαν πάντως καὶ ξηράν. ὅτι δὲ καὶ μελαίνεται διὰ τὴν ἄμετρον θερμασίαν, ὥσπερ τοῖς ἡλιθεροῦσι τὸ δέρμα, προμεμαθήκαμεν ἤδη.

ε΄.

Τῷ τοιῷδε πίνειν ὕδωρ τε καὶ μελίκρητον ἑφθὸν δίδου ὑδαρὲς, ὁκόσον ἐθέλει.

modum contingunt, sed quae de lingua dicuntur ac deliriis magis. Sed et difficulter hi spirant ea quae denso et magno spiritu est spirandi difficultate, efflantque continenter os aperientes igneique spiritus effusione levantur. Verum totam spirandi difficultatem praetermisit, quam in prognostico dictam ostendimus. At inordinate symptomata linguae recensuit. Nam debuit primum siccam dixisse, deinde asperam. Nam ob immoderatam siccitatem linguam asperam fieri contingit, ut si aspera sit, omnino et sicca existat. Quod autem ob caliditatem immoderatam nigrescat, ut iis quibus cutis sole usta sit, jam ante didicimus.

V.

Huic tum aquam tum mulsam coctam aquosam, quantum desideret, potui dato.

Τοῦτο τὸ βιβλίον εἰ καὶ μὴ Ἱπποκράτους ἐστὶ σύγγραμμα, παλαιὸν γοῦν ἐστιν, ὡς κατὰ τοὺς Ἐρασιστράτου χρόνους ἤδη προσκεῖσθαι τῷ γνησίῳ. θαυμαστὸν οὖν ὅπως ἐτόλμησεν εἰς Ἀπολλώνιον καὶ Δέξιππον ἀποσκῶψαι τὰ περὶ τῶν κηρίνων κυλίκων ὁ Ἐρασίστρατος. ὁ γὰρ ταῦτα γράψας, τὴν Ἱπποκράτους γνώμην ἄμεινον Ἐρασιστράτου γινώσκων, ὁπόσον ἐθέλουσι πίνειν ἐπιτρέπει καὶ τοῖς καυσουμένοις· ἔδειξα δὲ καὶ κατὰ τὸ γνήσιον μέρος τοῦ συγγράμματος οὕτω γινώσκοντα τὸν Ἱπποκράτην. περὶ μὲν οὖν τῆς τοῦ Ἐρασιστράτου κακοηθείας ἱκανὰ καὶ ταῦτα· σκοπῶμεν δὲ ἤδη τὰ κατὰ τὴν ῥῆσιν εἰρημένα. κελεύει γὰρ μήτε ἐφ᾽ ὕδατος μόνου διαιτᾷν τοὺς καυσουμένους μήτ᾽ [121] ἐπὶ μελικράτου μόνου. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ἔμαθες, ὡς τῇ φύσει ψυχρὸν ὂν, βραδύπορον εἶναι καὶ μένον ἐν ὑποχονδρίῳ πλεῖστον χρόνον, διαφθείρεσθαι κατὰ τοὺς ὀξεῖς πυρετούς· τὸ δὲ μέλι ῥᾳδίως ἐκχολοῦσθαι. διὰ τοῦτο ἀξιοῖ ὑδαρὲς διδόναι τὸ μελίκρατον, ἵνα τὸ ὕδωρ μὴ μηκύνῃ κατὰ τὴν ἄνω γαστέρα, ποδηγούμενον ὑπὸ τοῦ μιγνυμένου μέλιτος εἰς τὴν

Liber hic, etsi Hippocratis opus non est, antiquus tamen est, ut qui legitimo operi jam Erasistrati temporibus adjectus fuerit. Quapropter mirandum, quomodo Erasistratus calices cereos in Apollonium et Dexippum retorsisse ausus sit. Nam qui haec scripsit, mentem Hippocratis Erasistrato melius intelligens, causo laborantibus, quantum placet, bibere concedit, demonstravique et in legitima voluminis hujus parte ita sentire Hippocratem. Sed de Erasistrati malitia satis haec sint. Sed jam scrutemur quae in oratione dicuntur. Praecipit siquidem neque aquam solam, neque mulsam solam iis pro victu propinandam, qui causo laborant. Scis etenim aquam, quod natura frigida sit, tarde permeare et quam plurimo tempore in hypochondriis manentem corrumpi in acutis febribus, mel autem facile bilescere. Ob id mulsam aquosam dari jubet, ut aqua, nulla in superiore ventre facta mora, a mixto melle ad distributionem trahatur; ob eas causas et

ἀνάδοσιν· διὰ δὲ ταῦτα αὐτὰ καὶ ἑφθὸν αὐτὸ δίδωσιν, ἀδιψότερον γὰρ καὶ ἀφυσότερον τοῦτο τοῦ ὠμοῦ καὶ τὴν οὔρησιν μᾶλλον κινοῦν, ὥσπερ γε τὴν διαχώρησιν τὸ ὠμόν· ἧττον γὰρ γίνεται δριμὺ τὸ ἑψημένον, οὐ μόνον τῷ πέττεσθαι κατὰ τὴν ἕψησιν, ἀλλὰ καὶ τῷ τὸ ἀφρῶδες αὐτοῦ πᾶν ἀφαιρεῖσθαι, καθότι τὸ δριμὺ καὶ φυσῶδές ἐστιν ἐν τῇ τοῦ μέλιτος οὐσίᾳ. τὸ δ' ἑψημένον ἄδηκτόν τε καὶ ἄφυσον γιγνόμενον ἀναδίδοται μᾶλλον ἢ ὑπέρχεται κατ' ἔντερα, ὥστε καὶ διὰ τοῦτο τρέφει μᾶλλον τοῦ ὠμοῦ· χρήζουσι δ' οὕτω νοσοῦντες, ὡς ἂν μὴ λαμβάνοντες τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης ἐκ τοῦ μελικράτου τρέφεσθαι. προείρηται δὲ ἐν τῷ γνησίῳ μέρει τοῦ βιβλίου περὶ τοῦ χρῆναι διαιτᾶν ἐν τοῖς ὀξυτάτοις νοσήμασιν ἐπὶ μόνων τῶν πομάτων, καὶ ταῦτά μοι πάντα τὰ κατὰ τὴν ἐξήγησιν τοῦδε τοῦ νῦν προκειμένου γράμματος τοῖς προανεγνωκόσι τε καὶ μεμνημένοις τὰς ἐν ἐκείνοις γεγονυίας ἐξηγήσεις, οὕτω λέλεκταί τε καὶ λεχθήσεται.

coctam ipſam exhibet, nam haec quam cruda ſitim magis arcet et flatu magis vacat urinasque magis ciet, ut quae cruda eſt, dejectionem. Minus enim aeris, quae cocta eſt, non ſolum quod in coctura conficiatur, verum et quod ſpumoſum ipſius omne tollatur, quoniam quod acre et flatuoſum exiſtit, in mellis eſt ſubſtantia, cocta autem tum morſu caret tum flatu vacat diſtribuiturque melius quam per inteſtina deſcendat, quo fit ut eam ob cauſam magis alat quam cruda. Caeterum qui ita laborant, citra ptiſanae cremorem mulſa nutriendi ſunt. Sed quod in acutiſſimis morbis ſolos exhibere potus oporteat in libri hujus non ſpuria parte eſt praedictum. Haecque omnia quae ad praeſentis orationis expoſitionem pertinent iis qui et ante legerunt et meminerunt eas, quae in illis factae ſunt, expoſitiones, ad hunc modum et dicta ſunt et dicentur.

στʹ.

Καὶ ἢν πικρὸν τὸ στόμα γίγνηται, ἐμέειν ξυμφέρει καὶ τὴν κοιλίην ὑποκλύσαι.

Ἡ πικρία τῆς χολῆς πικρὸν ἐργάζεται τὸ στόμα· κοινὸς γὰρ καὶ εἷς χιτών ἐστιν, ὅ τ᾽ ἔνδον τῆς γαστρὸς καὶ ἅπας ὁ ὑπαλείφων τὸ στόμα. κατὰ λόγον οὖν ὁ συγγραφεὺς ἐκκενοῖ τὴν χολὴν δι᾽ ἐμέτων τε καὶ κλύσματος.

ζʹ.

Ἢν δὲ πρὸς ταῦτα μὴ λύηται, γάλα ὄνου ἑψήσας κάθαρε.

Ἐπειδὴ πάντως μὲν ἐκκενῶσαι βούλεται τὴν εἰς τὴν γαστέρα χολὴν, εὐλαβεῖται δὲ τὰ καθαίροντα φάρμακα, διότι δριμέα καὶ θερμὰ παντελῶς ἐστι, διὰ τοῦτ᾽ ἐπὶ τὸ τῆς ὄνου γάλα παραγίνεται, δριμύτητα μὲν οὐδεμίαν ἔχον ὥσπερ οὐδ᾽ ἄλλο οὐδὲν, ἀλλὰ πλεονεκτοῦν τῇ ὑγρότητι μόνον τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ διὰ τοῦτο μόνον ὑπέρχεται· προεψθὼς

VI.

Quod si os amarum fuerit, vomere confert et alvum subluere.

Bilis amaror amarum os reddit. Nam communis unaque est tunica tum quae alvi interna est tum omnis quae os sublinit. Ratione ergo libri auctor bilem tam per vomitum tum per clysterem evacuat.

VII.

Verum si ad haec non solvatur, cocto asinino lacte purgato.

Quod omnino quidem eam, quae in alvo est, bilem vacuare imperet, timeat autem purgantia medicamenta, quod et acria et calida prorsus existant, ob id ad lac asinae divertit, ut quod nullam, ut non aliud ullum, habeat acrimoniam, sed prae omnibus unum humiditate exuperet, atque ob id solum ventrem subeat. Praecoquit

δὲ αὐτὸ διὰ τὸ φυσῶδες. ἀλλὰ σύ γε καὶ μόνῳ τῷ ὀῤῥῷ δυνήσῃ χρῆσθαι, χωρίζων αὐτὸν, ὅταν τὸ γάλα προαφεψήσῃς διὰ ὀξυμέλιτος, ἐγκαθεὶς ἀγγεῖον χαλκοῦν ὕδατος πλῆρες ψυχροῦ συνεχῶς εἰς τὸ γάλα· καὶ γὰρ αὕτη καλῶς ἡ κάθεσις γιγνομένη χωρίζει τὸν ὀῤῥὸν τοῦ τυρώδους.

ή.

[122] *Ἁλμυρὸν δὲ μηδὲν μήτε δριμὺ προσφέρειν· οὐ γὰρ ὑποίσει.*

Ὁ μὲν ἁλμυρὸς χυμὸς ὁποῖός τίς ἐστιν ἐν τοῖς ἁλσὶ φαίνεται· περὶ δὲ τῆς τοῦ δριμέος οὐσίας τε καὶ δυνάμεως εἴρηται κατὰ τὸ τέταρτον βιβλίον τῶν ἁπλῶν φαρμάκων, ὅτι πέπερι καὶ νᾶπυ καὶ πύρεθρον, ὅσα τ' ἄλλα θερμὰ ταῖς δυνάμεσίν ἐστι καὶ δριμέα γευομένοις φαίνεται. ὡς οὖν συναυξάνοντα τὴν διάθεσιν τῶν καυσωδῶν, φεύγειν κελεύει τὰ δριμέα καὶ τὰ ἁλμυρά· ταῦτα δὲ καὶ ξηραίνει μᾶλλον τῶν δριμέων, εἰ καὶ μὴ παραπλησίως ἐκείνοις θερμαίνει, ἀλλ' ἧττον.

autem ipſum ob flatus. Sed ſane ſolo uti ſero poteris per oxymel ipſum, ubi lac ante coxeris, ſeparans, vas aeneum frigida plenum aqua continenter in lac demittens, nam et haec ſi probe fiat demiſſio, ſerum a caſeo ſeparat.

VIII.

Salſum autem nihil, neque acre exhibendum, non enim aeger ſufferet.

Salſus ſuccus qualis ſit ex ſale apparet. De acris autem tum ſubſtantia tum facultate dictum eſt in quarto ſimplicium medicamentorum. Piper ſiquidem, ſinapi, pyrethrum, et quaecunque ſunt facultatibus calida, acria guſtantibus apparent. Quo fit ut tum acria tum ſalſa tanquam cauſum augentia vitare jubeat. Haec autem acribus magis ſiccant, quanquam illis non ſimiliter, ſed minus calefaciunt.

θ'.

Ῥόφημα δὲ ἔστ' ἂν ἔξω τῶν κρίσεων γένηται, μὴ δίδου.

Ὡς προσυπακουσθησομένου τοῦ τὴν δύναμιν ἐῤῥῶσθαι, τὸν λόγον ἄκουε· ποιεῖται γὰρ οὕτω τὴν διδασκαλίαν καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης, ὡς τὰ πολλὰ τὰ καθ' ἕκαστον σκοπὸν ὑπαγορευόμενα γράφων, εἶθ' οὕτως ἅπαξ εἰπὼν ἀλλήλοις χρῆναι παραβάλλειν τὰ δεδειγμένα, τὰς δυνάμεις αὐτῶν ἐπισκοπούμενον. ὅτι δὲ οὐ προσήκει διδόναι ῥόφημα πρὸ τῆς κρίσεως, ἐὰν ἡ δύναμις ἐξαρκῇ, κατὰ τὸ πρῶτον μέρος τοῦ βιβλίου δεδήλωται τὸ γνήσιον.

ι'.

Καὶ ἢν αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥέῃ, λύεται τὸ πάθος, καὶ ἢν ἱδρῶτες ἐπιγίγνωνται κριτικοὶ γνήσιοι μετ' οὔρων λευκῶν καὶ παχέων καὶ λείων ὑφισταμένων.

Ἐν τοῖς ὀξέσι πυρετοῖς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν φέρεται τὸ

IX.

Sorbitionem vero, quoad extra crises fuerit, ne dato.

Sermonem, quod robustas esse vires subaudiendum sit, intellige. Nam ita ipse Hippocrates doctrinam facit, quae singulis in scopis praecipiuntur scribens, atque ita deinceps semel dicens, comparare inter se, quae demonstrata sunt, consideratis ipsorum viribus, oportere. Quod vero sorbitio ante crisin danda non sit, si vires sufficiant, in prima hujus libri legitima parte demonstratum est.

X.

Et si sanguis e naribus fluxerit, solvitur affectio, atque si sudores supervenerint judicatorii legitimi cum urinis albis crassisque et laevibus sedimentis.

In acutis febribus, quod ex sanguine fervet, ad ca-

ζέον τοῦ αἵματος· ὅταν οὖν ἀναῤῥήξασα τὰς φλέβας ἡ φύσις ἀποχέῃ τοῦτο μετὰ τῶν συναχθέντων ἀτμῶν, ἑτοιμότερον κρατεῖν τῶν λοιπῶν· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον ὅταν καὶ διὰ τῶν ἱδρώτων ἀποχέῃ τοὺς ζέοντας ἰχῶρας, ἰᾶται τὴν νόσον, ὅταν γε πεπεμμένου τοῦ νοσήματος ἐπιγίγνωνται. λέλεκται γὰρ ἤδη περὶ τούτου πολλάκις ἔν ἄλλοις τέ τισιν ὑπομνήμασιν ἐξηγητικοῖς καὶ ἐν τοῖς περὶ κρίσεων. ὥσπερ οὖν ἐν τῷ πρώτῳ μέρει τοῦδε τοῦ βιβλίου, τῷ κατὰ πάντας ὡμολογημένῳ γνησίῳ, τὸν ἀπὸ τῆς πέψεως τοῦ νοσήματος σκοπὸν ὡς χρήσιμον εἰς δίαιταν παρέλαβεν, οὕτω καὶ νῦν εἰς πρόῤῥησιν· αὐτὸ μὲν οὐκ ἔγραψε τὸ τῆς πέψεως ὄνομα, τὸ δὲ βεβαιότατον αὐτοῦ σημεῖον ἐν τοῖς οὔροις ἔγραψεν. [123] ἄριστον μὲν οὖν ἐστι τὸ λευκήν τε καὶ λείαν ἔχον τὴν ὑπόστασιν (90) οὖρον, ὡς ἐν τῷ προγνωστικῷ δεδήλωται· οὐ μὴν ἀξιώσεις γε ἀεὶ φαίνεσθαι, ἀλλ' ἀρκέσει σοι πολλάκις ἐπὶ τῇ κατὰ φύσιν χροιᾷ τε καὶ συστάσει χρηστὸν ἐναιώρημα φανὲν εἰς τὴν τῆς σωτηρίας ἐλπίδα. καὶ δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων πεπλεόνασται κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἡ

put fertur. Quum igitur ruptis venis natura id ipfum una cum acervatis vaporibus effuderit, caeteris promptius dominatur. Eadem ratione et quum per fudores ichoras ferventes expulerit, morbum fanat, quum morbo jam cocto fupervenerint. Nam de re hujusmodi jam faepius in aliis quibusdam explicantibus commentariis dictum eft, atque in libris de judicationibus. Ut igitur in prima libri hujus parte, quam omnes legitimam fatentur, eum qui a morbi coctione eft, fcopum, ut ad victus rationem commodiffimum accepit, fic et nunc ad praedictionem. Non fcripfit quidem ipfum coctionis nomen, fed certiffimum ipfius fignum in urinis fcripfit. Optima igitur urina eft quae tum album tum laeve fedimentum habet, ut in prognoftico demonftratum eft. Non tamen ad fpem falutis femper apparere expoftulabis, fed fatis tibi faepenumero fuerit, fi enaeorema naturali tum colore tum confiftentia commodum videris. Etiam his ita habentibus in interpretatione exuberavit dictio, nam ob dictas urinas con-

λέξις· ὑπὸ γὰρ τῶν εἰρημένων οὔρων δηλοῦται καὶ τὸ κριτικοὺς εἶναι τοὺς ἱδρῶτας, ὥστε ἐκ περιττοῦ πρόσκειται· τὸ δὲ γνήσιοι οὐ κυρίως ἐπ' αὐτῶν λέγοιτο· κατὰ γὰρ τὰς τῶν νοσημάτων ἰδέας ἐπιφέρειν εἰώθασι τὴν τοιαύτην προσηγορίαν οἵ τ' ἄλλοι τῶν ἀρίστων ἰατρῶν καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης.

ιά.

Ἢν ἀπόστημά τι γένηται.

Σπανιώτατόν ἐστι τὸ δι' ἀποστήματος κριθῆναι καῦσον, ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ χωρὶς τοῦ μόριόν τι τοῦ σώματος προσθεῖναι, τὴν ἀπόφασίν τις ποιοῖτο. παρωτίσι μὲν γὰρ οἶδά τινας καύσους κριθέντας, ἀλλ' οὐ τοὺς γνησίους· τοῦτο δ' ὀλίγον ὕστερον μαθήσῃ μετὰ τὴν ἐξήγησιν.

ιβ'.

Ἢν δ' ἄνευ τούτων λυθῇ, ὑποστροφὴ πάλιν ἔσται τῆς ἀρ-

ſtat et ſudores criticos eſſe, quapropter et fruſtra adjectum. *Legitimi* praeterea non proprie in ipſis dicitur. Nam ſecundum morborum ideas talem inferre conſueverunt appellationem cum alii medicorum probatiſſimi, tum Hippocrates ipſe.

XI.

Ac ſi abſceſſus aliquis obortus fuerit.

Rariſſimum eſt, per abſceſſum judicari cauſum, atque adhuc magis, ſi citra partis corporis adjectionem explicationem quis fecerit. Nam parotidibus cauſos quosdam ſcio judicatos, ſed non legitimos. Id autem paulo poſt condiſces poſt expoſitionem.

XII.

Sin vero absque his ſolutus fuerit cauſus, reverſio morbi

ῥωστίης ἢ ἰσχίων ἢ σκελέων ἄλγημα ξυμβήσεται, καὶ πτύσεται παχέα, ἢν μέλλῃ ὑγιὴς ἔσεσθαι.

Αἱμοῤῥαγίας καὶ ἱδρῶτος μνημονεύσας, ἂν χωρὶς τούτων ὁ καῦσος παύσηται, φησὶν ἄπιστον εἶναι τὴν λύσιν· ὑποστρέψει γὰρ ὀλίγον ὕστερον· ἔσται γὰρ, φησὶ, κατὰ τὴν ὑποστροφὴν ἄλγημα σκελέων ἢ ἰσχίου καὶ πτύσει παχέα. τὸ μὲν γὰρ αἱμοῤῥαγίας ἢ ἱδρῶτος ἢ ἀποστήματος δεῖσθαι τὸν μέλλοντα κριθῆναι, δύναιτ᾽ ἄν τις εἰρῆσθαι δοκεῖν ὑγιῶς, ἐάν τε προστεθῇ τοῖς εἰρημένοις ἃ θεραπεύων αὐτὸς ἔγραψε, ἐμεῖν τε κελεύων καὶ τὴν κοιλίαν ὑπάγειν, διδούς τε ποτὸν ὕδωρ καὶ μελίκρατον ὑδαρὲς ἑφθόν· ὥστε ἐὰν μετὰ τούτων τις λέγῃ, τὴν αἱμοῤῥαγίαν καὶ τὸν ἱδρῶτα καὶ τὸ ἀπόστημα λύειν τὸν καῦσον, ἄλλως δὲ μὴ δύνασθαι λυθῆναι, τάχα δόξει λόγον τινὰ ἐπιεικῆ λέγειν· ἐπιεικῆ δὲ εἶπον, ὡς μετρίως ἀληθεύοντα καὶ μᾶλλον τοῦ πρόσθεν, οὐ μὴν ἄμεμπτόν γε παντάπασιν· οὐ γὰρ ἀληθής ἐστιν ὁ λόγος. τὸ γὰρ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς εἰρημένον, ὑπὸ καύσου

rursum erit, aut coxae aut crurum dolor accidet expuetque crassa, si sanus futurus sit.

Ubi de sanguinis eruptione sudoreque egit, si absque his causus desierit, suspectam ait esse solutionem; nam paulo post revertetur. *Erit siquidem*, ait, *in recidiva crurum dolor vel coxae spuetque crassa.* Nam quod judicandus sanguinis eruptione vel sudore vel abscessu opus habeat, potest quis arbitrari recte dictum esse, si dictis adjecerit, quae curationi intendens ipse scripsit, vomere scilicet praecipiens atque alvum subducere potumque aquam et mulsam aquosam coctam comministrans. Quare si cum his quidem et sanguinis eruptionem et sudores et abscessum, causum solvere quis dixerit, alias autem solvi non posse, sermonem fortasse consentaneum dicere videbitur. Consentaneum autem dico, quasi mediocriter vera loquentem, atque priore magis, non tamen inculpatum prorsus. Non enim verus est sermo. Nam quod in apho-

ἐχομένῳ, ῥίγεος ἐπιγενομένου λύσις, ἀληθέστατόν ἐστιν· ἕπεται δ᾽ ἐξ ἀνάγκης τῷ ῥίγει τούτῳ ποτὲ μὲν ἱδρὼς μόνος, ἐνίοτε δὲ ἔμετος χολωδῶν μόνος ἢ κάτω διαχώρησις μόνη· πολλάκις δὲ τῶν εἰρημένων τριῶν γίγνεται τὰ δύο καί ποτε πάλιν τὰ τρία. [124] τῶν γὰρ δύο τούτων ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπὶ τοῦ καύσου γίνεσθαι θάτερον, εἰ μέλλοι λυθήσεσθαι τελέως ἢ ἐκκριθῆναι τοὺς τελέως χολώδεις χυμοὺς ἢ σβεσθῆναι· διὸ καὶ παραλελεῖφθαι δόξει τὸ κυριώτατον ἴαμα τῶν καύσων ἡ τοῦ ψυχροῦ πόσις, ᾗ διὰ παντὸς ἡμεῖς ἐθεραπεύσαμεν τοὺς καύσους, οὐδενὸς ἀποθανόντος, ᾧ ψυχρὸν ὕδωρ ἐδώκαμεν ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ, περὶ οὗ κατὰ τὴν ἐξήγησιν τοῦ προτέρου μέρους τοῦδε τοῦ βιβλίου διῆλθον ἐπ᾽ ὀλίγον, ἐν ἄλλοις δὲ ὑπομνήμασί τε καὶ συγγράμμασιν ἐπὶ πλέον. ἴσως οὖν οἰήσεταί μέ τις λέγειν μηδένα τῶν καυσουμένων τεθνήξεσθαι, πιόντα ψυχρὸν ὕδωρ ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ· καίτοι οὐ τοῦτο αὐτὸς εἶπον, ἀλλ᾽ ὅτι πᾶσιν οἷς ἔδωκα παμπόλλοις οὖσιν ὡς μηδὲ μεμνῆσθαι τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, ἠκολούθησεν ὠφέλειά τε καὶ σω-

rismis dicitur, *causo laboranti si rigor successerit, oboritur solutio*, verissimum existit. Rigorem autem hunc de necessitate sequitur interdum quidem sudor solus, interdum vero et biliosorum vomitus solus, atque interdum dejectio sola, sed plerunque ex dictis tribus duo fiunt et rursum quandoque tria. Nam horum duorum necesse est alterum in causo fieri, si perfecte solvi debeat. Nam biliosi humores vel perfecti vacuabuntur vel extinguentur. Praetermissa itaque videbitur praecipua causorum sanatio, frigidae potus, quo causos nos perpetuo curavimus, nullo ex his moriente, cui frigidam propinavimus in tempore opportuno, cujus expositionem priore quidem libri hujus parte paucis percurrimus, at in caeteris tum commentariis tum operibus fusius. Sed forte quispiam me asserere putabit, nullum ex iis qui causo laborant moriturum, qui aquam tempestive biberit, quanquam id ipse non asserui, sed quod omnibus quibus propinavi, quum adeo multi extiterint, ut numeri non meminerim, succes-

τηρία. τοῦτο δ' οὐ ταὐτόν ἐστι τῷ πάντως τοὺς καυσουμένους, ἂν πίωσι ψυχρὸν ὕδωρ, σωθήσεσθαι· οὓς γὰρ ὀλεθρίως τε καὶ ἀσώστως ἔχοντας οὔτε δι' ἄλλου τινὸς οὔτε δι' ὕδατος σῶσαι δυνατόν ἐστιν, τούτοις οὐδ' ἐπεχείρησα δοῦναι. τὸ δ' ἐπὶ τῷ τέλει τῆς ῥήσεως εἰρημένον, καὶ πτύσεται παχέα ἢν μέλλῃ ὑγιὴς ἔσεσθαι, παραφυλακτέον ἐστί σοι κατ' ἐκείνους μόνους τοὺς καύσους, ὁπόσοι πεπονθότος τοῦ πνεύμονος γίγνονται.

ιγ'.

Καύσου γένος ἄλλο. ἡ κοιλίη ὑπάγουσα δίψης ἐστὶ μεστή. γλῶσσα τρηχεῖα, ξηρὴ, ἁλικώδης.

Τὸ τοῦ γένους ὄνομα τοὺς παλαιοὺς Ἕλληνας εὑρίσκω καὶ κατὰ τῶν ὁμωνύμως λεγομένων ἐνίοτε φέροντας, τῶν μὲν ἓν ἐχόντων τὸ σημαινόμενον, ἐκ δὲ τῆς κατ' αὐτὸ τομῆς εἰς διαφορὰς πλείους ἀφικνουμένων· ἐφ' ᾧ πολλάκις εἰώθαμεν λέγειν γενικὰς εἶναι διαφορὰς τοῦδε τοῦ πράγμα-

ſit auxilium et ſalus. Hoc autem idem non eſt, ut ſi diceres, cauſo laborantes omnino, ſi frigidam aquam biberint, ſervandos. Nam qui pernicioſe ac mortifere afficiuntur, eos neque per aliud quippiam, neque per aquam ſervari eſt poſſibile, quibus neque miniſtrare ſum conatus. Quod autem in fine dictionis narratur: *expuetque craſſa, ſi ſanus eſt futurus*, in his tantum cauſis obſervare debes, qui affecto pulmone oriuntur.

XIII.

Cauſi genus aliud. *Alvus ſubducitur, ſiti ſcatet, lingua aſpera, ſicca, ſalſa.*

Veteres Graecos reperio nomen generis interdum inter aequivoce dicta uſurpare, quae unum quidem habent ſignificatum, ſed ex ipſius diviſione ad plures deducuntur differentias. In quo ſaepe dicere conſuevimus genericas rei hujus differentias eſſe vel duas vel tres vel quatuor

τος δύο ἢ τρεῖς ἢ τέσσαρας ἢ ὅσας δυνατόν. ὄντων δὲ καὶ τῶν ὁμωνύμων διττῶν, τινῶν μὲν μηδ᾽ ὅλως ἀλλήλοις κοινωνούντων, ὡς ὅταν κύνα τὸν ἐπίπεδόν τε καὶ τὸν ἐνάλιον λέγωμεν· ἐνίων δὲ κοινωνούντων κατά τι τοῖς συνωνύμοις, ὅταν ἀφ᾽ ἑνὸς ἔχωσι τὴν προσηγορίαν γεγενημένην· ποῦ ποτ᾽ ἀναφέρωνται, προσεπισκεπτέον, ὡς εἴρηται, τὰ δύο γένη τῶν καύσων· γνωσθήσεται δ᾽ ἀκριβῶς τοῦτο τοῦ κατὰ τοὔνομα λόγου, τῆς οὐσίας ἑκατέρου δηλωθείσης. ἐπεὶ δ᾽ ὁ λόγος ὑπὸ τῆς ἐννοίας κρίνεται, σκεπτέον εἰ τὴν ἔννοιαν ἔχομεν τοῦ καύσου πυρετοῦ σύμφωνον οὕτως, ὥσπερ ἀνθρώπου καὶ βοὸς καὶ ἵππου· ἐκπίπτειν δὲ τοῦ λόγου μέλλοντος εἰς μῆκος μεῖζον ἢ καθ᾽ ὑπόμνημα, συνελεῖν αὐτὸν ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους, εἰς βραχὺ κεφάλαιον σπεύσομεν ἀρχὴν τῷ λόγῳ τήνδε ποιησάμενοι. τὸν καῦσον πυρετὸν εὑρίσκω τοὺς ἰατροὺς λέγοντας, ὅταν ἡ θερμασία διακαίῃ τὸν ἄνθρωπον, ἄπαυστόν τε τὸ δίψος ἔχῃ· καὶ εἴπερ οὕτως ἔχει τοῦτο, τὸν μὲν ἄνευ τοῦ διακαίειν τὸ σῶμα δίψαν παρηγορουμένην ἔχοντα καῦσον μὲν ἁπλῶς, ἀκριβῆ δὲ καὶ

vel quotquot esse possunt. Sed quum et homonyma duplicia sint, aliqua quidem nequaquam inter se communicantia, ut quum canem dicimus tum terrestrem tum marinum, alia vero, quae cum univocis aliquatenus communia existant, quum ab uno factam appellationem habuerint, quo tandem referantur considerandum, ut dictum est, duo causorum genera. Id vero exacte cognoscetur, si substantiae utriusque ratio, quae in appellatione est, ostensa fuerit. Sed quoniam a mentis conceptu ratio judicium accipit, perscrutandum, si mentis conceptum ardentis febris ita consonum habeamus, ut hominis, bovis et equi. At quum oratio commentario prolixior futura sit, ipsam, ut et caeteras, ad brevem contrahere summam conabimur, hoc exorsi modo. Febrem ardentem medicos reperio appellare, quum calor hominem exurat sitisque inexplebilis detineat. Quod si ita se habeat, causum eum, in quo corpus non uritur, sitisque levis est, causum quidem simpliciter, exquisitum autem legitimumque non di-

γνήσιον οὐκ ἐροῦμεν· ἐξ ἡμίσεος δ᾽ ὄντα τοιοῦτον οὐ χεῖρον ὀνομάσαι συντόμου διδασκαλίας ἕνεκα νόθον καῦσον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν τριταίων πυρετῶν εἰώθαμεν χρῆσθαι ταῖς προσηγορίαις. οὕτως ἀκουσόμεθα τοῦ δύο εἶναι γένη καύσων πυρετῶν, ὡς εἴ γε καὶ γένη τριταίων τις εἴποι δύο, [125] *τὸν μὲν ἀκριβῆ τε καὶ γνήσιον, ἕτερον δὲ νόθον, ᾧ τινὰ μὲν πάρεστι τῶν τούτου συμπτωμάτων, ἔνια δ᾽ οὔ. ὅτι δ᾽ ὁ δεύτερος καῦσος, ὑπὲρ οὗ νῦν πρόκειται λέγειν, οἷον ἐλλιπής τίς ἐστι καὶ οὐ τελέως διηκριβωμένος εἴσῃ σαφῶς προσέχων τὸν νοῦν τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ συγγραφέως εἰρημένοις συμπτώμασιν ὑπ᾽ αὐτοῦ γίνεσθαι. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν ἔφη, κοιλίη ὑπάγουσα, δίψης μεστὴ, γλῶσσα τρηχείη, ξηρὴ, ἁλικώδης, μὴ προσθεὶς ὃ προσέθηκεν ἐπὶ τοῦ προτέρου· ὁ γὰρ νόθος τῶν τοῦ γνησίου καύσου συμπτωμάτων τὸ μὲν ἕτερον ἔχει, τὸ δ᾽ ἕτερον οὐκ ἔχει. πάλιν ἐφεξῆς εἰπὼν τὴν γλῶτταν εἶναι τραχεῖαν καὶ ξηρὰν οὐ προσέθηκε τὸ μέλαιναν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ προτέρου, ἀλλὰ ἀντὶ τούτου τοῦ συμπτώματος εἶπεν ἁλικώδη. ὥσπερ γὰρ ὅταν ἡ γλῶττα*

cemus; pro dimidia autem parte quum talis ſit, conciſae doctrinae gratia cauſum nothum appellare non deterius fuerit, quemadmodum tertianis in febribus appellatione hujusmodi uti conſuevimus. Ita duo cauſorum febrium genera eſſe intelligemus, ut ſi tertianarum genera duo eſſe quispiam dixerit, unum exquiſitum legitimumque, alterum vero nothum, cui videlicet ex legitimi quidem ſymptomatis nonnulla inſunt, aliqua vero non. Quod autem ſecundus cauſus, de quo nunc docere inſtituimus, tanquam diminutus quidam ſit, atque non exacte abſolutus, certior fies, ſi mentem ad ea ſymptomata quae ab auctore ipſo in eo fieri dicuntur, converteris. Nam principio ait: *alvus ſubducta, ſiti ſcatens, lingua aſpera, ſicca, ſalſa,* non eo adjecto, quod in priore adjecit. Nothus ſi quidem cauſus ex legitimi ſymptomatis, alterum quidem habet, alterum non habet. Deinceps autem linguam aſperam eſſe inquiens et ſiccam, non adjecit nigram, ut in priore, ſed pro hoc ſymptomate ſalſam dixit. Nam

γένηται πικρὰ, τὴν ξανθὴν ἐνδείκνυται πλεονάζειν χολὴν, οὕτως ὅταν ἁλικὴ, τὸν ἁλικόν τε καὶ ἁλμυρὸν ὀνομαζόμενον χυμὸν, ὅστις ἕν τι τῶν τοῦ φλέγματός ἐστιν εἰδῶν, τριῶν ὄντων, ὡς ἔμαθες, ὀξέος, ἁλμυροῦ, γλυκέος· ὥσπερ οὖν ὁ πρότερος καῦσος ἐπὶ τῇ πικρᾷ χολῇ συνιστάμενος ἐκκρίσεις ὠχρὰς εἰργάζετο κατὰ διττὴν αἰτίαν, ὅτι τε λεπτὸς ἦν ὅτι τε κατ᾽ αὐτὸν ὁ διακαὴς πυρετὸς ηὔξάνετο, (91) προσεγγενομένης ἐν αὐτῷ τῆς ξανθῆς χολῆς, οὕτω γοῦν ὁ φλεγματώδης χυμὸς οὔτ᾽ εὔκριτος ὢν οὔτε αὐξάνει τοὺς πυρετοὺς οὔτε φλογώδη τὴν δίψαν ἔχει οὔτε ἐμπνευματοῦται. καὶ διὰ τοῦτο εἴρηκεν ἐπ᾽ αὐτοῦ, κοιλίη ὑπάγουσα, διαχωρεῖν αὐτὴν μόνην δηλώσας, ἐναντίον ὂν τῷ μὴ διαχωρεῖν· ὑπέρχεται μὲν γὰρ τούτοις ἡ γαστὴρ, οὐ μὴν κατὰ χυμοῦ τινος ἰδέαν, ἀλλ᾽ αὐτῶν τῶν προσφερομένων ἐν τροφῆς μοίρᾳ διαφθειρομένων. οὐ γὰρ ἐπὶ πομάτων οὗτοι διαιτῶνται, καθάπερ οἱ πλεῖστοι τῶν τὸν πρότερον καῦσον νοσούντων· ἐπειδὴ σύντομον ἐκεῖνοι τὴν ἔκκρισιν ἔχουσιν, ἐπὶ λεπτῷ καὶ ζέοντι χυμῷ συνιστάμενοι, βραδεῖαν δ᾽ οὗτος διὰ τὸ

quemadmodum quum lingua amarulenta redditur, flavam redundare bilem ostendit, ita quum salsa, salsum salsuginosumque appellatum humorem, qui unum quoddam existit ex tribus pituitae generibus, ut tibi innotuit, acido, dulci et salso. Ut igitur prior causus ex amara bile constans pallidas geminam ob causam parit excretiones, tum quod tenuis fuerit, tum quod febris urens augeatur, praenata in eo flava bile, sic pituitosus humor neque facile excernitur, neque febres auget, neque sitim ardentem habet, neque flatus movet, atque ob id de eo dixit, *alvus subducta*, excernere ipsam solum ostendens, quod ipsi *non excernere* adversatur. Subit si quidem his venter, non tamen secundum humoris cujusdam ideam, sed iis quae in alimentum ministrata sunt corruptis. Non enim hi potu victitant, ut quamplurimi eorum qui priore infestantur causo, quandoquidem ii citam habent excretionem, ex tenui et ferventi humore constituti, seram vero hi ob

ψυχρὸν καὶ γλίσχρον καὶ παχὺ τῆς τοῦ φλέγματος οὐσίας. οὔκουν ἐνδέχεται ποτῷ μόνῳ χρῆσθαι τοὺς οὕτως νοσοῦντας· τοῦτο γὰρ ἐμάθομεν ἐπὶ τῶν μελλόντων πέττεσθαι περὶ τὴν έ ἢ τὴν ζ' ἡμέραν, ἰσχυρᾶς οὔσης δηλονότι τῆς δυνάμεως· εἰ δ' εἰς τὴν θ' ἢ ιδ' ἢ κ' ἐμπίπτειν μέλλει τὸ νόσημα, χυλῷ πτισάνης ἐξ ἀρχῆς ἐπ' αὐτοῦ χρώμεθα.

ιδ'.

Οὔρων ἀπόληψις, ἀγρυπνίη, ἀκρωτήρια ἐψυγμένα.

Οὔρων ἀπόληψις. εἴωθε λέγεσθαι παρ' αὐτοῦ ὅταν ἢ οὐκ ἀξιολόγως, ἢ μηδ' ὅλως φέρηται· γίγνεται δὲ τοῦτο κατὰ τὸν προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ καῦσον, ἐπὶ τῷ πάχει τοῦ χυμοῦ. *ἀγρυπνίη.* τοῦτο κοινὸν ἀμφοτέρων τῶν καύσων καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τὸν πρότερον ἐμνημόνευσεν αὐτοῦ, καὶ γὰρ γίγνεται μᾶλλον ἐπ' ἐκείνου, διότι ἡ κεφαλὴ μᾶλλον ἐκπυροῦται. *ἀκρωτήρια ἐψυγμένα.* τοῦτο τὸ σύμπτωμα τοῦ

frigidam, glutinofam et craffam pituitae fubftantiam. Fieri ergo nequit ut qui ita laborant folo utantur potu. Id fiquidem didicimus in iis morbis qui in quinto aut feptimo die, valida nimirum exiftente facultate, coctionem funt recepturi. Verum fi morbus ad nonum vel decimumquartum vel vigefimum illapfurus fit, in eo per initia ptifanae cremore utimur.

XIV.

Urinae fuppreffio, vigilia, extrema refrigerata.

Urinarum fuppreffio. Dici id ab ipfo confuevit, aut quum non effatu digna aut nequaquam prorfus emittitur urina. Id autem accidit propter humoris craffitiem, propofito hac in oratione caufo. *Vigilia.* Caufo utrique hoc commune eft, atque ob id in priore mentionem hujus fecit; fit fiquidem in illo magis, quod caput accendatur magis. *Refrigerata extrema.* Symptoma hoc fecundi

δευτέρου ἐστὶ καύσου· οὐ δεῖ δὲ ἁπλῶς εἰρῆσθαι τὸν λόγον, ἀλλὰ μετὰ διορισμοῦ τινος· οὐ γὰρ ἀεὶ τοιοῦτός ἐστιν, ἀλλ' ὅταν κακοήθης ᾖ. κατὰ μὲν γὰρ τοὺς χολώδεις καὶ διακαεῖς πυρετοὺς, ἄχρι τῶν περάτων τοῦ σώματος ἐκτείνει τὴν θερμασίαν, κἂν μὴ κακοήθης ὁ καῦσος ᾖ, κατὰ δὲ τοὺς φλεγματικοὺς ἡ καπνώδης τῆς θερμασίας οὐσία, ὅταν ἐν τοῖς κατὰ γαστέρα χωρίοις ἢ τὸ ἧπαρ ἢ τὸν [126] πνεύμονα γένηται σῆψις ἁλικοῦ χυμοῦ, δι' ἐκείνην μὲν ἡ πυρώδης θερμασία γίγνεται· κακοηθευσαμένου δὲ τοῦ νοσήματος, ἀκρωτήρια ψύχεται διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως, καὶ τὸ μέγεθος τῆς φλεγμονῆς ἐφ' ἑαυτὴν ἑλκούσης πᾶν τὸ αἷμα· χωρὶς γὰρ τούτων οὐκ ἂν ὀλέθριον γένηταί ποτε τὸ νόσημα.

ιε'.

Τῷ τοιούτῳ ἢν μὴ αἷμα ἐκ ῥινὸς ῥυῇ, ἢ ἀπόστημα περὶ τὸν τράχηλον γένηται, ἢ σκελέων ἄλγημα, καὶ πτύσματα πάχεα πτύσῃ (ταῦτα δὲ ξυστάσης τῆς κοιλίης γίνεται)

est causi. Verum sermonem non simpliciter efferre convenit, sed cum definitione aliqua. Non enim perpetuo talis existit, at quum malignus fuerit. Nam in biliosis urentibusque febribus calorem ad extrema usque corporis extendit, etsi non malignus causus fuerit, at in pituitosis fumosa *est* caloris substantia, quum vel in ventris regionibus vel hepate vel pulmone salsus humor putruerit, ob quam quidem calor igneus redditur. Verum quum malignus evaserit morbus, refrigerantur extrema ob virium imbecillitatem phlegmonesque totum ad se sanguinem trahentis magnitudinem, nam absque his nunquam lethalis efficitur morbus.

XV.

Causus hic, nisi sanguis e naribus fluxerit aut circa collum abscessus aut crurum dolor oboriatur et aeger sputa crassa expuerit (haec autem suppressa alvo con-

ἢ ἰσχίων ὀδύνη, ἢ αἰδοίου πελίωμα, οὐ κρίνεται, καὶ ὄρχις ἐνταθεὶς, κριτικόν.

Ὅτι δ' ἀποστημάτων μᾶλλον ἢ ἐκκρίσεων οἱ ἐπὶ φλέγματι σηπομένῳ γινόμενοι πυρετοὶ τὴν λύσιν ἔχουσι πολλάκις δέδεικται· κατὰ δὲ τὸν προκείμενον καῦσον, οὐκ ἀποστημάτων μόνον ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ καὶ προσέθηκε καὶ αἱμοῤῥαγίαν, γινομένην ἐπ' ἐκείνων μᾶλλον τῶν καύσων, ἐφ' ὧν ἡ τοῦ πάθους σύστασις ἐν τῷ πνεύμονι γίγνεται· θερμαινομένη γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν ἡ κεφαλὴ πληροῦται τοῦ αἵματος, ἀποχεῖ τε τὸ πλεονάζον αὐτοῦ, ῥηγνυμένων ἢ ἀναστομουμένων τῶν φλεβῶν, διὰ δὲ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ περὶ τὸν τράχηλον ἀποστήματα καὶ παρωτίδες γίνονται τοῖς οὕτω πάσχουσιν. ὅσοις δὲ τοῦ πάθους ἡ σύστασις ἐν τοῖς κατὰ τὴν νῆστιν ἢ τὸ ἧπαρ ἐγένετο μέρεσι, κάτω μᾶλλον αἱ ἀποστάσεις τούτοις συμπίπτουσιν, ὥστε καὶ ἡ τῶν ἰσχίων ὀδύνη καὶ τὸ τοῦ αἰδοίου πελίωμα καὶ ἡ τοῦ ὄρχεως ἔντασις τοῖς οὕτω κάμνουσι μᾶλλον συμβαίνει. γίνεται δ' ἔντα-

tingunt) aut coxarum dolor aut pudendi livor, non judicatur. Testiculus quoque intensus judicatorius existit.

Quod solvantur per abscessus magis quam per excretiones quae ex pituita putrescente oriuntur febres, saepius demonstratum est. At in praesenti causo non abscessus modo commemoravit, verum etiam sanguinis profluvium adjecit, quod magis in iis fit causis, quorum affectionis sedes in pulmone existit. Nam in hujusmodi affectionibus caput incalescens sanguine repletur effunditque quod ex eo redundat, tum ruptis tum adapertis venis. Ob eandem causam circa cervicem abscessus fiunt et parotides, iis qui ita afficiuntur. Verum quibus affectionis sedes in partibus quae secundum jejunum aut hepar sunt, existit, deorsum magis his accidunt abscessus, quare et coxarum dolor et pudendi livor et testiculi distentio iis ita affectis accidit magis. Fit autem testis distentio, interdum quidem ab ea quae in eo fit inflammatione, in-

σις ὄρχεως ἐνίοτε μὲν ὑπὸ τῆς καθ' ἑαυτὸν φλεγμονῆς, ἐνίοτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἄνω φλεγμαινόντων ἑλκομένου. τὸ δὲ καὶ πτύσματα παχέα πτύειν ἐνίους αὐτῶν ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα πάθος ἐχόντων εἴρηται, πέψεως ἤδη γεγονυίας. εὔδηλον οὖν ἐκ τούτου τὸ συγκεχυμένον καὶ ἄτακτον καὶ ἀδιόριστον τῆς διδασκαλίας, ὅπερ ὑποτυπώσει μὲν ἕνεκα συγγραμμάτων γιγνομένη πρέπει, συγγράμματι δ' οὐδαμῶς ἐστιν οἰκεῖον· ἐπὶ γὰρ πολλοῖς μέρεσι πεπονθόσι γιγνομένων τοιούτων πυρετῶν ἐχρῆν ἐφεξῆς συμπτωμάτων γεγράφθαι τὸν κατάλογον καὶ μὴ ἀδιορίστως τε καὶ ἀτάκτως, ἀλλ' ἢ κατὰ τὸ οἰκεῖον προκείμενον νόσημα ποιεῖν. καὶ τὸ, κοιλίη ὑπάγουσα, κατὰ τὸν αὐτὸν εἴρηται τρόπον, οὐχ ὡς ἀεὶ τοῖς καύσοις ὑπάρχοντος τοῦ συμπτώματος, ἀλλ' ὡς ἐνίοτε, τοῖς γὰρ ἐν τῇ γαστρὶ τὴν εἰρημένην διάθεσιν ἔχουσι διαφθειρομένων τῶν σιτίων αἱ διαχωρήσεις ὑγραὶ, τοῖς δ' ἐν τῷ πνεύμονι ἔχουσι τῆς γαστρὸς ἀπαθοῦς ὑπαρχούσης οὐκ ἀνάγκη τὰ διαχωρούμενα τοιαῦτα εἶναι, τοὐναντίον γὰρ ἐνίοτε τοῖς οὕτω διακειμένοις συμβαίνει σκληρὰν καὶ δυσ-

terdum vero ab aliquo eorum quae ſuperius inflammantur attracti. Quod autem quidam eorum craſſa ſputa expuant, hoc dictum eſt de iis, qui affectum in pulmone habent, concoctione jam facta. Ex eo igitur liquet doctrinam confuſam eſſe, inordinatam et indefinitam, quod eam quae librorum gratia ſit, deſcriptionem decet, libro tamen nequaquam proprium eſt. Nam quum in multis partibus affectis tales fiant febres, deinceps ſymptomatum catalogum ſcripſiſſe oportebat et non inordinate indefiniteque, ſed ſecundum proprium et propoſitum morbum efficere. Et ſane in hunc dictum eſt modum, *alvus ſubducta*, non quod cauſis ſymptoma hoc perpetuo inſit, ſed ut interdum. Nam qui in ventre dictam habent affectionem, iis corrupto cibo dejectiones liquidae exiſtunt. Qui vero in pulmone habent, ventre haudquaquam affecto, iis dejectiones hujusmodi de neceſſitate non fiunt, interdum enim contrarium ita affectis accidit, ut dura ſit alvus diſ-

διαχώρητον εἶναι τὴν γαστέρα. καὶ μὴν δὴ καὶ οἷς κατὰ τὸ ἧπάρ ἐστιν ἡ οἷον ῥίζα τοῦ καύσου καὶ τοῖς διὰ τὸ ἧπαρ καυσουμένοις, ποτὲ μὲν ἔκκρισις ὑγρὰ, ποτὲ δὲ ξηρὰ τὰ διαχωρήματα αὐτῶν ἐκκρίνεται, οἷον τὰ καλούμενα σπυραθώδη, κατωπτημένων δηλονότι τῶν σκυβάλων ὑπὸ τῆς ἐν τῷ σπλάγχνῳ φλεγμονῆς. [127] ὅταν μὲν οὖν φλεγμαίνῃ μόνον, τοῦτο ἐργάζεται· ὅταν δὲ σὺν τῇ φλεγμονῇ ᾖ καὶ ἡ ἀτονία, ὑγρὰ διαχωροῦσι μὴ δυναμένου τοῦ σπλάγχνου πρὸς ἑαυτὸ τὴν τροφὴν ἕλκειν. διορίζεται δὲ τὰ τοιαῦτα διαχωρήματα τῶν ἀπὸ τῆς γαστρὸς πεπονθυίας γενομένων τῷ κεχυλῶσθαι.

ιστ΄.

Ῥοφήματα ἐπισπαστικὰ δίδου.

Ὃ πολλάκις εἴωθα λέγειν, ὡς ἀσαφὴς λέξις οὐδὲν διδάσκει, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ. τοῖς γὰρ διὰ φαυλότητα φλέγματος νοσοῦσι ποτὸν μὲν ὀξύμελι χρησιμώτατόν ἐστι, τροφὴ

ficulterque excernat. Praeterea et quibus in jecore cauſi ſubeſt radix et ob jecur cauſo laborantibus, excretio quidem interdum liquida eſt, interdum vero ſiccae eorum dejectiones excernuntur, veluti quae caprinae pilulae appellantur, exuſtis nimirum a viſceris phlegmone ſcybalis. Quum igitur *viſcus hujusmodi* ſolum phlegmone obſidetur, id efficit, verum ſi cum phlegmone fuerit et imbecillitas, liquida dejiciuntur, viſcere alimentum ad ſe trahere nequeunte. Sed dejectiones hujusmodi ab iis quae ventre affecto fiunt, chyloſitate diſtinguuntur.

XVI.

Sorbitiones dato attractorias.

Quod multoties dicere conſuevimus, quod obſcura lectio nihil doceat et id nunc dicam. Nam pituitae vitio laborantibus pro potu quidem acetum mulſum utiliſſimum

δὲ χυλὸς πτισάνης· ἀλλ᾿ ὅμως ἐγὼ, καίτοι γινώσκων ταῦτα καὶ παρ᾿ ἑτέρου μαθὼν οὐδενὸς, οὐκ ἔχω μαντεύεσθαι τίνα ποτὲ λέγει τὰ ἐπισπαστικὰ ῥοφήματα. τὸ γὰρ ὀξύμελι τμητικόν τε καὶ διαιρετικὸν καὶ ῥυπτικὸν ἐγχωρεῖ λέγειν, ἐπισπαστικὸν δ᾿ οὐδαμῶς, ὅτι γε οὐ δυνάμεθα δεῖξαι τὸ ἐπισπώμενον ὑπ᾿ αὐτοῦ· οὕτως οὐδὲ τὸν τῆς πτισάνης χυλὸν ἐπισπαστικὸν εἶναι φαίημεν. ἴσως οὖν ἐρεῖ τις κελεύειν αὐτὸν τὴν γαστέρα ὑπάγειν τοῖς ἐπισπαστικοῖς, τουτέστι τοῖς ἐπισπωμένοις τὸν παχὺν χυμὸν, ὁποῖός ἐστι καὶ ὁ τοῦ φλέγματος· ἀλλ᾿ οὐκ ἂν εἶπε ῥοφήματα· φαρμάκων γὰρ τὸ τοιοῦτον ἔργον, οὐ ῥοφημάτων ἐστὶν, ὥσπερ οὐδὲ πομάτων. πρόδηλον (92) οὖν γέγονεν, ὡς ἐν ταῖς ἀσαφέσι λέξεσιν οὐδὲν γινώσκομεν βέβαιον, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ταύτῃ τῇ λέξει ἐπιχειροῦμεν, οὐδὲν γὰρ ὡρισμένον οὐδὲ βέβαιον παρ᾿ αὐτῆς ἐστιν εὑρεῖν· ἀλλ᾿ οὐκ οἶδ᾿ ὅπως ἄνθρωποι, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ φανερῶς ἁμαρτάνουσιν, οὕτω καὶ τὸ χαίρειν τοῖς ἀσαφῶς εἰρημένοις· καίτοι πάντες ὥσπερ ἐξ ἑνὸς

eſt, pro alimento vero ptiſanae cremor. Ego attamen, quanquam haec noſcam, nec opus habeam ut ab alio diſcam, divinare non poſſum, quasnam dicat attractorias ſorbitiones. Oxymel ſiquidem et incidens et ſecernens ac detergens dici poteſt, attrahens tamen nullo pacto, quia ſane quod ab ipſo attrahatur demonſtrare non poſſumus. Sic neque ptiſanae cremorem attractorium eſſe aſſeremus. Sed forte aliquis dicet velle ipſum ventrem ſubducere attractoriis, hoc eſt craſſum humorem attrahentibus, cujusmodi eſt quod pituitam trahit. At vero ſorbitiones non dixiſſet. Nam hoc munus medicamentorum eſt, non ſorbitionum, ſicuti neque potuum. Innotuit ergo quo pacto in obſcuris dictionibus nihil certi habeamus, quapropter neque dictionem hanc defendere conabimur, quod nihil in ea certum finitumque reperiatur. Caeterum non mihi conſtat quomodo homines, ut in aliis multis manifeſte errent, ſic et in eo quod iis quae obſcure dicuntur, gaudeant, quanquam omnes uno quaſi ore perſpi-

στόματος τὴν μὲν σαφήνειαν ἀρετὴν εἶναι ἑρμηνείας λέγουσι, τὴν δὲ ἀσάφειαν κακίαν.

ιζ'.

Τὰ δὲ ὀξέα πάθεα φλεβοτομήσεις, ἢν ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νόσημα καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίῃ καὶ ῥώμη παρῇ αὐτέοισιν.

Οὗτος ὁ λόγος ἄξιός ἐστιν Ἱπποκράτους· θαυμάζω δὲ πῶς οὐκ ἔγραψεν αὐτὸν ἐν ἀφορισμοῖς· ἐν ὀλίγῃ γὰρ τῇ λέξει δύναμίς ἐστι μεγάλη, καθάπερ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς. περὶ γοῦν τῶν φλεβοτομίας χρῃζόντων εἴρηται πολλάκις τοῖς ἰατροῖς, ὧν τὰ δοκοῦντα πιθανώτατα περὶ φλεβοτομίας ἀσφαλῶς εἴρηται διὰ δυοῖν βιβλίων ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένων· τὸ μὲν οὖν ἕτερον αὐτῶν ἐπιγέγραπται περὶ φλεβοτομίας, ἐνῷ τὰ πάντα χρήσιμα διδάσκεται· τὸ δ' ἕτερον γέγραπται, [128] ὡς ἔφην, τοῖς ἰατροῖς τοῖς τε ἐμπειρικοῖς καὶ δογματικοῖς. οἱ δ' ἀμέθοδοι Θεσσάλειοι καθάπερ καὶ τἄλλα

cuitatem orationis virtutem esse, obscuritatem vero vitium proclamant.

XVII.

In acutis autem morbis venam secabis, si morbus vehemens appareat et qui aegrotant in aetatis vigore fuerint et virium robur ipsis adfuerit.

Hic sermo Hippocrate dignus est. Miror autem quomodo inter aphorismos eum non scripserit. In paucis enim verbis vis est magna, quemadmodum in aphorismis. De his ergo qui venae sectione indigent frequens apud medicos fuit sermo, quorum quae de phlebotomia maxime probabilia videntur, duobus a me scriptis secure sunt enarrata libris. At eorum alter de phlebotomia inscribitur, in quo utilia omnia docentur. Alter scriptus est, ut dixi, medicis tum empiricis tum dogmaticis. Verum citra methodum Thessalici, uti et caetera sine demonstra-

χωρὶς ἀποδείξεως ἁπλῶς λέγουσιν, οὕτω καὶ τὴν φλεβοτομίαν ἀπεφήναντο χαλαστικὸν εἶναι βοήθημα· τὸ χαλαστικὸν δ' αὐτὸ διαφόρως ἐξηγοῦνται, καθὼς δέδεικταί μοι διὰ τῶν ἐμῶν ὑπομνημάτων περὶ τῆς μεθοδικῆς αἱρέσεως ἐπισκεπτομένῳ. τῷ μὲν οὖν ἅπασαν ἀναλέξασθαι τὴν περὶ τῆς φλεβοτομίας ἱστορίαν βουλομένῳ πάρεστιν ἀναγινώσκειν τά θ' ἡμέτερα καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἰατρῶν βιβλία· νυνὶ δὲ αὐτὸ τὸ κεφάλαιον αὐτῆς ἄκουσον, εἰς ὀλίγους τέως ἀνηνεγμένον σκοπούς. φλεβοτομήσεις γὰρ πρῶτον, εἴ σοι φαίνοιτο μέγα τὸ νόσημα· φανερῶς ἀπὸ τοῦ νοουμένου πηλίκου τῷ βοηθήματι χρῆται διὰ τὰ ἰσχυρὰ πάθη· οὐ διαφέρει γε μὴν ἰσχυρὸν ἢ μέγα νόσημα φάναι. δεύτερος σκοπὸς τῆς φλεβοτομίας ἐστὶν, εἰ ἀκμάζει κατὰ τὴν ἡλικίαν ὁ κάμνων· οὔτε γὰρ παῖς οὔτε γέρων φέρουσι τὴν φλεβοτομίαν, οὐδ' ἂν μέγα νόσημα νοσῶσιν. ὁ δὲ δὴ τρίτος σκοπὸς εἴρηται τῷ συγγραφεῖ τῆς ζωτικῆς δυνάμεως ἡ ῥώμη· καὶ γὰρ καὶ τῶν ἀκμαζόντων ἐν ταῖς νόσοις οὐ διὰ παντὸς ἡ ῥώμη ἐμφαίνεται. ἴσως οὖν τινι δόξει τὰ δύο ἀρκεῖν μόνα σκοποὺς

tione ſimpliciter dicunt, ſic et venae ſectionem laxatorium cenſent eſſe remedium, chalaſticum vero ipſum diverſe explicant, ut a me per commentarios noſtros, cum de methodica ſecta ageremus, demonſtratum eſt. Qui autem omnem de venae ſectione hiſtoriam intelligere voluerit, legere tum noſtros tum reliquorum medicorum libros poteſt. Nunc vero ſummam ipſius in paucos tandem relatam ſcopos audi. Venam enim primum ſecabis, ſi magnus tibi videatur morbus. Manifeſte a perſpecta quantitate, tali utitur remedio propter vehementes affectus, neque refert ſi vel vehementem vel magnum morbum dixeris. Secundus phlebotomiae ſcopus eſt, ſi aeger aetate vigeat. Neque enim puer, neque ſenex phlebotomiam ferunt, etiamſi magno morbo laborent. Tertius ſane ſcopus a libri hujus auctore prolatus eſt, facultatis vitalis robur, neque enim in aetate vigentium morbis perpetuo robur apparet. Fortaſſis ergo aliquis duo haec

ὑποθέσθαι φλεβοτομίας, μέγεθος νοσήματος καὶ ῥώμην δυνάμεως· ὁ γάρτοι γέρων οὐ διὰ τὴν πολυετίαν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως οὐ φέρει τὴν φλεβοτομίαν. ἀλλ' οἵ γε παῖδες ἰσχυροὶ τὴν ζωτικὴν δύναμιν ὄντες, ὅμως οὐδ' αὐτοὶ τὴν φλεβοτομίαν ἀνέχονται· διαφορεῖται γὰρ αὐτῶν ἑτοίμως ἡ οὐσία, διά τε τὴν ὑγρότητα καὶ διὰ τὴν θερμότητα τῆς κράσεως· οὔκουν δέονται φλεβοτομίας, σύμφυτον ἔχοντες τὴν ἐκ τῆς κράσεως κένωσιν. διὰ ταῦτα γὰρ οὖν οὐκ ἀρκεῖ μέγεθος νοσήματος καὶ ῥώμην δυνάμεως σκοποὺς εἶναι φλεβοτομίας, ἀλλ' ἄμεινον εἶναι προστιθέναι καὶ τὴν τῶν ἀκμαζόντων ἡλικίαν. τό γε μὴν ἐν ἀρχῇ τῆς ῥήσεως ἄξιον ἐπισκέψασθαι, ὅπως εἴρηται, τὰ ὀξέα πάθεα φλεβοτομήσεις· τῶν δὲ χρονίων πῶς οὐκ ἐμνημόνευσεν. ἐπειδὴ περὶ τῶν ὀξέων αὐτῷ νῦν ἐστιν ἡ διδασκαλία καὶ διὰ τοῦτο περὶ τούτων μόνον ἐμνημόνευσε· δέονται γὰρ καὶ τῶν χρονίων πολλὰ φλεβοτομίας, ὅταν καὶ αὐτὰ τοῖς εἰρημένοις τρισὶν ὑπάγηται σκοποῖς. ὀρθῶς δὲ

ſola pro ſcopis phlebotomiae ſatis eſſe autumabit, magnitudinem morbi et virium robur. Non enim ſenex quod ipſe annoſus ſit per ſe, ſed propter virium imbecillitatem non fert ſanguinis detractionem. At certe pueri quanquam vitali facultate valent, tamen neque hi phlebotomiam ſuſtinent, prompte enim eorum ſubſtantia tum propter humiditatem, tum propter temperamenti caliditatem diſcutitur. Phlebotomia igitur non egent, qui inſitam habent a temperamento vacuationem. Ob haec profecto morbi magnitudinem et virium robur phlebotomiae ſcopos eſſe non ſatis eſt, ſed praeſtat et vigentium aetatem adjicere. Quod autem initio dictionis dictum eſt: *in acutis morbis ſanguinem detrahes*, id ut conſideretur dignum eſt. Quomodo diuturniorum morborum non meminit? Quoniam de acutis nunc ipſi doctrina eſt, atque ob id ſolos eos memoravit, nam et ex diuturnis multi ſanguinis egent detractione, quum et hi dictis tribus ſubjaceant ſcopis. Caeterum quum omnia haec recte dicta

πάντων τούτων εἰρημένων, οὐκ ὀρθῶς ὑποληπτέον κεκρίσθαι πρός τινων, ὧν ἐστι καὶ Μηνόδοτος ὁ ἐμπειρικὸς, ἐπὶ μόνη τῇ πληθωρικῇ καλουμένῃ συνδρομῇ φάσκων τετηρῆσθαι φλεβοτομίαν· ἡμεῖς δὲ καὶ μὴ παρούσης αὐτῆς φλεβοτομοῦμεν, ὅταν ὀδύνη σφοδρὰ καταλαμβάνῃ τὸν ἄνθρωπον ἐξαίφνης ἢ θλασθῇ τι μόριον ἢ ὀστοῦν ἐξωσθῇ κατὰ ἄρθρον ἢ ἄλλο τι ἄρθρον συναρθῇ· οὐ φλεβοτομοῦμεν δὲ ἀεὶ, καίτοι τῆς πληθωρικῆς συνδρομῆς γενομένης, διὰ δὲ τρίψεως καὶ λουτρῶν πλειόνων καὶ διαίτης ἐνδεοῦς, ἡμέραις δύο ἢ καὶ τρισὶν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἄγομεν. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐπὶ πλέον ἐν τῷ περὶ πλήθους καὶ ἐν τῷ περὶ φλεβοτομίας, ἔτι δὲ ἐν τῷ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλίῳ. ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα εἰς τὸ παρὸν, ὡς ἐν ὑπομνήματι, περὶ φλεβοτομίας εἰρῆσθαι· προσθήσω δὲ, ἕνεκα τοῦ μηδὲν λείπειν, τὸν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος σκοπὸν, ὅταν ᾖ θερμὸς ἱκανῶς καὶ ξηρὸς, ὡς διαφορεῖσθαι ταχέως ὑπὸ τούτου τὸ σῶμα· τηνικαῦτα γὰρ ἀφιστάμεθα τῆς φλεβοτομίας,

ſint, quosdam tamen non recte judicaſſe putandum eſt, quorum eſt Menodotus empiricus, in ſola plethorica appellata ſyndrome ſanguinis miſſionem obſervari aſſeverans. Nos autem et ea non exiſtente venam ſecamus, quum dolor vehemens hominem ſtatim prehenderit vel pars aliqua fracta fuerit vel os ex articulo luxatum ſit vel alius quidam articulus reductus ſit. At licet plethorica facta ſit ſyndrome, non tamen ſemper venam ſecamus, ſed et frictione et balneis multis et abſtinentia, quae tribus vel quatuor diebus fiat, ad ſtatum naturalem revocamus. Verum de his abunde tum in libro de plenitudine, tum in libro de venae ſectione pronunciatum eſt, praeterea et in libro methodi medendi. Ad praeſens ergo haec de ſanguinis detractione, veluti in commentario, dicta ſufficiant. Verum ut nihil deſit, adjiciam et eum qui ab ambiente nos aëre deſumitur ſcopum, quum fuerit abunde calidus et ſiccus, ita ut cito ab eo corpus diſcutiatur. Nam tunc a ſanguinis miſſione abſtinemus,

εἰ καὶ μέγα τὸ νόσημα καὶ ἀκμάζων ὁ ἄνθρωπος εἴη. τοῦτ' οὖν ὁ συγγραφεὺς τοῦ βιβλίου παρέλειψε μόνον, γράψας τὰ λοιπὰ καὶ τὴν ἕξιν αὐτοῦ πάσχοντος σώματος· ἀλλ' ἐπὶ προήκοντί γε τῷ γράμ- [129] ματι καὶ τῆς ἕξεως ἐμνημόνευσε, δυναμένης καὶ τὰς τῆς ἡλικίας διαφορὰς ἐν ἑαυτῇ περιλαβεῖν, ὡς δείξω.

ιή.

Ἢν μὲν οὖν σύναγχος ᾖ, ἐκλεικτοῖσιν ἀνακάθαιρε, ἢν τ' ἄλλο τι τῶν πλευριτικῶν· ἢν δὲ ἀσθενέστεροι φαίνωνται, ἢν καὶ πλέον τοῦ αἵματος ἀφέλῃς, κλυσμῷ κατὰ κοιλίην χρέεσθαι διὰ τρίτης ἡμέρας, ἕως ἂν ἐν ἀσφαλείῃ γένηται ὁ νοσέων ἢ καὶ λιμοῦ χρήζοι.

Ἡ συνάγχη τῶν κατὰ τὸν φάρυγγα μερῶν ἐστι φλεγμονὴ, δυναμένη μετὰ τὴν φλεβοτομίαν ἐκλεικτοῖς ἀνακαθαίρεσθαι, τουτέστιν αὐτὰ τὰ περιεχόμενα κατὰ τὰ φλεγμαίνοντα μόρια, κενοῦσθαι διὰ τῶν πτυσμάτων· τὸ γὰρ ἀκάθαρ-

etiamſi morbus magnus fuerit vigensque aetate homo. Id ergo libri auctor ſolum praetermiſit, reliquis ſcriptis, atque etiam patientis ipſius corporis habitum. Verum procedente oratione et mentionem habitus fecit, qui et aetatis differentias in ſe comprehendere poteſt, ut oſtendam.

XVIII.

At enim ſi angina aut ſi quis alius ex pleuriticis morbus fuerit, linctibus repurgato. At ſi imbecilliores appareant, ac ſi plus ſanguinis detraxeris, clyſmo alvino tertio quoque die utendum, donec in tuto aeger fuerit, aut etiam fame opus habeat.

Angina partium quae in faucibus ſitae ſunt phlegmone eſt, quae poſt venae ſectionem eclegmatis repurgari poteſt, hoc eſt, quae in partibus phlegmone obſeſſis continentur, per ſputa evacuari poſſunt. Nam corpus

τον σῶμα καὶ περιττωματικὸν, ἐκκενούμενον, εἰκότως ἄν τις καθαίρεσθαι λέγοι. τὰ δ' ἄλλα νοσήματα τὰ ὀξέα παραλείψας περὶ τοῦ πλευρίτου εἴρηκεν, ὡς κἀν τῷ πρώτῳ μέρει τοῦ βιβλίου πεποίηκεν· ἢν δὲ ἀσθενέστεροι, φησὶν, εἶναί σοι δοκῶσιν ἢ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ κατὰ τὴν φλεβοτομίαν ἀφαιρεθέντος αἵματος ἢ καὶ ἄλλως, ἀντὶ τοῦ καθαίρεσθαι κλυστῆρι χρῶ διὰ τρίτης ἡμέρας. χαλασθέντος γὰρ τοῦ σώματος ὑπὸ τῆς φλεβοτομίας, ὅσον ὑπολείπεται κατὰ ποιότητα μοχθηρὸν τῶν νοσαζόντων χυμῶν, τοῦτο διὰ τῶν κλυστήρων ἐκκενῶσαι βούλεται. πρόδηλον δέ ἐστιν ὅτι σκοπὸν ἔχει οὐ μόνον ὑπάγειν τὰ περιττώματα τῆς τροφῆς, ἀλλὰ καὶ τὸν πεπονθότα τόπον ἐκκαθαίρειν. τὸ δὲ προσκείμενον ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου, τὸ ἢ καὶ λιμοῦ χρήζοι, δῆλον τοῖς μεμνημένοις τῶν ἐν τῷ πρώτῳ μοι βιβλίῳ διδαχθέντων.

ιθ'.

Φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια μὴ πνευμάτων ἀπολήψει, φρενῶν ἐντάσιες ἢ πνευμάτων προτάσιες, ὀρθοπνοίης ξηρῆς, οἷσι

impurum excrementofumque, quod vacuatur, jure optimo expurgari aliquis pronunciabit. Caeteris autem acutis morbis omiffis, de pleuritide mentionem facit, quemadmodum et in prima libri parte fecit. *Si vero imbecilliores,* inquit, *tibi effe videbuntur vel propter fanguinis per venae fectionem ablati copiam vel etiam alias, purgationis vice clyfterem tertio quoque infunde die.* Nam laxato per fanguinis miffionem corpore, quod ex morbificis humoribus qualitate vitiofum fuperfluit, per clyfteres id evacuari jubet. Quod autem fcopus illi fit, non folum alimenti excrementa fubducere, verum et affectum locum expurgare, palam eft. Quod vero ad finem orationis additur: *et fame indigeat,* iis qui in primo libro a nobis demonftrata meminerunt, etiam manifeftum evadit.

XIX.

Tumentia hypochondria non fpirituum interceptione, fepti transverfi contenfiones aut fpirituum protenfiones, qui-

μὴ πῦον ὕπεισιν, ἀλλὰ ὑπὸ πνευμάτων ἀπολήψιος τὰ παθήματα ταῦτα ἐπιγίνεται· μάλιστα δὲ καὶ ἥπατος περιωδυνίαι (93) καὶ σπληνὸς βάρεα καὶ ἄλλαι φλεγμασίαι τε καὶ ὑπὲρ φρενῶν περιωδυνίαι τε καὶ ξυστροφαὶ νοσημάτων, οὐ δύνανται λύεσθαι, ἤν τις πρότερον ἐπιχειρέῃ φαρμακεύειν, ἀλλὰ φλεβοτομίη τῶν τοιῶνδε ἡγεμονικόν ἐστιν· ἔπειτα δὲ ἐπὶ κλυσμῶν, ἢν μὴ μέγα καὶ ἰσχυρὸν τὸ νόσημα ᾖ· εἰ δὲ μὴ καὶ ὕστερον φαρμακείης δεῖ. δέεται δὲ καὶ ἀσφαλείης καὶ μετριότητος μετὰ φλεβοτομίην φαρμακείη.

---

[130] *Κατάλογός ἐστι νοσημάτων φλεβοτομίας μὲν πρότερον, ἐπ' αὐτῆς δὲ καθάρσεως δεομένων, ὧν πρῶτον ἁπάντων γέγραπται φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια· οὐ κατὰ τὸ τοῦ Ἱπποκράτους ἔθος ἄκουε τῆς φλεγμαίνοντα φωνῆς. καὶ γὰρ πάντα τὰ φλογώδη καὶ θερμὰ δηλοῦνται τῶν νοσημάτων, ἐρυσιπέλατα, ἕρπητες, ἄνθρακες, αὐταὶ αἱ ἰδίως ὀνομα-*

bus orthopnoea ſicca vexatis pus non ſubeſt, ſed a ſpirituum interceptione hae affectiones ſuccedunt. Potiſſimum vero et vehementes jecoris dolores et lienis gravitates atque aliae inflammationes et ſupra ſeptum tranſverſum dolores morborumque collectiones ſolvi nequeunt, ſi quis prius medicamentis purgare aggreſſus fuerit, verum in his venae ſectio princeps remedium eſt, deinde vero clyſteres, niſi vehemens et magnus fuerit morbus, ſin minus, etiam poſtea medicamento purgante opus eſt. Sed et poſt venae ſectionem purgans medicamentum ſecuritate ac moderatione indiget.

Catalogus eſt morborum prius quidem venae ſectione, deinde ipſa purgatione indigentium, quorum omnium primus ſcriptus eſt, *intumentia hypochondria.* Vocem *φλεγμαίνοντα* ex Hippocratis conſuetudine non audias, etenim inflammati morbi omnes et calidi *hac voce* ſignificantur, eryſipelata, herpetes, carbunculi et quae proprie phleg-

ζόμεναι φλεγμοναί· ἅπαντες δὲ οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν καθ' ἑνὸς εἴδους τῶν φλεγμαινόντων σωμάτων ἐπιφέρουσι τὸ πάλαι ἁπάντων κοινὸν ὄνομα καὶ καλοῦσιν οὕτως μόνον ἐκεῖνον τὸν ὄγκον, ὃς ἀντίτυπός τε καὶ ὀδυνηρὸς ᾖ μετὰ θερμασίας πολλῆς. ὄντων δὲ καὶ ἄλλων ὄγκων παρὰ φύσιν, οἷον τοῦ τε σκίῤῥου καὶ τοῦ καλουμένου παρὰ τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς οἰδήματος (ἦν γὰρ καὶ τοῦτο πάλαι κοινὸν ὄνομα πάντων τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων, ἔτι δὲ καὶ τῆς ἐμπνευματώσεως) εἴρηται μὲν ἡμῖν ἑτέρωθι δι' ἑνὸς βιβλίου περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων· ἐν δὲ τῷ νῦν ἐνεστῶτι λόγῳ καθάπερ τὰ ἄλλα, διὰ κεφαλαίων καὶ τοῦτο εἴρηται. σκίῤῥος μὲν ὁ ἀντίτυπος ὄγκος καὶ ἀνώδυνος, ἡ δὲ πνευμάτωσις γίνεται διττῶς, ἤτοι κατά τινας αἰσθητὰς κοιλότητας ἀθροιζομένου πνεύματος φυσώδους ἢ λόγῳ θεωρητάς· ἐνίοτε γοῦν τινες ὄγκους παρὰ φύσιν ἐν μυσὶν ἔτεμον, ὡς ἐν βάθει πῦον εὑρήσοντες, εἶθ' εὗρον οὐδὲν ἄλλο πλὴν πνεύματος ἐν ἁπάσῃ τῇ σαρκὶ κατὰ μικρὰ παρεσπαρμένου. καὶ μέντοι καὶ θρόμβους ἐνίοτε μόνους οἱ

ἡμέραν, ἐν ᾗ γνῶναι κελεύει τὴν αἰτίαν τοῦ νοσήματος· τὸ γὰρ ἐξ ὅτου καὶ ὅτε τὸ τί ποτ᾽ ἐστὶ τὸ νόσημα δηλοῖ. πυνθάνεσθαι δὲ κελεύει πρῶτον μὲν τὴν κεφαλὴν ὅπως ἔχει, ἔπειτα ὑποχόνδρια καὶ πλευράς. ὑποχόνδριον μὲν εἴ τις ἐστὶν ὀδύνη ἢ ἐξήρτηται ἤ τινα ἔχει σκολιό- [150] *τητα, τουτέστιν ἀνωμαλίαν· ὅπερ ἐν τῷ προγνωστικῷ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν ἔγραψεν, εἰ ἀνωμάλως διακείμενον τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερά. ἢ εἰ κόρον ἔχει, φησὶ, τοῦτο δέ μοι δοκεῖ τὴν πλήρωσιν τῶν σιτίων εἶναι. ἐρωτᾷν δὲ ἀξιοῖ καὶ τὰ ἄλλα περὶ τὴν ἑξῆς λέξιν· κἄπειτα κελεύει, τῶν μὲν ὑποχονδρίων πεπονθότων λύειν τὴν κοιλίαν κλυσμοῖς, πίνειν δὲ μελίκρατον θερμὸν ἀφηψημένον. ἀδιορίστως δὲ ταῦτ᾽ εἰπὼν ἐφεξῆς γράφει· καταμανθάνειν δὲ χρὴ καὶ τὰ ἐν ταῖς ἐξαναστάσεσιν, εἰ λειποθυμεῖ καὶ ἢν τοῦ πνεύματος, φησὶν, εὐφορίη αὐτὸν ἔχει· τοῦτο δ᾽ ἀντίκειται τῷ λειποθυμοῦντι. ὁρᾷν δ᾽ ἀξιοῖ καὶ τὸ διαχώρημα, πότερον μέλαν ἐστὶν ἢ καθαρὸν καὶ ἄμεμπτον, ὁποῖον τῶν ὑγιαινόντων, ὥσπερ καὶ εἰ ὁ πυρετὸς εἰς τὴν τρίτην ἡμέραν ἐπιπαροξύ-*

morbi caufam cognofci jubet, nam *unde et quando* quisnam fit morbus indicat. Interrogari autem praecipit in primis quidem quo modo habeat caput, mox hypochondria et latera. Hypochondrium quidem, fi quis dolor fit, aut tollatur, aut quandam habeat obliquitatem, hoc eft inaequalitatem, quod in prognoftico his verbis fcripfit: *fi inaequaliter affecta dextra ac finiftra parte. Vel fi fatietatem habeant*, inquit, quod ciborum repletionem effe arbitror. Interrogari quoque et alia, quae in dictione fequenti habentur, jubet. Deinde hypochondriis ita affectis, folvere alvum clyfteribus imperat mulfamque bibere calidam et coctam. Sed indiftincte haec loquutus deinceps fcribit: *Sed et perdifcendum, fi quum exurgit, defectu animi corripiatur, et fi*, inquit, *ipfe facilem fpiritum ducat*, quod defectu animi correpto opponitur. Infpiciendam praeterea jubet dejectionem, utrum nigra fit, aut fincera et inculpata, qualis fanorum eft, quemadmodum et fi febris tertio exacerbetur die. His ita fe habentibus, fi

νεται. τούτων οὕτως ἐχόντων ἐὰν ἡ δ' τῇ γ' παραπλήσιον ἔχῃ τι κατὰ τὸν παροξυσμὸν, κινδυνώδη δηλονότι ταύτην φησί. τὸ γὰρ καὶ τὴν δ' ἡμέραν ἐπίδηλον οὖσαν τῆς ζ' νεωτερίσαι τι τῶν χαλεπῶν ἐστι σημείων· ὁ δὲ νεωτερισμὸς δῆλος. εἰ γὰρ τῇ α' τῶν ἡμερῶν καὶ τῇ γ' παροξυσμὸς ἐγένετο, τῇ β' δὲ οὐκ ἐγένετο, προσῆκον ἦν τὴν ε'. ἔχειν παροξυσμὸν, τὴν δὲ δ' μὴ ἔχειν· ἔχουσα τοίνυν καὶ αὕτη κακοῦ τινος ἑτέρου γένεσιν ἐνδείκνυται. εἰ δὲ καὶ μέλανα διαχωρήσειε, θάνατον ἔσεσθαι δηλοῖ. μέμνησο δὴ τούτου παραλιπὼν τὰ πολλὰ τῶν εἰρημένων. εἰ γὰρ τῇ α' τῶν ἡμερῶν ἡ γ' τὸν ἀνάλογον ἤνεγκε παροξυσμὸν, νεώτερον μὲν, εἰ καὶ ἡ δ' παρώξυνεν· εἰ δὲ καὶ μέλανα διεχώρησεν, ὀλέθριόν ἐστι τὸ σημεῖον· ἐὰν δὲ πάλιν ὅμοια τοῖς ὑγιαίνουσιν ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας διαχωρῇ, σωτηρίαν ἔλπιζε τοῦ κάμνοντος ἔσεσθαι.

να'.

Ὁκόταν δὲ μὴ ὑπακούῃ τῇ βαλάνῳ, ἐνῇ δὲ τοῦ πνεύματος

quartus dies tertio quicquam ſimile in acceſſione habuerit, periculoſum eum eſſe aſſeverat, nam quartum diem, qui ſeptimi index eſt, rem novam edere ex periculoſis eſt ſignis. Rei autem novae editio manifeſta. Nam ſi primo die et tertio acceſſio fiat et ſecundo facta haudquaquam fuerit, quod quintus acceſſionem habiturus ſit par eſt et non quartus, quapropter ſi quartus habuerit, mali cujuspiam alterius generationem demonſtrat. Si autem et nigra dejecerit, mortem indicat fore. Tu autem multa ex dictis praetermittens memoriam rei hujus habe. Nam ſi primo et tertio die conſentaneam attulerit acceſſionem febris, recentius quidem ſi et quartus paroxyſmum fecerit, ſed ſi et *aeger* nigra dejecerit, ſignum eſt lethiferum. Quod ſi rurſum diebus omnibus ſanis ſimilia dejecerit, ſalutem aegro futuram ſpera.

LI.

Quum autem alvus glandi ſubditae non ceſſerit et facilis

εὐφορίη, διαναστὰς ἐπὶ τὸν θρόνον ἢ αὐτοῦ ἐν τῇ κλίνῃ ἢν ἀψυχίη ἐνῇ· ταῦτα δὲ ὁκόταν προσῇ τῷ κάμνοντι ἢ τῇ καμνούσῃ κατ᾽ ἀρχὰς, παραφροσύνην προσδέχου ἐσομένην.

Συγκέχυται τῆς ῥήσεως ταύτης ἡ διάνοια. τὸ γὰρ ὅταν βάλανος μηδὲν ἀνύῃ, δοκῇ δ᾽ εὐφόρως ἔχειν ὁ κάμνων, εἴ γε κἂν ταῖς διαναστάσεσι λειποψυχεῖ, παραφροσύνην προσδέχεσθαι, κακῶς εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, μήτε τῆς ἐμπειρίας μαρτυρούσης αὐτῷ μήτε τοῦ λογισμοῦ. γένοιτο γὰρ ἄν ποτε καὶ τοιοῦτόν τι· αἱ δὲ προγνώσεις εἰσὶν οὐ τῶν σπανίως γιγνομένων, ἀλλὰ τῶν διὰ παντὸς ἢ ὡς τὸ πολύ.

νβ'.

Προσέχειν δὲ χρὴ καὶ τῇσι χερσίν· ἢν γὰρ τρομεραὶ ἔωσι, προσδέχου τῷ τοιῷδε ἀπόσταξιν αἵματος διὰ ῥινῶν ἐσομένην.

ſpiratio affuerit ſurgensque aeger ad ſedem aut in ipſius lecto animi defectu corripiatur, quum haec aegro aut aegrae inter initia affuerint, delirium affore expecta.

Confuſa eſt hujus textus intelligentia. Nam ubi glans nihil profecerit videaturque aeger facile ferre, ſi utique et quum exurgit, defectu animi corripiatur, delirium expectandum, male dictum eſſe mihi videtur, quum rei huic neque experientia, neque ratio patrocinentur, quanquam tale quicquam aliquando fiat. Praenotiones tamen non eorum ſunt, quae raro accidunt, ſed eorum, quae ſemper aut magna ex parte.

LII.

Mens vero manibus quoque adhibenda eſt. Nam ſi tremulae fuerint, huic ſanguinis e naribus deſtillationem futuram expecta.

---

[151] *Καὶ οὗτος ὁ λόγος οὐ τὸ διηνεκὲς, οὐδ' ὡς τὸ πολύ τι γιγνόμενον, ἀλλὰ τὸ σπάνιον διδάσκει.*

νγ'.

Ὁρῆν δὲ χρὴ αὐτοὺς τοὺς μυκτῆρας, ἢν ὁμοίως τὸ πνεῦμα δι' ἀμφοτέρων ἕλκηται· καὶ ἢν πολὺ φέρηται ἐκ τῶν μυκτήρων, φιλέει γίνεσθαι σπασμός· ἢν δὲ σπασμὸς γένηται, τῷ τοιῷδε θάνατος προσδόκιμος καὶ καλῶς ἔχει προλέγειν.

Οὐσῶν τῶν χειρῶν τρομωδῶν, οὕτω γὰρ προσῆκον εἰπεῖν, εἰ τὸ πνεῦμα πολὺ φέρεται δι' ἀμφοτέρων τῶν μυκτήρων, σπασμὸν ἐπιγίνεσθαί φησιν· εἴωθε δ' οὕτω καλεῖν τὴν σπασμώδη διάθεσιν, γινομένην κατὰ τῶν τὰ πτερύγια τῆς ῥινὸς κινούντων μυῶν.

νδ'.

Ἢν δὲ ἐν πυρετῷ χειμερινῷ ἡ γλῶσσα τραχείη γένηται καὶ

Hic quoque ſermo neque quod continuum ſit, neque quod plerumque, ſed quod raro accidat, docet.

LIII.

Inſpicere vero ipſas quoque nares oportet, an per utrasque ſpiritus aequaliter trahatur, et ſi multus e naribus feratur, convulſio fieri aſſolet, ſi vero convulſio fiat, huic mors expectanda eſt, quam praedicere pulchrum fuerit.

Quum tremulae ſunt manus, nam ita dicere conſentaneum eſt, ſi ſpiritus multus per utrasque nares feratur, convulſionem ſupervenire ait. Conſuevit autem ita appellare convulſivam affectionem, quae in muſculis naris pinnas moventibus fit.

LIV.

At ſi in febre hiberna lingua aſpera fiat adſintque animi

ἀψυχίαι ἐνέωσι, φιλέει τῷ τοιῷδε καὶ ἐπάνεσις εἶναι τοῦ πυρετοῦ· ἀλλ' ὅμως τὸν τοιόνδε παραφυλάσσειν τῇ λιμοκτονίῃ καὶ ὑδατοποσίῃ καὶ μελικρήτου πόσει καὶ χυλοῖσι παραφυλάσσειν· μηδὲ πιστεύων τῇ ἀνέσει τῶν πυρετῶν, ὡς οἱ τὰ τοιάδε ἔχοντες σημεῖα ἐπικίνδυνοί εἰσι θνήσκειν. ὁκόταν δὲ ταῦτα συνειδῇς, οὕτω προλέγειν, ἢν σοι ἀρέσκῃ, θεωρήσας εὖ μάλα.

Χειμερινὸν πυρετὸν ἔνιοι μὲν ἁπλῶς ἀκούουσι τὸν ἐν χειμῶνι γινόμενον, ἔνιοι δὲ τὸν οἰκεῖον φύσει χειμῶνι, εἴη δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ἐπὶ φλέγματι, καθάπερ ὁ θερινὸς ἐπὶ χολῇ. ἐὰν οὖν, φησιν, ἐπὶ τῷ τοιῷδε πυρετῷ γλῶσσα γένηται τραχεῖα καὶ λειποθυμίαι, συγγινώσκειν αὐτὸν ὄντα κινδυνώδη καὶ διὰ τοῦτο μὴ πιστεύειν ταῖς ἐπανέσεσι τῶν πυρετῶν, ὅταν μετὰ συμπτωμάτων ἢ σημείων μοχθηρῶν γίγνωνται, καθάπερ νῦν ἅμα τῇ λειποθυμίᾳ τε καὶ τῇ τῆς γλώττης τραχύτητι. μὴ τοίνυν, φησὶν, ἀμελῶς διαίτα τοὺς κάμνοντας, ἀλλ' ὕδωρ τε καὶ μελίκρατον καὶ χυλὸν (103)

deliquia, huic remiſſio febris contingere conſuevit. Verumtamen eum ſumma inedia curare oportet et aquae ac mulſae potione ptiſanaeque cremore. Neque febris remiſſioni fidendum eſt, quod hujusmodi ſigna habentes in mortis periculis verſentur. Quum autem haec cognoveris optimeque contemplatus fueris, ita fore, ſi lubeat tibi, praedicendum.

Nonnulli febrem hibernam ſimpliciter intelligunt eam quae hieme fit, alii eam quae hiemi peculiaris ſit. Ea autem ex pituita eſt, veluti aeſtiva ex ipſa bile. Si ergo, inquit, in hujusmodi febre lingua aſpera fuerit, atque animi defectus, eam periculoſam eſſe eſt fatendum, ob idque febrium remiſſioni fidendum non eſt, ſi cum pravis ſiant tum ſymptomatis tum ſignis, veluti nunc cum animi defectu et linguae aſperitate. Non negligenter itaque ait regendos aegros, aquamque et mulſam et

πτισάνης ῥοφεῖν δίδου. δόξει δὲ ταῦτα μάχεσθαι τῷ χρῆναι λιμοκτονεῖν· ἡ γὰρ λιμοκτονία μάλιστα μὲν ἀσιτίαν παντελῆ σημαίνει· εἰ δ' οὔ, ἀλλὰ τήν γε ἐπὶ τοῖς πόμασι μόνοις δίαιταν· οὕτως δὲ καὶ μελίκρατον καὶ χυλὸν πτισάνης συνεχώρησε δίδοσθαι. δοκεῖ δέ μοι διὰ τοῦτο λιμοκτονεῖν λέγειν αὐτοὺς, ὅτι χρονίζουσι τὰς ἐπανέσεις τῶν πυρετῶν ἴσχοντες εὐφορωτάτας, ὡς ἐξαπατηθέντας τινὰς τροφὴν ἰσχυροτέραν δοῦναι καὶ μάλιστα διὰ τὴν λειποθυμίαν· ὡς πρὸς τοιαύτην οὖν δίαιταν ἡ διὰ τοῦ μελικράτου τε καὶ τοῦ χυλοῦ γιγνομένη ἐν πολλαῖς ἡμέραις εἴρηται ὀρθῶς λιμοκτονία.

νέ.

[152] Ὁκόταν δ' ἐν πυρετοῖσι φοβερόν τι γένηται πεμπταίοισιν ἐοῦσιν, ἢ κοιλίη τε ἐξαίφνης ὑγρὰ διαχωρήσει καὶ ἀψυχίη γένηται ἢ ἀφωνίη ἐπιλάβῃ ἢ σπασμώδης γένηται ἢ λυγμώδης, ἐπὶ τούτοισιν καὶ ἀσώδης φιλέει γί-

ptiſanae cremorem exhibendum. Sed ſane haec pugnare videntur adverſus id quod ſumma inedia eos macerandos eſſe dixerit. Nam ſumma inedia maxime quidem abſtinentiam integram ſignificat, aut ſi non, ſaltem eam quae in potibus ſolis fit, victus rationem. Sic ſane et mulſam et ptiſanae cremorem dare permiſit. Videtur ergo mihi eos ob id fame integra macerandos dicere, quod qui remiſſiones hujusmodi quietiſſimas habent, longo ita tempore in his morentur protrahantque, ut falſi circumventique nonnulli validiorem miniſtraverint alimoniam et potiſſimum ob animi defectionem. Quo fit ut ad hunc victum, qui per mulſam atque ptiſanae cremorem multis fit diebus, is recte dictus ſit limoctonia, *quod integra inedia eſt.*

LV.

Quum autem in febribus quinto die quid terrificum contigerit, aut alvus repente liquida dejecerit et animi defectus inciderit, aut vocis ſuppreſſio prehenderit, aut convulſio vel ſingultus contigerit, ex his jactari aeger

νέσθαι καὶ περὶ ὑπορίνιον καὶ μέτωπον ἱδρῶτες καὶ αὐχένα ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς· οἱ δὲ ταῦτα πάσχοντες θνήσκουσι πνευματωθέντες οὐκ ἐς μακράν.

Τῶν ἐκ τηρήσεως ἐμπειρικῶς γεγραμμένων τοῖς ἰατροῖς ἔνια τοιαῦτά ἐστι, τουτέστιν ἐκ τῶν ὀφθέντων ἅπαξ ἢ δὶς, ἀπόφασιν ἔχει καθόλου τρόπου, ὡς πλειστάκις ἐπὶ τῶν αὐτῶν καὶ ὡσαύτως δυνάμενα θεωρηθῆναι. τοιοῦτον δέ τι καὶ τοῦτό ἐστι τὸ νῦν λεγόμενον· ἑορακὼς γὰρ ἔγραψε ταῦτα πεμπταῖόν τινα, διαχωρήσαντά μέν τινα ὑγρὰ διαχωρήματα, λειποψυχήσαντα δὲ καὶ ἄφωνον γενόμενον, ἕτερον δὲ σπασμώδη καὶ μετὰ τοῦτο ἤτοι γε ἀμφοτέρους ἢ τὸν ἕτερον ἀσώδη καὶ τὰ περὶ τὸ πρόσωπόν τε καὶ τὸν αὐχένα ἐφιδρώσαντας, εἶτα ἀποθανόντας ἔγραψεν, ὡς οἴεται, συνδρομὴν σημείων ἐμπειρικῶν. ἔστι δ᾽ αὐτὰ δυνάμενα καὶ στομαχικῆς προηγεῖσθαι συγκοπῆς· δυνάμενα δὲ καὶ διὰ πλῆθος γίνεσθαι θλιβομένης τῆς δυνάμεως ἢ καὶ ἄλλως ἀῤῥωστούσης. ἕκαστον γάρ τοι τῶν εἰρημένων καθ᾽ ἑαυτὸ μο-

consuevit et sudores sub naso et circa frontem ac cervicem posteriore capitis parte suboriri. At qui his afficiuntur, suspiriosi non multo post intereunt.

Ex iis quae per observationem empirice a medicis scripta sunt, quaedam talia existunt, ut ex semel aut bis conspectis modi universalis annotationem habeant, tanquam saepenumero in eisdem et similiter considerari possint. Tale autem quippiam et id est, quod nunc dicitur. Nam contemplatus haec dixit aegrum quinto quodam die liquida quaedam dejecisse atque animi defectu prehensum voceque captum, alium vero convulsum et postea vel ambos vel alterum fastidio jactatum partesque tum faciei tum colli sudasse, deinde obiisse, scripsit, quod signorum Empiricorum concursum existimaret. Sed sane haec possunt et stomachicam praecedere syncopen, fierique valent et propter copiam, oppressa facultate, vel alio debilitata modo. Unumquodque siquidem eorum quae dicta sunt

χθηρόν ἐστι, μήτοι γε συνελθόντα πάντα. τὸ γὰρ ἐπὶ ταῖς ἐξαίφνης διαχωρήσεσι λειποθυμεῖν ἐπικίνδυνόν ἐστιν, ὥσπερ καὶ τὸ ἄφωνον γενέσθαι καὶ ἀσώδη· οὐκ ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ περὶ τὸ πρόσωπόν τε καὶ τὴν κεφαλὴν ἱδροῦν μόνα. καθάπερ οὖν ταῦτα πολλὰ καὶ μοχθηρὰ συμπτώματά ἐστιν, οὕτω καὶ τἄλλα τὰ ἐν τῷ προγνωστικῷ γεγραμμένα καὶ δύναταί τις ἐπιπλέκων αὐτὰ ἀλλήλοις δοκεῖν τι διδάσκειν νεώτερον· ἐὰν δέ που καὶ λέξιν ἀσαφῆ μίξῃ τῷ λόγῳ, καθάπερ αἴνιγμα, τοῖς μὲν πολλοῖς κᾀκ τούτου σοφώτερος εἶναι δόξει, θαυμάζουσι γὰρ ἃ μὴ νοοῦσιν· ἀνθρώπῳ δὲ ἐγνωκότι διακρίνειν ἀπὸ τῆς παθογνωμονικῆς συνδρομῆς τὰ ἐπιγινόμενα, φωραθήσεται ποικίλος μὲν, ἄχρηστος δὲ ὁ λόγος. ἡ μὲν γὰρ παθογνωμονικὴ συνδρομὴ τὸ τοῦ νοσήματος εἶδος ἐνδείκνυται, τὰ δ' ἐπιγινόμενα συμπτώματα τὴν ἐπιείκειάν τε καὶ κακοήθειαν αὐτοῦ. καὶ χρὴ μαθόντα περὶ τούτων τῶν συμπτωμάτων ἑκάστου τὴν δύναμιν ἐκλογίζεσθαί τε καὶ παραβάλλειν ἀλλήλοις τὰ φανέντα· κᾂν μὲν ἰσχυρότερά τε καὶ πλείω φαίνηται τῶν ἀγαθῶν τὰ μοχθηρὰ,

per se malum eſt, nedum ſi omnia convenerint. Nam ex repentinis dejectionibus deficere animum periculoſum eſt, ut et mutum fieri et faſtidiis jactatum eſſe, partibus vero tum faciei tum capitis duntaxat ſudare non bonum. Quo igitur modo haec tum multa tum prava ſymptomata exiſtunt, ſic et alia quae in prognoſtico ſcripta ſunt. Poteſtque aliquis haec inter ſe connectens, videri novum quid docere. Quod ſi et dictionem obſcuram veluti aenigma ſermoni miſcuerit, jam plebejis et ex ea ſapientior eſſe videbitur. Admirantur ſiquidem, quae non intelligunt. Viro autem qui ſupervenientia ſymptomata a pathognomonicorum concurſu diſtinguere novit, ſermo is varius quidem deprehendetur, ſed inutilis, nam pathognomonica ſyndrome morbi ſpeciem demonſtrat, ſupervenientia vero ſymptomata, manſuetudinem ipſius et malignitatem. Eumque qui ſingulorum horum ſymptomatum vires didicit, quae apparent, tum aeſtimare tum inter ſe compa-

γινώσκειν ἐν κινδύνῳ τὸν ἄνθρωπον ὑπάρχειν· εἰ δὲ τὰ ἀγαθὰ τῶν φαύλων ἰσχυρότερά τε εἴη καὶ πλείω, καλὴν προσδοκίαν ἔχειν ἐπὶ τῷ κάμνοντι. τοῦτο δέ σε καὶ αὐτὸς Ἱπποκράτης ἀξιοῖ πράττειν· ἐν γοῦν τῷ προγνωστικῷ πάντων τῶν συμπτωμάτων καὶ τῶν σημείων ἑκάστου καταμόνας ἐδίδαξε τὴν δύναμιν, ἐπὶ τῇ τελευτῇ δὲ τούτου τοῦ συγγράμματός φησι· χρὴ δὲ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς προλέγειν τούς τε περιεσομένους καὶ τοὺς ἀποθανουμένους, οἷς τε ἂν μέλλοι πλέονας ἡμέρας παραμένειν τὸ νόσημα καὶ οἷς ἂν ἐλάσσους, τὰ σημεῖα ἐκμανθάνοντα πάντα, κρίνειν ἐκλογιζόμενον τὰς δυνάμεις αὐτῶν πρὸς ἀλλήλας, ὥσπερ διαγέγραπται. [153] τὰς δυνάμεις ἀξιοῖ τῶν σημείων ἐκλογιζόμενον προγινώσκειν ἐξ αὐτῶν τὸ ἀποβησόμενον· ἔνθα μὲν οὖν ἀγαθὰ μοχθηροῖς μέμικται παρισούμενά πως ταῖς δυνάμεσι, γεγυμνασμένου μὲν ἀνδρὸς δεῖται, τεθεωρηκότος ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτὰ πολλάκις· ἔνθα δ' ἐστὶν ἤτοι πάντα κακὰ, καθάπερ νῦν, ἢ πάντα καλὰ, κατάδηλον ἅπαντι τὸ γενησόμενον. ὄντος γὰρ καὶ καθ' αὐτὸ σημείου κακοῦ τοῦ

rare oportet. Atque ſane ſi mala tum validiora tum plura videantur quam bona, hominem in periculo verſari ſciendum. Verum ſi bona malis et fortiora et plura fuerint, de aegro bene ſperandum. Id autem te facere jubet et ipſe Hippocrates. Nam in prognoſtico ſingulorum tum ſymptomatum tum ſignorum vires particulatim docuit, atque circa libri finem ita ait: *oportet autem eum qui recte ſit tum convalituros tum morituros praedicturus, praeterea et in quibus morbus pluribus diebus et in quibus paucioribus permanſurus ſit, ſigna omnia perdiſcere, atque aeſtimatis eorum inter ſe viribus, ut ſcriptum eſt, ferre ſententiam.* Signorum autem vires aeſtimari praecipit, atque ex ipſis praenoſcere quidnam futurum ſit. Ubi ergo bona malis permixta fuerint, viribus quodam modo paria, exercitato eſt opus viro, qui in operibus ea ſaepenumero fuerit contemplatus. Ubi vero omnia vel mala, ut nunc, fuerint, vel bona, cuivis patet quod futurum ſit. Quum enim dejiciente alvo deficere animum,

διαχωρούσης τῆς κοιλίας λειποψυχῆσαι, κακοῦ δ' ὡσαύτως καὶ τῆς ἀφωνίας, ἐὰν πρὸς τούτοις καὶ σπασμώδης ἢ λυγμώδης ἢ ἀσώδης ὁ κάμνων γίνεται, σαφέστερον ἐνδείξεται τὸν κίνδυνον· ἐὰν δὲ καὶ ἄλλο τι μοχθηρὸν αὐτῷ σημεῖον ἐπιγένηται, καθάπερ οἱ περὶ τὸν αὐχένα καὶ τὸ πρόσωπον ἱδρῶτες, ἔτι καὶ μᾶλλον· ἅπερ εἴρηται νῦν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ γράψαντος τὸ βιβλίον, οὐδενὸς ἀγαθοῦ σημείου μεμιγμένου τοῖς κακοῖς. ὅτι μὲν ὁ τοιοῦτος ἐξ ἀνάγκης τεθνήξεται πρόδηλον ἐκ τοῦ τῶν κακῶν ἀθροίσματος σημείων· τὸ δὲ καὶ πνευματωθήσεται τῇ τελευτῇ τῆς ῥήσεως ὥσπερ αἴνιγμα προσέῤῥιπται ταύτης, ὥς τι τῶν ἐξ ἀνάγκης ὡμολογημένων ἔσεσθαι ὅ τί περ ἂν σημαίνῃ τὸ πνευματωθήσεται, εἴτε τὸ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα πνευμάτων πλῆθος, ὡς ἐνὸν γαστέρα φυσηθῆναι πᾶσαν αὐτὴν, εἴτε τὴν μεγάλην καὶ πυκνὴν ἀναπνοήν· ἀλλὰ καὶ ταύτην ἐμάθομεν, αἷς ἔσεσθαι διαθέσεσιν οὐκ ἀγαθὸν, ὥσπερ γε καὶ τὴν τῆς γαστρός. ὥστ' οὐ χρὴ ζητεῖν ἄλλα σημεῖα, τούτων ἐξ ἀνάγκης προηγουμένων· ἐπὶ τούτοις γὰρ οὐκέτι, ὡς ἐπ' ἐνίοις τοῖς κατὰ

ſignum per ſe malum ſit, pari modo et malum vocis privatio; ſi praeterea aeger convulſione aut ſingultu aut jactatione vexetur, manifeſtius indicabit periculum. Si praeter haec et aliud quoddam malum ſupervenerit ſignum, ut circa faciem cervicemque ſudores, atque adhuc magis, quae nunc a ſcriptore hujus libri dicuntur, nullo quod bonum ſit, malis permixto ſigno, quod talis de neceſſitate ex ſignorum malorum acervatione morietur, notum evadit. Adjectum autem in fine hujus dictionis *πνευματωθήσεται* tanquam aenigma, ceu quippiam eorum quae de neceſſitate fore conceduntur, quicquid ſignificet, ſive ſpirituum copiam quibus venter inflari poſſit, ſive magnam et frequentem reſpirationem, quam ſane iis quas comitatur affectionibus haudquaquam bonam eſſe didicimus, veluti et eam quae ventris eſt. Quapropter inveſtiganda alia ſigna non ſunt, his de neceſſitate antecedentibus.

τύχην γενομένοις, ἡ τῶν ἀποβησομένων ἀσφαλής τις γίγνεται πρόγνωσις.

νστ'.

Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ σκέλεα γίγνεται φυματώδεα καὶ ἐγχρονιζόμενα μὴ ἐκπεπαίνεται ἔτι ἐόντων ἐν πυρετοῖσιν καὶ προσπέσῃ πνιγμὸς ἐν φάρυγγι, ἰσχνῶν ἐόντων τῶν περὶ φάρυγγα καὶ μηδὲ πεπαίνηται, ἀλλὰ σβεσθῇ, φιλέει τῷ τοιῷδε αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥέειν· κἢν μὲν πολὺ ῥυῇ, λύσιν σημαίνει τῆς νούσου· ἢν δὲ μὴ, μακρήν· ὁκόσῳ δ' ἂν ἔλασσον ῥυῇ, τοσῷδε χεῖρον καὶ μῆκος. ἢν δὲ τἄλλα ῥήϊστα γένηται, προσδέχεσθαι τῷ τοιῷδε ἐς πόδας ἀλγήματα· ἢν δ' ἅψηται τοῦ ποδὸς καὶ ἐπώδυνος γενόμενος παραμένει, πυριφλεγὴς γενόμενος καὶ μὴ λυθῇ, κατὰ σμικρὸν ἥξει καὶ ἐς αὐχένα ἀλγήματα καὶ ἐς κληῖδα καὶ ἐς ὦμον καὶ ἐς στῆθος καὶ ἐς ἄρθρον καὶ τοῦτο δεήσει φυ- (104) ματῶδες γενέσθαι. σβεννυμένων δὲ τούτων, ἢν αἱ χεῖρες ἐφέλκωνται ἢ τρομεραὶ γένωνται, σπασμὸς

Neque enim amplius ex his, veluti ex nonnullis quae casu eveniunt, futurorum firma quaedam fit praenotio.

LVI.

Quibus autem per febres crura scatent tuberculis, quae diu immoranti, febribus etiamnum perseverantibus non maturantur faucibusque irruit suffocatio, macentibus circa fauces partibus, neque tubercula maturuerint, sed extincta fuerint, iis sanguis e naribus fluere consuevit, qui si copiosus fluxerit, morbi solutionem portendit, sin minus, longitudinem. Quo vero parcius fluxerit, eo deterius et longitudo. Quod si et caetera facillima fuerint, huic dolores ad pedes expectandi sunt, qui si pedem attigerint isque dolere perseveret, inflammetur et non levetur, dolores paulatim ad cervicem pervenient et ad claviculam, ad humerum, ad pectus et ad articulum, huncque tuberculosum fieri oportebit. His vero extinctis, si manus contrahantur, vel tremulae fiant,

τὸν τοιόνδε ἐπιλαμβάνει καὶ παραφροσύνη· ἀτὰρ καὶ φλυζάκια ἐπὶ τὴν ὀφρὺν καὶ ἐρυθήματα ἴσχει καὶ βλέφαρον τὸ ἕτερον παρὰ τὸ ἕτερον παραβλαστάνει καὶ σκληρὴ φλεγμονὴ κατέχει καὶ οἰδέει ἰσχυρῶς ὁ ὀφθαλμὸς καὶ παραφροσύνη μέγα ἐπιδιδοῖ· αἱ δὲ νύκτες μᾶλλον ἐπισημαίνουσιν ἢ αἱ ἡμέραι τὰ περὶ τὴν παραφροσύνην. τὰ δὲ σημεῖα μάλιστα γίνεται πολλὰ ἐπὶ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν ἢ ἐπὶ τὸν ἄρτιον· ὁκοτέρῳ δ' ἂν τούτων τῶν ἀριθμῶν γίνηται, ὀλέθριοι ἐπιγίνονται.

---

[154] *Καὶ πάντα ταῦτα τὰ νῦν εἰρημένα δοκεῖ μοι τεθεαμένος ἐφεξῆς ἀλλήλων ὁ συνθεὶς τὸ γράμμα τουτὶ, καθολικόν τινα ἐκ τῆς ἐν μέρει τηρήσεως λόγον πεποιηκέναι προπετῶς· ἄμεινον μὲν γὰρ, ὡς Ἱπποκράτης ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν εἰώθει γράφειν, οὕτω καὶ αὐτὸν πεποιηκέναι, προειπόντα μὲν ἐν ἀρχῇ τὸ τοῦ παθόντος ὄνομα καὶ μετὰ ταῦτα καὶ τὰς ἡμέρας ἐν αἷς ἕκαστον ἐγένετο, καθάπερ ἐπ' αὐτῶν τῶν νῦν εἰρημένων συμπτωμάτων ἔνεστι ποιῆσαι. γε-*

eum convulſio prehendit ac delirium, quin etiam in ſuperciliis puſtulas ferventes et rubores habet et palpebra altera ad alteram progerminat, dura decumbit phlegmone, tumet vehementer oculus et delirium valde increſcit. At noctes magis quam dies delirii ſignificationem praebent. Multa vero ſigna ad numerum imparem magis quam parem contingunt. Utro tamen horum numerorum contingant, lethales morbi *ſuccedunt.*

Qui librum hunc confecit, is haec omnia quae jam dicta ſunt deinceps inter ſe contemplatus, univerſalem quendam particulari ex obſervatione ſermonem temere feciſſe mihi videtur. Melius ſiquidem, ut Hippocrates in epidemiis ſcribere conſuevit, ita quoque feciſſet, praefatus quidem ab initio affecti nomen, ac deinde dies in quibus ſingula facta ſint, *narratione aſſequutus*, ut et in ipſis quae nunc dicta ſunt ſymptomatis facere potuit.

γενήσθω γάρ τινι φυματώδη τὰ σκέλη καὶ μὴ πεπαινέσθω, προσυποκείσθω δὲ καὶ πυρετώδης εἶναι καὶ πνιγώδης γενόμενος παυσάσθω· προσδοκήσειεν ἄν τις ἄνω γεγονέναι μετάστασιν τῶν ἐν σκέλεσι χυμῶν, ἥτις ἐν ταῖς παρόδοις πνιγώδη τὸν ἄνθρωπον ἐποίησεν. ἐὰν οὖν ὁ τοιοῦτος, ὡς Ἱπποκράτης εἶπεν, ἐστὶ περιεστηκὼς, αἱμοῤῥαγῆσαι δυνήσεται διὰ ῥινῶν· καὶ ἐὰν πολὺ ᾖ τὸ αἷμα, λύσει τὴν νόσον· εἰ δ᾽ οὔ, χρονίσει, καὶ εἰ τἄλλα καλῶς γένοιτο, πάλιν εἰς τοὺς πόδας ἀλγήματα τούτῳ κατασκῆψαι δυνατόν ἐστιν. ὑποκείσθω δὲ καὶ τοῦτο γεγονέναι, καθάπερ καὶ τὸ πυριφλεγῆ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τούτοις γενέσθαι, ὅπερ ἤτοι θερμασίαν πολλὴν περὶ τὸν πόδα δηλοῦν εἴωθεν ἢ πυρετὸν πολὺν καὶ πυρώδη· καὶ εἰ ἐπὶ τούτοις μὴ λυθείη τὰ συμπτώματα, πάλιν ἀναχωρῆσαν ἄνω μᾶλλον τὸ πλῆθος, ἀλγήματα γεννήσει κατὰ τοὺς αὐχένας καὶ κλεῖς καὶ τὸν ὦμον καὶ τὸ στῆθος. ὡς δὲ πάντα συνέβη ταῦτα αὐτῷ ἀλόγως (τοῦτο γὰρ ἦν τὸ σβεσθῆναι) τὰς χεῖρας ὑποκείσθω γενέσθαι τρομώδεις, ἔπειτα σπασμὸν ἐπακολουθῆσαι, τοῦ πλή-

Nam in cujusdam cruribus orta ſint tubercula, eaque non maturuerint, febriculoſus quoque is eſſe ſubjiciatur et ſuffocatione affectus liberetur *tuberculis*, exiſtimabit profecto quis ſurſum factam humorum crus obſidentium translationem, quae in tranſitu ſuffocationem homini peperit. Si ergo talis (ut Hippocrates dixit) evaſurus ſit, profluere per nares ſanguis poterit, qui ſi multus fuerit, morbum ſolvet, ſi non, diuturnus evadet *morbus*. Atque ſi caetera bene fiant, rurſum ad pedes decumbere huic dolores poterunt. Id vero et ita factum eſſe ſtatuatur, veluti ex his hominem igne flagrantem factum eſſe, quod vel calorem multum circa pedem manifeſtare conſuevit, vel febrem multam ac igneam. Et ſi poſt haec ſoluta non fuerint ſymptomata, reverſa iterum ad ſuperiores partes humorum copia, dolores pariet in cervice, claviculis, humero et pectore. Ut autem huic omnia haec absque ratione contigerunt (nam id *extincta eſſe* fuit) ita manus tremulas factas eſſe ſtatuatur, deinde convulſio

θους ἀποσκήψαντος εἰς τὰ νευρώδη μόρια καὶ αὐτὴν τὴν ἀρχὴν αὐτῶν καταλαβόντος, ἐντεῦθεν γὰρ αἱ παραφροσύναι. θεασάμενος οὖν ὁ γράψας τῶν οὕτως τινὰ νοσησάντων φλυκταίνας ἔχοντα κατὰ τὴν ὀφρὺν (τοῦτο γὰρ σημαίνει τὰ φλυζάκια) προπετῶς ἀπεφήνατο πᾶσι τοῖς οὕτως ἔχουσιν ἐσόμενον τοῦτο τὸ σύμπτωμα· καὶ περὶ τῶνδε τῶν ἐφεξῆς γεγραμμένων ὁ αὐτὸς λόγος· ὃ γὰρ ἐγένετό τινι τῶν οὕτω νοσούντων εἴτε δυοῖν, ἐπὶ πάντας ἐκτείνων, ἔφη καὶ ἐρυθήματα ἴσχειν αὐτοὺς καὶ τὸ βλέφαρον ἕτερον παρὰ τὸ ἕτερον παραβλαστάνειν καὶ ξηρὰν γίνεσθαι τὴν φλεγμονὴν καὶ οἰδεῖν ἰσχυρῶς τοὺς ὀφθαλμούς. τούτων δὲ τὰ μὲν ἄλλα σαφῆ, τὸ δὲ παραβλαστάνει τὸ βλέφαρον τὸ ἕτερον, ἀσαφές ἐστι πότερον ἐκ μέρους αὐτῶν τινα γινομένην σύμφυσιν ἢ σαρκῶδές τι βλάστημα, θατέρου μὲν ἐκφυόμενον, ἐπὶ δὲ θάτερον ἐκτεινόμενον ἠβουλήθη δηλῶσαι. εἰ δέ τι χρήσιμον ἦν τῆς εὑρέσεως αὐτοῦ σχεῖν, πλέον ἂν περὶ αὐτοῦ διασκεψαίμην.

---

nem, quod ad nervofas partes decubuerit humorum copia, principiumque ipforum prehenderit, unde certe deliria, fubfequutam effe. Contemplatus igitur auctor quendam ita aegrotantium phlyctaenas in fuperciliis habentem (id enim fignificat phlyzacia) omnibus ita habentibus futurum hoc fymptoma temere pronunciavit. Idemque de iis quae deinceps fcripta funt fermo exiftit. Nam quod uni ita affectorum vel duobus factum eft, id ad omnes extendens, ait et ipfos rubores habere et ex palpebris alteram ad alteram germinare, duram quoque fieri phlegmonem et vehementer tumere oculos. Quorum caetera quidem cuivis patent, fed ex palpebris alteram germinare eft ambiguum, utrum fignificare voluerit quandam ex parte earum exurgentem confertionem, vel carnofum quendam furculum, ab altera quidem enafcentem, fed ad alteram fefe extendentem. At rei hujus inventio fi quid utile afferret, de ea amplior foret fcrutatio.

νζ'.

Τοὺς τοιούτους δὲ ἢν μὲν ἐξ ἀρχῆς φαρμακεύειν προαιρῇ, πρὸ τῆς πέμπτης ἢν βορβορύζῃ ἡ κοιλίη· ἢν δὲ μὴ, ἐᾷν ἀφαρμακεύτους εἶναι· ἢν δὲ διαβορβορύζῃ καὶ τὰ ὑποχωρήματα χολώδεα ᾖ, σκαμ- [155] μωνίῳ ὑποκάθαιρε μετρίως. τῇ δὲ ἄλλῃ θεραπείῃ, ὡς ἐλάχιστα προσφέρειν ποτὰ καὶ ῥοφήματα, ἵνα βελτιόνως ἔχῃ, ἢν μὴ ὑπερβῶσι τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐπανέντες.

Θεραπείαν γράφει προειρημένης τῆς συνδρομῆς· ὀνομάζειν δ' αὐτὴν ἐμοὶ μὲν, ὡς εἴρηκα, οὐδὲ τοῦτο δοκεῖ· καὶ ἡ θεραπεία δὲ οὐδὲν κοινὸν ἔχει παρὰ τὰ πρόσθεν ἤδη εἰρημένα πολλάκις· προσεπισκεψάμενον γὰρ εἰρήκει καὶ τὰ ἐν τῇ γαστρὶ καὶ γνωρίσαντα ταῦτα διὰ τῶν βορβορυγμῶν καθαίρειν. εἰ δὲ καὶ χολώδη τὰ κάτω ῥέποντα εἴη, σκαμμωνίαν δίδωσι φάρμακον χολώδη καθαῖρον. ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ θεραπείᾳ κελεύει προσφέρειν ἐλάχιστα ῥοφήματα, μέχρις ἂν ἐπανιῶσιν ὑπερ-

LVII.

Hos vero ſi per initia quidem medicamentis purgare volueris, id ante quintum facito, ſi venter murmuraverit, ſi non, impurgatos ſinito. Verum ſi murmuraverit alvique dejectiones bilioſae fuerint, ſcammonio moderate ſubpurgato. In reliqua vero curatione potus ac ſorbitiones parciſſime exhibeto, quo melius aeger habeat, niſi remiſſione facta decimum quartum transgreſſus fuerit.

Curationem praedicti concurſus ſcribit; eam vero ſic nominare ſane mihi, ut dixi, non placet, curatio namque nihil commune habet praeter ea quae ſupenumero ante enarrata ſunt. Ait ſiquidem conſiderandam alvum, quam murmurillis cognitam purgandam eſſe praecipit, at ſi et bilioſa deorſum repant, ſcammonium medicamentum bilioſa purgans exhibet. In reliqua vero curatione ſorbitiones

βαίνοντες τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν· τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ συνενδείκνυται πρὸ τῆς ιδ΄ μὴ δύνασθαι πεφθῆναι τὴν νόσον.

νή.

Ὁκόταν πυρέσσοντι τεσσαρεσκαιδεκαταίῳ ἐόντι ἀφωνίη προσγένηται, οὐ φιλέει λύσις ταχείη, οὐδ᾽ ἀπαλλαγὴ τοῦ νοσήματος γίγνεσθαι, ἀλλὰ χρόνου τῷ τοιῷδε σημαίνει· ὁκόταν δὲ φανῇ ἐπὶ τῇ ἡμέρῃ ταύτῃ, μακρότερον ξυμπίπτει.

Οὗτος ὁ λόγος περιττός ἐστι τοῖς μεμαθηκόσι τὰ μοχθηρὰ συμπτώματα μείζονα δύναμιν ἔχειν ἐν κρισίμοις ἡμέραις φαινόμενα· τούτῳ γὰρ τῷ καθόλου κέχρηται καὶ νῦν ὁ γράψας τὸ βιβλίον, ἐφ᾽ ἑνὸς τῶν κατὰ μέρος πραγμάτων τῆς ιδ΄ ἡμέρας. ὡς γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις κρισίμοις, οὕτω καὶ ἐν ταύτῃ εἰ φανῇ τι μοχθηρὸν σύμπτωμα, μείζονα τὴν δύναμιν

perquam exiguas miniſtrari praecipit quousque decimum quartum remiſſione facta diem pertranſierint, qua oratione morbum ante decimumquartum diem coctum eſſe non poſſe ſignificatur.

LVIII.

Quum febricitanti decimoquarto die vocis interceptio acceſſerit, non cita morbi fieri ſolutio, neque liberatio ſolet, ſed tali temporis diuturnitatem indicat. Quum itaque hoc die apparuerit, diuturnior morbus confligit.

Haec oratio ſupervacanea eſt his qui prava ſymptomata majori praedita eſſe facultate didicerunt, quum in diebus judicatoriis apparent. Nam qui librum hunc ſcripſit, nunc in re una, quae decimoquarto diei particularis eſt, hoc uſus eſt univerſali. Ut enim diebus caeteris judicatoriis, ſic et hoc *decimoquarto*, ſi malum aliquod ſymptoma apparuerit, id majores habet vires. Annotare

ἔχει. χρὴ δὲ τὴν ἀπόφασιν τοῦ γενησομένου μηδ' ἁπλῶς, μηδ' ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ μετὰ διορισμοῦ ποιεῖσθαι· εἰ μὲν γάρ τινα τῶν ἀγαθῶν σημείων, μείζονα δύναμιν ἔχοντα παρείη τῷ κάμνοντι, νοσήσας πλειόνως δυνηθήσεται σωθῆναι· μηδενὸς δὲ ὄντος τοιούτου τεθνήξεται, μὴ δυναμένης τῆς δυνάμεως ἐξαρκέσαι τῇ πέψει τοῦ νοσήματος. κακῶς οὖν ὁ ταῦτα γράψας ἔφη, μακρότερον πάντως ἔσεσθαι τὸ νόσημα· δύναται γὰρ καὶ διὰ ταχέων ἀποθανεῖν ὁ τὴν ἀφωνίαν ἐν τῇ ιδ' σχὼν ἡμέρᾳ, μετὰ τῶν χαλεπῶν ἄλλων σημείων γενομένου τοῦ συμπτώματος.

νθ'.

(105) Ὁκόταν δὲ πυρέσσοντι τεταρταίῳ ἡ γλῶσσα ἐκτεταραγμένα διαλέγεται καὶ ἡ κοιλίη χολώδεα ὑποχωρέει ὑγρὰ, φιλέει παραληρεῖν ὁ τοιόσδε· ἀλλὰ χρὴ παραφυλάσσειν παρεπόμενον τοῖσιν ἀποβαίνουσι.

[156] Ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλῃ τινὶ τῶν ἡμερῶν· ἐὰν δὲ καὶ

autem oportet quod futurum eſt, neque ſimpliciter, neque ut res tulerit, ſed cum diſtinctione. Nam ſi ex ſignis bonis quae majores habent vires, laboranti quaedam affuerint, longiori tempore ſalvari aeger poterit. At ſi nullum tale fuerit, morietur, nequeuntibus morbi concoctioni ſatisfacere viribus. Qui igitur haec ſcripſit, longiorem omnino fore morbum male pronunciavit. Nam et is cito mori poteſt, cui vox decimo quarto die interrupta eſt, ſi cum ſaevis aliis notis factum fuerit hoc ſymptoma.

LIX.

Quum febricitanti lingua quarto die obturbata ſermocinatur et alvus bilioſa liquida dejicit, is delirare conſuevit. Sed ex eventis quid conſequatur, obſervandum.

Sed id quoque in alio quodam die *apparet.* Verum

τεταρταία φανῇ πρῶτον, κινδυνωδεστέραν εἶναι τὴν ζ' δηλοῖ, τουτέστι τὰ ἐκείνῃ γενησόμενα.

ξ.

Θερινῆς καὶ μετοπωρινῆς ὥρης ἐπὶ τῶν ὀξέων, αἵματος ἀπόσταξις ἐξαπίνης, συντονίην καὶ πολλὴν φλεγμασίην κατὰ τὰς φλέβας δηλοῖ καὶ ἐς τὴν ὑστεραίην λεπτῶν οὔρων ἐπιφάσιας· καὶ ἢν ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ καὶ τὸ σῶμα ἐκ γυμνασίων ἢ εὐσαρκώσιος ἔχῃ ἢ μελαγχολικὸς ἢ ἐκ πόσιος χεῖρες τρομεραὶ, καλῶς ἔχει παραφροσύνην προειπεῖν ἢ σπασμόν.

Καὶ αὕτη πάλιν ἡ ῥῆσις ἐπιπλοκὴν ἔχει συμπτωμάτων πολλῶν οὐ συγγινομένων ἐν ἅπαντι ἀνθρώπῳ νοσοῦντι· διὸ καὶ ἄχρηστα τὰ οὕτως γραφόμενα, τῆς χρησίμου διδασκαλίας διὰ τῶν καθόλου γινομένης, ὡς Ἱπποκράτης εἴωθε ποιεῖν. εἴρηται δ' ὅτι τῶν καθόλου τὰ μὲν διηνεκῆ τὴν πρώτην

ſi quarto apparuerit, in primis periculoſiorem ſeptimum fore demonſtrat, hoc eſt quae illo die futura ſunt.

LX.

Aeſtiva ac autumnali tempeſtate in acutis repentina ſanguinis deſtillatio, venarum contentionem multumque fervorem ſignificat, ac poſtero die tenuium urinarum facies. Et ſi aeger aetate viguerit fueritque corpore ob exercitationes bene carnoſo aut melancholico, vel ex potatione manus tremulae fuerint, delirium aut convulſionem praedicere decet.

Hic quoque textus ſymptomatum multorum non in omni aegrotante homine ſimul exiſtentium implicationem habet, proindeque inutilia ſunt quae ita ſcribuntur, quum utilis doctrina ab univerſalibus oboriatur, qualem Hippocrates aſtruere conſuevit. Dictum autem eſt univerſalia, quae quidem perpetua ſunt, primam habere tum faculta-

ἔχει δύναμίν τε καὶ χρείαν, τὰ δ' ὡς τὸ πολὺ τὴν δευτέραν· εἴ τι δ' ἀμφίδοξον ἢ σπάνιόν ἐστιν, ἄχρηστον ἐς τὴν διδασκαλίαν. ἃ γοῦν εἶπεν, ἐπισκεψώμεθα κατὰ μέρος· καὶ πρῶτόν γε τὸ πρῶτον εἰρημένον. *θερινῆς καὶ μετοπωρινῆς ὥρης ἐπὶ τῶν ὀξέων αἵματος ἀπόσταξις ἐξαπίνης συντονίην καὶ πολλὴν φλεγμασίην κατὰ τὰς φλέβας δηλοῖ καὶ ἐς τὴν ὑστεραίην λεπτῶν οὔρων ἐπιστάσιας· καὶ ἢν ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ καὶ τὸ σῶμα ἐκ γυμνασίων ἢ εὐσαρκώσιος ἔχῃ ἢ μελαγχολικὸς ἢ ἐκ πόσιος χεῖρες τρομεραὶ, καλῶς ἔχει παραφροσύνην προειπεῖν ἢ σπασμόν.* βέλτιον οὖν ἦν εἰπεῖν τὴν συντονίαν ἐνδείκνυσθαι, θεραπείας χρῄζειν τὰς φλέβας· ἐπιστάμεθα δ' ὅτι τὰς στάξεις τοῦ αἵματος ἐκ τῶν μυκτήρων μοχθηρὸν ἀεί τί φησιν εἶναι, διὰ τὸ τὴν φύσιν μὲν ἐφίεσθαι ἐκκρίνειν τὸ περιττὸν, ἀδυνατεῖν δὲ δι' οἰκείαν ἀῤῥωστίαν ἢ πάχος τοῦ αἵματος ἢ πύκνωσιν τῶν μορίων, ἤ τινα τούτων ἢ πάντα συνελθόντα. μοχθηροῦ δ' ὄντος ἀεὶ τοῦ σημείου, μᾶλλον δέ τι καὶ κατὰ θέρους καὶ φθινοπώ-

tem tum usum, quae vero ut plerunque, secundam. Quod si quid anceps aut rarum sit, id ad doctrinam inutile. Quae igitur recensuit, particulatim contemplemur, atque primum quod primo dictum est. *In acutis aestiva ac autumnali tempestate repentina sanguinis destillatio contentionem ac multum in venis fervorem prodit, ac postero die tenuium urinarum facies. Quod si aeger aetate floruerit fueritque corpore ob exercitationem corpulento aut melancholico, aut ex potatione manus tremulae huic fuerint, delirium aut convulsionem decet praedicere.* Melius siquidem erat pronunciare, quod contentio venas curatione egere indicaret. Novimus enim, quod ait, sanguinis e naribus stillationes quoddam malum semper esse, quod natura quidem velit, quod superfluum est, excernere, sed ob propriam imbecillitatem nequeat, vel ob sanguinis crassitiem aut partium densitatem aut quaedam ex his, aut propter omnium concursum. Quum autem malum semper hoc signum sit magisque quod primis tum aesta-

ρου τὰ πρῶτα, τὴν δύναμιν αὐτοῦ συμβέβηκεν ἐπιτείνεσθαι· ἐν ταύταις γὰρ ταῖς ἡμέραις ἥ τε ξανθὴ πλεονάζει χολὴ καὶ τὸ περιέχον θερμόν ἐστιν, ὥστε εὔρουν ἐχρῆν δι᾽ ἄμφω εἶναι τὸ αἷμα· μέγεθος οὖν αἰτίας δηλοῦται, δι᾽ ἣν κωλύεται ῥεῖν, ἣν τὴν συντονίαν εἶναί φησιν, ἴσως τὴν πύκνωσιν οὕτως ὀνομάζων. τό γε μὴν θεραπείας δεῖσθαι κατὰ φλέβας τοὺς οὕτως ἔχοντας οὐδὲν οὐδέπω διδάσκει, πρὶν εἰπεῖν ἥντινα λέγει θεραπείαν· οὐ μὴν εἶπε, πρόῤῥησιν δὲ μόνην πρώτην ἔγραψε, λεπτῶν οὔρων ἐπιφάσιας γίνεσθαι κατὰ τὴν ὑστεραίαν, οὐ κατὰ μόνην ταύτην ἐξ ἀνάγκης φαινομένων αὐτῶν ἀπέπτων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ἔμπροσθεν αὐτῆς. καὶ σπασμόν φησι καὶ παραφροσύνην ἔσεσθαι τοῦ κάμνοντος ἀκμάζοντος κατὰ τὴν ἡλικίαν οὕτως· ἔτι πρὸς τούτοις καὶ γυμναστικοῦ καὶ τῆς εὐσαρκίας αὐτοῦ μέμνηται καὶ τῆς κράσεως (οἱ γὰρ μελαγχολικοὶ κράσεως ὄνομα) καὶ μέντοι καὶ ἐκ πόσεώς φησιν αὐτὸν χεῖρας ἴσχειν τρομεράς. τὰ μὲν οὖν συμπτώματα ταῦτα δυνατά ἐστιν ἀλλήλοις ἐπι-

tis, tum autumni temporibus vires ipsius intendi contingat; his enim diebus flava redundat bilis ambiensque nos aër calidus est, quare sanguinem utranque ob causam bene fluentem esse oportebat, causae igitur magnitudo indicatur, ob quam fluere prohibetur, quam contentionem esse ait, forte densitatem ita appellans. Quod porro ita affecti venarum curatione egeant nondum docet, priusquam astruat, quam dicat curationem, nec tamen dixit. Praedictionem autem solam primam scripsit, postero die urinas tenues apparituras, non solo eo *die* de necessitate incoctis illis apparentibus, verum etiam aliis praecedentibus. Convulsionem quoque et delirium fore ait, si laborans sic aetate viguerit. Praeterea et exercitati et bonae ipsius corpulentiae meminit et temperamenti (nam melancholicus nomen est temperamenti) huc adde quod ex potatione eum manus habere tremulas ait. Haec ergo symptomata possunt inter se complicari, non tamen de

πλακῆναι, οὐ μὴν ἐξ ἀνάγκης γε ἢ ὡς τὸ πολὺ τούτοις ἐπακολουθήσει παραφροσύνη καὶ σπασμός.

ξα'.

[157] *Κὴν μὲν ἐν ἀρτίῃσιν ἐπιγένηται, βέλτιον· ἐν κρισίμῃσι δὲ, ὀλέθριον, ἢν μὴ πολὺ ἅλις ἀποσσυθὲν αἷμα ἐξόδους ποιήσηται τῆς πλεονεξίης κατὰ ῥῖνας ἢ καθ' ἕδρην ἐμπυήσεις ἢ μεταστάσεις ἢ ἀποστάσεις ἢ πόνους τῶν ὑποχονδρίων ἢ ἐς ὄρχιας ἢ ἐς σκέλεα· πεφθέντων δὲ τουτέων ἔξοδοι γίγνονται πτυσμῶν, παχέων οὔρων ἢ λείων λευκῶν.*

Δύο γραφαὶ εἰσι τῆς ἐπιγίνεσθαι λέξεως· μία μὲν διὰ τοῦ τ στοιχείου τῆς τρίτης συλλαβῆς γεγραμμένης, ἄλλη δὲ διὰ τοῦ γ. ἀλλ' ἐάν τε κατὰ τὴν προτέραν ἐπιτείνεσθαι λέγῃ τοὺς κάμνοντας ἐν ἀρτίαις ἡμέραις, ἐάν τε κατὰ τὴν δευτέραν ἐπιγίνεσθαι τὰ εἰρημένα συμπτώματα κατὰ τὰς ἀρτίας ἡμέρας, οὐκ εὐθέως ἐστὶ καὶ βέλτιον (τοῦτο δ' αὐ-

necessitate aut plerumque his succedent delirium et convulsio.

LXI.

Et si paribus quidem diebus *supervenerint, melius, judicatoriis vero, perniciosum, nisi copiosus cumulate concitatus sanguis redundantiae vias fecerit per nares aut per sedem puris excretiones aut abscessus aut humorum translationes aut hypochondriorum dolores aut ad testes aut ad crura. His autem concoctis viae patent sputis urinisque crassis, laevibus, albis.*

Duae sunt hujus dictionis *ἐπιγίνεσθαι* scripturae, una quidem, scripta per τ elementum tertia syllaba, altera vero per γ. Verum sive per priorem scripturam aegros diebus paribus *ἐπιτείνεσθαι intendi* dixerit, sive secundum posteriorem, praedicta symptomata diebus paribus *ἐπιγίνεσθαι supervenire* affirmaverit, non continuo existit

τὸς εἶπεν) οὐδὲ γὰρ εἰ ἄρτιοι προσήκει σκοπεῖν, ἀλλ' εἰ καὶ κρίσιμοι· τὴν γοῦν τετάρτην ἡμέραν ἀρτίαν οὖσαν καὶ αὐτὸς ἑξῆς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπεν, ὅτι μεγίστην δύναμιν ἔχει. τό γε μὴν ἐφεξῆς εἰρημένον ἀληθές· ἐὰν γὰρ αἷμα πολὺ καθ' ὀντιναοῦν τρόπον ἐκκριθῇ, σωτηρίας ἔχειν ἐλπίδα. καὶ δι' ἀποστάσεως αὐτοὺς καὶ μεταστάσεώς φησι σώζεσθαι, τὴν μὲν ἀπόστασιν ἄντικρυς διὰ τῆς ἰδίας προσηγορίας δηλώσας, τὴν δὲ μετάστασιν διὰ τοῦ φάναι πόνους ἐν ὑποχονδρίῳ ἢ ἐς ὄρχιν ἢ σκέλεα. διαφέρει δ' ἀλλήλων τῷ τὴν μὲν ἀπόστασιν αὐτὴν τὴν κρίσιν ἐπιφέρειν καὶ ἀπαλλάττειν ἁπάντων τῶν ὀχληρῶν τὸν κάμνοντα, τὴν δὲ μετάστασιν ἑτέρων ἴσχειν ἀρχὴν παροξυσμῶν τε καὶ πόνων, ὡς δεῖσθαι πάλιν ἄλλου χρόνου πρὸς τὴν πέψιν τὸν τόπον τοῦ σώματος, εἰς ὃν ἡ μετάστασις ἐγένετο τῶν λυπούντων χυμῶν· διὸ καὶ προσέθηκε, πεφθέντων δὲ τούτων, αἱ διέξοδοι γίγνονται πτυσμῶν ἢ παχέων οὔρων, λείων, λευκῶν· σημεῖα διδάσκων τοῦ πεπέφθαι τὴν μετάστασιν ἐκ τῶν πεπεμμένων πτυσμάτων τε καὶ οὔρων.

---

et melius (id autem ipſe dixit); neque enim ſi pares fuerint, intueri oportet, ſed ſi et judicatorii. Quartum igitur diem, qui par eſt et ipſe ex ordine paulo ante maximam habere facultatem aſſeruit. Caeterum quod deinceps dicitur verum exiſtit. Nam ſi ſanguis copioſus quovis modo excretus fuerit, ſalutis ſpem habet. Praeterea et per abſceſſum ipſos et per translationem ſervari ait, abſceſſum quidem fere ſua peculiari appellatione declarans, ſed translationem, quum ait: *hypochondriorum dolores aut ad teſtes aut ad crura.* Differunt autem inter ſe, quod abſceſſus judicationem inferat aegrumque a moleſtiis omnibus liberet, translatio vero humorum aliarum habeat principium tum acceſſionum tum laborum, ut alio rurſum egeat tempore ad coctionem corporis locus, ad quem infeſtantium humorum facta ſit translatio. Ideoque adjecit: *his autem coctis, exitus fiunt ſputorum aut craſſarum urinarum, laevium et albarum,* ſigna coctae translationis edocens ex coctis tum ſputis tum urinis.

ξβ'.

Πυρετῷ λυγγώδει ὀπὸν σιλφίου, ὀξύμελι, δαῦκον τρίψας, πιεῖν δίδου καὶ χαλβάνην ἐν μέλιτι καὶ κύμινον ἐκλεικτικὸν καὶ χυλὸν πτισάνης ἐπὶ τουτέοισι ῥοφέειν. ἄφυκτος δ' ὁ τοιοῦτος, ἢν μὴ ἱδρῶτες κριτικοὶ καὶ ὕπνοι ὁμαλοὶ ἐπιγένωνται καὶ οὖρα παχέα καὶ δριμέα καταδράμῃ ἢ εἰς ἀπόστασιν στηρίζῃ.

Τὰς λύγγας εἰώθασι καὶ λυγμοὺς ὀνομάζειν· εἰσὶ δὲ κινήσεις τινὲς τοῦ στομάχου σπασμώδεις· γίνεσθαι δέ φασι δι' ἄμετρον κένωσιν ἢ πλήρωσιν. οἱ μὲν οὖν διὰ κένωσιν γιγνόμενοι σχεδὸν ἀνίατοι τυγχάνουσιν ὄντες· οἱ δὲ διὰ [158] πλήρωσιν ὑπὸ τῶν τεμνόντων καὶ ῥυπτόντων τὰ ἐμπεπλασμένα βοηθημάτων θεραπεύονται· τοιαῦτα δέ εἰσι καὶ τὰ νῦν γεγραμμένα. φαίνεται δὲ νῦν ἡ δῆξις αὕτη γιγνομένη καὶ διὰ δριμύτητα δάκνουσαν τὸν στόμαχον, ὡς ἐπειδάν τις πέπερι πλέον ἤ τι (106) τοιοῦτον καταπίῃ· καὶ μέντοι καὶ τῶν πυρεσσόντων ἔνιοι λύγξαντες ἤμεσαν

LXII.

Febri ſingultuoſae laſeris ſuccum, acetum mulſum, daucum tritum potui dato, galbanumque ex melle et cuminum in eclegmate, poſteaque ptiſanae cremorem ſorbendum. Is autem evadere non poteſt, niſi judicatorii ſudores et ſomni aequales acceſſerint urinaeque craſſae et acres decurrerint, aut in abſceſſum morbus *decubuerit.*

Λύγγας et *λυγμοὺς ſingultus* appellare conſueverunt. Sunt autem motus quidam ſtomachi convulſivi. Hos quidem fieri ajunt propter immoderatam inanitionem vel repletionem. Qui ſi propter inanitionem fiant, fere ſanationem non recipiunt, ſi vero ob repletionem fuerint, ab incidentibus ac detergentibus praeſidiis infarcta curantur, talia vero ſunt quae nunc ſcripta ſunt. Videtur autem nunc morſus is fieri et propter acrimoniam ſtomachum mordentem, ut quum quis piperis plus vel quid ſimile devoraverit. Et ſane febricitantium nonnulli ſingultien-

διαβρωτικὸν καὶ δριμύτατον χυμὸν, ἐφ᾽ ᾧ τελέως ἐπαύσαντο τοῦ συμπτώματος· ἀλλ᾽ ὅ γε τοιοῦτος πυρετὸς οὐ καλεῖται λυγγώδης, ἐπὶ πλέον γὰρ δεῖ παραμένειν τὸν λυγμὸν ἢ καὶ δι᾽ ὅλου τοῦ νοσήματος εἶναι συμπαροξυνόμενον τοῖς πυρετοῖς, ἵνα λυγγώδης ὀνομασθῇ. τὸν τοιοῦτον πυρετὸν ὑφ᾽ ἱδρώτων κρισίμων καὶ ὕπνων ὁμαλῶν καὶ οὔρων δριμέων καὶ παχέων ἐκκενωθέντων θεραπεύεσθαί φησιν, ἤτοι γε ἐκκριθέντων τῶν τοιούτων ἢ εἰ εἰς ἀπόστημα στηριχθῇ.

ξγ'.

Κόκκαλος καὶ σμύρνα ἐκλικτόν· πίνειν δὲ τοῖσι τοιουτέοισιν ὀξύμελι δίδου ὡς ἐλάχιστον· ἢν δὲ διψώδεες ἔωσι σφόδρα, τοῦ κριθίνου ὕδατος.

Ἀτάκτως τοῦτο γέγραπται· βέλτιον γὰρ ἦν αὐτὸ μικρῷ πρόσθεν γεγραφέναι κατ᾽ ἐκεῖνο τοῦ λόγου τὸ μέρος, ἔνθα ἐθεράπευσε τοὺς δεομένους τὸν θώρακα καὶ πνεύμονα διὰ πτυσμάτων ἐκκαθαίρεσθαι, οὐ πρὸς τὸν λυγγώδη πυρε-

tes erodentem acerrimumque humorem vomuerunt, a quo tandem ſymptomate ſunt liberati. Verum febris hujusmodi nequaquam ſingultuoſa appellatur, nam ut ſingultuoſa vocitetur, permanere amplius debet ſingultus, vel etiam per totum morbum ſimul cum febre exacerbari. Febrem hanc per ſudores judicatorios ſomnosque aequales vacuatasque urinas tum craſſas tum acres ſanari ait, talibus quidem vel excretis vel in abſceſſum firmatis.

LXIII.

Nux pinea et myrrha in eclegmate exhibeantur; *his vero acetum mulſum quam pauciſſimum potui dato. Sed ſi vehementer ſiticuloſi fuerint, aquam hordei.*

Id inordinate ſcriptum eſt. Satius enim erat eum paulo ante in ea orationis parte, qua eos curavit quibus tum thorax tum pulmo per ſputa expurgari debent, id praeſcripſiſſe, non febri ſingultuoſae. Verum quod dici-

τόν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ εἰρημένον ἀσαφές. ὁ μὲν γὰρ κόκκαλος ὑπ᾽ αὐτοῦ λελεγμένος οὐχ οὕτως, ἀλλὰ κῶνος μᾶλλον ὑπὸ τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων ὠνομάζετο, καθάπερ ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν σχεδὸν ἁπάντων στρόβιλος. εἴωθε δὲ ἐξ αὐτοῦ σκευάζειν ἐκλικτὸν, ὅταν ᾖ λιπαρὸς μάλιστα, τουτέστι πολλὴν ἐκ κύκλῳ περικεχυμένην ἔχῃ τὴν ἰδίαν ῥητίνην. ἑψόμενοι δ᾽ αὐτὸν ἐν ὕδατι μετὰ πρασίου πρόσφατον, εἶτα τῷ ἀφεψήματι μιγνύντες μέλι σύμμετρον, ἕψοντές τε πάλιν τοῦτο μέχρι μελιτώδους συστάσεως, οὕτω τῷ γενομένῳ φαρμάκῳ χρώμεθα πρὸς τὰς ἐκ θώρακος καὶ πνεύμονος πτύσεις. ὥσπερ δὲ καὶ ἄλλα τινὰ προσεπεμβάλλομεν τούτῳ τῷ φαρμάκῳ πολλάκις, οὕτως ἐστὶν εἰκὸς καὶ τὸν ταῦτα γράψαντα σμύρναν ἐπεμβάλλειν, εἶτα διὰ συντόμων ἐδήλωσε καὶ τοῦτο, κόκκαλον καὶ σμύρναν ἐκλικτὸν εἰπών. δύναται δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐσθιομένους κώνους μετὰ σμύρνης διδόναι, τάχα κἀνταῦθα πάλιν ὑπακουσάντων ἡμῶν οὐ κακῶς μίγνυσθαι μέλι τῷ φαρμάκῳ. τινὲς μὲν οὖν χωρίσαντες τῆς

tur, id obfcurum eft. Nam coccalus ab ipfo dictus, non ita, fed conus magis ab antiquis Graecis appellitatur, veluti a recentioribus medicis propemodum omnibus ftrobilus. Confuevit autem ex eo eclegma conficere, quum maxime pinguis fuerit, id eft ubi multam circumfufam habuerit peculiarem refinam. Coquunt autem fructum hunc in aqua cum marrubio recentem, mox decocto mellis exiguum mifcent coquuntque iterum adusque mellis craffitudinem, quo ad hunc modum confecto medicamento utimur ad thoracis pulmonisque expuitiones. Ut autem et alia quaedam medicamento huic faepius immittimus, ita et auctorem libri hujus myrrham immittere verifimile eft, quod poftea velut compendio manifeftavit, inquiens: *coccalus et myrrha in eclegmate exhibeantur.* Poteft autem et ipfos, qui eduntur, conos cum myrrha exhibere, atque hic fortaffis nos mel non male medicamento mifceri intellexerimus. Quidam fane hanc ipfam dictionem ab ante fcripta feparant feorfumque fcribunt, nonnulli vero,

προγεγραμμένης ῥήσεως ταύτην, αὐτὴν καθ᾽ ἑαυτὴν γράφουσι· τινὲς δὲ τὸ πέρας αὐτῆς ἀρχὴν ποιοῦσι κατὰ τόνδε τὸν τρόπον· ἢν δὲ ἀποστήματα στηρίζῃ, κόκκαλος καὶ σμύρνα ἐκλικτόν· ἵνα τῶν εἰς ἀπόστημα στηριζόντων νοσημάτων ἀκούωμεν αὐτὸ φάρμακον ὑπάρχειν. ἔστι δὲ ἄλογον τοῦτο καὶ μάλιστα διὰ τὸ ἐπιφερόμενον, ἐν ᾧ φησι, πίνειν δὲ τοῖσι τοιουτέοισιν ὀξύμελι δίδου ὡς ἐλάχιστον· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ λυγγώδους πυρετοῦ λόγον ἔχει δεδιέναι τὸ ὄξος, ἐπὶ δὲ τῶν εἰς ἀπόστημα στηριζόντων, οὐδένα. καὶ διὰ τοῦτό τινες ἄλλοι κατά τι μὲν συνάπτουσι τὴν ῥῆσιν ταύτην τῇ προγεγραμμένῃ, κατά τι δὲ διαζευγνύουσι, προστιθέντες τὸν δέ σύνδεσμον καὶ γράφοντες οὕτως· ἢν δὲ εἰς ἀπόστημα στηρίζῃ. περὶ τοῦ λυγγώδους πυρετοῦ τοῦ προειρημένου καὶ τοῦτ᾽ ἔστι λεγόμενόν, συμβουλεύσαντος τοῦ γράψαντος τὸ βιβλίον, [159] ἐὰν εἰς ἀπόστημά ποτε συμβῇ στηρίξαι τὸν λυγγώδη πυρετὸν, κόκκαλον μετὰ σμύρνης διδόναι καὶ φυλάττεσθαι τὴν δαψιλῆ πόσιν τοῦ ὀξυμέλιτος. τὸ δ᾽ εἴτε διὰ τοῦ ζ γράμματος ἡ τελευταία συλλαβὴ τοῦ στηρίζῃ γρά-

finem ante ſcriptae principium hujus efficiunt hoc pacto. *Si autem abſceſſus firmentur, coccalus et myrrha in eclegmate exhibeantur,* ut morbis in abſceſſum firmatis id medicamentum eſſe intelligamus. Id autem a ratione alienum, maxime propter id quod ita infertur, in quo dicit: *his vero acetum mulſum quam pauciſſimum potui dato.* Nam in ſingultuoſa febre formidandum acetum praecipit ratio, in iis vero quae in abſceſſum firmantur, nequaquam. Eam ob cauſam quidem alii dictionem hanc quadantenus quidem antea ſcriptae copulant, quadantenus vero ſeparant, atque adjecta conjunctione *autem* ita ſcribunt: *Si autem in abſceſſum firmetur.* De ſingultuoſa ante dicta febre id dictum ſit, volente libri auctore, ſi in abſceſſum aliquando firmari contigerit ſingultuoſam febrem, coccalum cum myrrha exhibere et copioſam aceti mulſi vitare potionem. Syllaba autem ultima verbi hujus *στηρίζῃ*, ſive per ζ literam ſcribatur, ſive per ξ, nullam in-

φοιτο, εἴτε διὰ τοῦ ξ, μεγάλην οὐδεμίαν ἐξαλλαγὴν ὁ λόγος ἕξει. ἢν δὲ διψώδεες σφόδρα ἔωσι, τοῦ κριθίνου ὕδατος. ὅτι μὲν ὡς ἄδιψον πόμα εὔδηλόν ἐστιν· ἄμεινον δ' ἦν εἰρῆσθαι πρὸς αὐτοῦ πῶς χρὴ σκευάσαι τὰς κριθὰς, πότερον ἀποβρέξαντας ἁπλῶς ἢ ὡς οἱ νῦν ἐξ αὐτῶν τὸν ζυθὸν ποιοῦντες ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον.

ξδ'.

Τὰ δὲ περιπνευμονικὰ καὶ πλευριτικὰ ὧδε χρὴ σκέπτεσθαι· ἢν ὀξύς τε ὁ πυρετὸς ᾖ καὶ τὰ ὀδυνήματα τοῦ πλευροῦ τοῦ ἑτέρου ἢ καὶ ἀμφοῖν καὶ τοῦ πνεύματος ἄνω φερομένου, ἢν πονέῃ καὶ βῆχες ἐνέωσι καὶ πτύσματα ἀνείη πυῤῥὰ ἢ πελιὰ ἢ καὶ λεπτὰ καὶ ἀφρώδεα καὶ ἀνθηρὰ καὶ εἴ τι ἄλλο διαφέρον ἔχῃ παρὰ τὰ μεμαθηκότα τούτοισιν· οὕτω χρὴ διάγειν.

Τὰ μεγάλα καὶ ἀξιόλογα πλευρίτιδος καὶ περιπνευμονίας

ſignem facit ſermonis mutationem. *Sed ſi vehementer ſiticuloſi fuerint aquam hordei.* Quod potum hunc tanquam ſitim adimentem exhibeat manifeſtum eſt. Sed melius feciſſet, ſi quo pacto parare hordeum oporteat, enunciaſſet, utrumne ſimpliciter madefacere, vel ex eo zythum, ut hujus temporis homines, conficere, vel quovis parare alio modo.

LXIV.

Peripneumonicos et pleuriticos affectus ita conſiderare oportet, an febris acuta ſit et dolores lateris alterius aut utriusque, et quum ſurſum fertur ſpiritus, num laboret, tuſſes adſint et ſputa educantur rufa aut livida aut etiam tenuia et ſpumoſa et florida, et ſi quid aliud diverſum habeant ab iis quae didicimus. Ita degere oportet.

Pleuritidis peripneumoniaeque tum magna tum effatu

διώρισται ἅπαντα κατὰ τὸ γνήσιον μέρος τοῦ βιβλίου, τὰ δὲ πᾶσιν ἰατροῖς γινωσκόμενα παραλέλειπται· τοιαῦτα δέ ἐστιν ἃ νῦν οὗτος γράφει· καὶ πρῶτον μὲν τὴν συνδρομὴν ὀνομαζομένην ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἐμπειρικῶν, οἱ παλαιοὶ δὲ συνεδρεύοντα τοῖς πάθεσιν ἐκάλουν τὰ τοιαῦτα συμπτώματα. πυρετὸς οὖν ὀξὺς καὶ ὀδύνη πλευροῦ θατέρου ἢ ἀμφοτέρων, μάλιστα κατὰ τὴν ἐκπνοὴν γιγνομένη (τοῦτο γάρ ἐστι καὶ τοῦ πνεύματος ἄνω φερομένου, ἢν πονέῃ) καὶ βῆχες καὶ πτύελα πυῤῥὰ ἢ πελιδνὰ καὶ λεπτὰ καὶ ἀφρώδη καὶ ἀνθηρὰ καὶ ὁπωσοῦν ἄλλως ἐξηλλαγμένα παρὰ τὰ εὐήθη (τοῦτο γὰρ δηλοῖ λέγων καὶ εἴ τι ἄλλο διαφέρον ἔχει παρὰ τὰ μεμαθηκότα) ταῦτα πάντα τοῖς πλευριτικοῖς τε καὶ περιπνευμονικοῖς ἐμφαίνεσθαί φησι συμβαίνοντα. τουτέοισιν οὕτω χρὴ διάγειν.

ξε'.

Ἢν μὲν ὀδύνη ἄνω περαίνῃ πρὸς κληῖδα ἢ περὶ μαζὸν καὶ

digna quidem omnia in legitima libri hujus parte distincta sunt, sed quae a medicis omnibus cognoscuntur, praetermissa sunt. Talia autem sunt quae nunc hic scribit. Et primum quidem a veteribus empiricis appellatam syndromen, veteres autem affectibus assidentia haec symptomata appellabant. Febris igitur acuta, dolor lateris alterius vel utriusque, potissimum qui in expiratione fit (nam id est *et quum sursum fertur spiritus, num laboret*) tusses et sputa rufa vel livida et tenuia et spumosa et florida, et quovis aliter modo praeter solitum evariantia (hoc enim significat inquiens: *et si quid aliud diversum habeant ab iis quae didicimus*). Haec omnia tum in pleuriticis tum peripneumonicis apparere ait, si contingant. Sed hos ita degere ac curare oportet.

LXV.

Si dolor quidem sursum ad claviculam aut circa mam-

βραχίονα, τέμνειν χρὴ τὴν ἐν τῷ βραχίονι φλέβα τὴν εἴσω, ἐφ᾽ ὁκότερον ἂν ῇ τῶν μερῶν, κατὰ τόδε.

Κἀνταῦθα πάλιν ἐξεργάζεται τὴν τοῦ γνησίου μέρους γνώμην· ἐπεὶ παρελέλειπτο τὸ συνεπινοούμενον τοῖς [160] *εἰρημένοις αὐτῷ, προστιθεῖ, οἷον καὶ τοῦτο, κατ᾽ εὐθὺ τῆς πεπονθυίας πλευρᾶς ποιεῖσθαι τὴν φλεβοτομίαν, ὅπερ ἐδήλωσεν εἰπών· τέμνειν χρὴ τὴν ἐν τῷ βραχίονι φλέβα τὴν εἴσω, ἐφ᾽ ὁκότερον ἂν ῇ τῶν μερῶν, κατὰ τόδε. προδήλως συντέμνων τῆς ἑρμηνείας ἀμελεῖ· δέον γὰρ εἰπεῖν τὴν κατ᾽ ἀγκῶνα φλέβα, τὴν ἐν τῷ βραχίονι λέγει.*

ξστ'.

Ἀφαιρέειν δὲ κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καὶ ὥρην καὶ ἡλικίην καὶ χροιὴν πλέον· καὶ θαρσέων, ἢν ὀξὺ τὸ ἄλγημα ῇ, ἀγαγεῖν πρὸς λειποψυχίην· ἔπειτα ὑποκλύζειν μετὰ τοῦτο.

---

mam et brachium feratur, internam brachii venam secare oportet utracunque fuerit parte, ea in ipsa.

Rursus et in praesenti loco partis legitimae sententiam elaborat, quoniam in ea praetermissum est quod simul cum dictis intelligitur, adjicitque illud, venam secandam e directo lateris affecti, quod exposuit inquiens: *Venam brachii internam secare oportet utracunque dolor afficit parte.* Sed manifesta usus brevitate orationem negligentius percurrit, nam venam cubiti dicere debuit, quum venam brachii dixit.

LXVI.

Sanguinem detrahere pro corporis habitu, anni tempestate, aetate et colore copiosius et vero audacter, si dolor acutus fuerit, ad animi usque deliquium ducere. Postea clystere alvum subducere.

Ἐνταῦθα πάλιν πλέον τοῦ μέτρου τοὺς σκοποὺς τῆς φλεβοτομίας ἅπαντας εἰπεῖν φιλοτιμηθεὶς, ὅμως παραλέλοιπέ τινας· οὔτε γὰρ τῆς δυνάμεως ἐμνημόνευσεν οὔτε τῆς μεταβολῆς τοῦ αἵματος, ἀλλ᾽ οὐδὲ χώρας ἢ καταστάσεως. πλέον δ᾽ ἀφαιρεῖν κελεύων καὶ θαῤῥεῖν μέχρι λειποθυμίας ἄγειν, ἥμαρτεν ἐν τῇ λέξει προσθεὶς δι᾽ ὃ θαῤῥεῖν προσήκει· διὰ μὲν γὰρ τὴν ὀξύτητα τοῦ ἀλγήματος ἐπὶ τὸ πλέον ἐκκενοῦν τοῦ αἵματος ἀφικνούμεθα· τὸ δ᾽ ἐᾶν ῥεῖν, οὐκ ἐκ τῆς ὀξύτητος, ἀλλ᾽ ἐξ ἄλλων ἔχομεν, ἐὰν ἥ τε δύναμις ἐῤῥωμένη καὶ ἡ τῶν ἀκμαζόντων ἡλικία καὶ τὸ πλῆθος αἱματικὸν (107) καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος φύσις πυκνοτέρα τε καὶ σκληροτέρα καὶ δυσδιαφορητοτέρα καὶ πολύαιμος, ἥ τε ὥρα τοῦ ἔτους καὶ ἡ κατάστασις εὔκρατος, οὕτω γὰρ καὶ ἡ χώρα· τὸ γὰρ ἄχρι λειποθυμίας ἄγοντα θαῤῥεῖν, ἐκ τούτων ἡμῖν προσγίνεται. ἔπειτα ὑποκλύζειν μετὰ τοῦτο. μετὰ τὴν φλεβοτομίαν κλύζειν κελεύει, βέλτιον δὲ ἦν προστεθεικέναι τὸν Ἱπποκράτειον διορισμὸν, ἢν μὴ αὐτόματα διεξίῃ καλῶς.

Rurſum hic plus quam mediocriter ſcopos detractionis ſanguinis omnes recenſere conatus, quosdam tamen ſilentio praeteriit. Neque enim virium meminit, neque ſanguinis mutationis, imo neque regionis aut conſtitutionis. Plus autem detrahere atque ad animae usque defectionem id audacter agere praecipiens, deliquit in dictione, quum adjecit quam ob cauſam audere conveniat. Nam quod dolor acutus ſit, plus quidem ſanguinis vacuamus, ſed fluere ſinimus, non quia acutus ſit, ſed ob alia, ſi vires robuſtae fuerint, viguerit aetas, ſanguis abundaverit et laborantis natura tum denſior, tum durior, atque aegre magis perſpirabilis et ſanguinis copioſi fuerit, anni etiam tempus et conſtitutio bene temperata, ſic ſane et regio. Nempe quod ad animae usque defectionem ſanguinem auferre non vereamur, nobis ex his accidit. *Clyſtere poſtea alvum ſubducere.* A ſanguinis miſſione clyſtere alvum proluere jubet. Sed melius erat Hippocraticam diſtinctionem adjeciſſe, ſi non ſponte probe dejecerit alvus.

ξζ'.

Ην δὲ ὑποκάτω τοῦ θώρακος τὸ ἄλγημα ᾖ καὶ συντείνῃ λίην, τῷ πλευριτικῷ τὴν κοιλίην ὑποκάθαιρε· μεσσηγὺ δὲ τῆς καθάρσεως μηδὲν δίδου, μετὰ κάθαρσιν δὲ ὀξύμελι. φαρμακεύειν δὲ τεταρταῖον· τὰς δὲ ἐξ ἀρχῆς τρεῖς ὑποκλύζειν· κἂν μὴ κουφίζῃ οὕτως, ὑποκάθαιρε. φυλακὴ δὲ ἔστω ἕως ἀπυρέτου καὶ ἑβδόμης· ἔπειτα ἢν ἀσφαλὴς ἐὼν φαίνηται, οὕτω χυλῷ ὀλίγῳ καὶ λεπτῷ τὸ πρῶτον, σὺν μέλιτι μίσγων δίδου· ἢν δὲ ἀνάγηται ῥηϊδίως καὶ εὔπνοος ᾖ καὶ ἀνώδυνος ᾖ τὰ πλευρὰ, κατὰ σμικρὸν παχυτέρῳ τε καὶ πλείονι καὶ δὶς τῆς ἡμέρης.

---

[161] *Πλευριτικὸν ὠνόμασε τὸ εἰρημένον ὑφ' Ἱπποκράτους ἐν τῷ γνησίῳ μέρει βιβλίου, ἐν ᾧ καθαίρει τοὺς οὕτως ἔχοντας πλευριτικούς· σκευάζει δὲ αὐτὸ διττῶς. τὸ φαρμακεύειν δὲ τεταρταῖον, ἀδιορίστως εἴρηκε καὶ τοῦτ' αὐτό. τὴν γὰρ ἀρχὴν οὐδὲν τῶν τοιούτων βοηθημάτων*

LXVII.

Si vero deorſum ſub thorace dolor fuerit valdeque urgeat, pleuritico alvum ſubpurgato, at medio purgationis tempore nihil dato, poſt purgationem autem acetum mulſum. At quarto die purgandum, verum per tres ab initio dies alvus ſubluenda, quod ſi ita non levetur, ſubpurgato. Cuſtodia vero imperetur aduſque febris deceſſionem ac ſeptimum diem. Deinde ſi in tuto eſſe videatur, in primis exiguum ac tenuem cremorem admiſto melle dato. Quod ſi facile ſputum educatur, facile ſpiret et laterum dolore careat, paulo craſſiorem et copioſiorem, ac bis die dato.

Pleuriticum nominavit, quod ab Hippocrate in legitima libri hujus parte dictum eſt, ubi ita affectos pleuriticos purgat. Id autem facit duobus modis. Quarto vero die purgandum, indiſtincte etiam hoc ipſum pronunciavit. Nullum enim per initia hujusmodi remediorum aegro

προσακτέον τῷ κάμνοντι, σκοπὸν ποιησάμενον ἡμερῶν ἀριθμόν· ἀλλ' ὅπερ Ἱπποκράτης εἶπεν, ἤτοι κατὰ τὴν ἀρχὴν εὐθέως πρὶν στηριχθῆναι τοὺς χυμοὺς, κέλευε φαρμακεύειν ἢ ὕστερον, ὅταν πεφθῶσιν· ὥστε καὶ περὶ τὴν πρώτην ἡμέραν, ἐνίοτε δὲ καὶ β' καὶ δ', ἐνίοτε δὲ καὶ ε', ἐφαρμακεύσαμεν οὐκ ἐν τῇ τετάρτῃ μόνον, καθάπερ οὗτος ἔγραψεν.

ξη'.

Ἢν δὲ μὴ ῥηϊδίως ἀπαλλαγῇ, ἔλασσόν τε τὸ πόμα καὶ τὸ ῥόφημα ὀλίγον, χυλὸν λεπτὸν καὶ ἅπαξ, ἐν ὁκοτέρῃ ἂν ὥρῃ βέλτιον διάγῃ· γνώσῃ δὲ ἐκ τῶν οὔρων. δεῖ δὲ ῥόφημα προσφέρειν τοῖσιν ἐκ τῶν νοσημάτων μὴ πρότερον ἢ πέπονα τὰ οὖρα ἢ πτύσματα ἴδῃς γεγενημένα. ἢν δὲ φαρμακευθεὶς συχνὰ καθαρθῇ, ἀναγκαῖον διδόναι, ἔλασσον δὲ καὶ λεπτότερον· οὐ γὰρ δυνήσεται ὑπὸ κενεαγγείης ὑπνώσσειν, οὐδὲ πέσσειν ὁμοίως, οὐδὲ τὰς κρίσιας ὑπο-

admovendum eſt, deſumpto a numero dierum ſcopo. Verum quod Hippocrates recenſuit, vel ſtatim in principio, priusquam in partem aliquam decubuerint humores, medicamento purgandum eſſe impera, vel poſtea, quum concocti fuerint. Quare et primo interdum die et ſecundo et quarto et interdum quinto, medicamento purgavimus et non in quarto ſolum, quemadmodum ipſe ſcripſit.

LXVIII.

Quod ſi non facile liberetur, pauciorem potionem, modicam ſorbitionem, cremorem tenuem et ſemel exhibeto, *eo quo melius degit tempore, quod ex urinis deprehendes. Sorbitionem autem his in morbis prius afferre non oportet, quam coctas urinas aut ſputa matura facta videris. Quod ſi medicamento purgatus multum dejecerit, dare neceſſe eſt, verum pauciorem ac tenuiorem. Non enim poterit prae vaſorum vacuatione dormire neque concoquere ſimiliter neque judicationes ſuſti-*

μένειν· ἀλλ' ἐπειδὰν ξυντήξιες ὠμῶν γένωνται καὶ τὰ ἀντέχοντα ἀποβάλλῃ, ἀνθέξει οὐδέν.

Περὶ τοῦ κατὰ μέρος καιροῦ τῆς τροφῆς ἐπισκοπούμενος ὁ Ἱπποκράτης καὶ αὐτὸς δὲ οὗτος ὁ ταῦτα γράψας ἐν τοῖς ἀνωτέρω γεγραμμένοις αὐτῷ θερμασίᾳ προσέχειν ἠξίου τῇ κατὰ τὸν θώρακα καὶ τοὺς πόδας. ἡ γὰρ τῶν οὔρων ἐπίσκεψις εἰς τὴν καθόλου δίαιταν, οὐκ εἰς τὴν τοῦ μερικοῦ μέρους τῆς τροφῆς ἐστι χρήσιμος· ὥστε οὐκ ὀρθῶς εἶπε νῦν, χυλὸν λεπτὸν ἅπαξ διδόναι καθ' ἣν ὥρην βέλτιον διάγει, γνώσεσθαι δ' ἐκείνην ἐκ τῶν οὔρων· εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα βραχεῖαν ῥοπὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἴσχει τὰ οὖρα κατὰ τοὺς μερικοὺς παροξυσμοὺς, ἀλλ' οὐχ οὕτως γε μακρὸς ὁ χρόνος ἐκεῖνός ἐστιν, ὡς ἀποθέσθαι ταῦτα ἡμᾶς καὶ περιμεῖναι, πότερον νεφέλας ἐπαιωρουμένας ἢ κάτω χωρούσας ἴσχει· ταῦτα γὰρ ἐν πολλῷ χρόνῳ γίγνεται, τρέφεσθαι δ' ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι τοὺς κάμνοντας ἐνίοτε ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς παρακμῆς.

---

nere, verum ubi crudorum colliquationes factae fuerint et quae renituntur rejecerit, nihil obſtabit.

De particulari cibi exhibendi occaſione agens Hippocrates et libri hujus auctor in iis quae ſuperius ſcripta ſunt, eum qui tum in thorace tum in pedibus eſt calorem animadvertendum eſſe voluerunt. Nam urinarum conſideratio ad univerſalem victum, non ad particularem, utilis eſſe videtur. Quare non recte dicit hic, cremorem tenuem ſemel exhibendum eo quo melius degit tempore, idque deprehendendum ex urinis. Nam etiamſi breviſſimam in particularibus acceſſionibus ad melius inclinationem urinae habuerint, illud tamen tempus non uſqueadeo protrahitur, ut has recondamus expectemusque dum nebulas vel ſublimes vel ſubſidentes habuerint, haec ſiquidem multo fiunt tempore. Atqui in acutis morbis interdum aegri in declinationis principio de neceſſitate ſunt alendi.

ξθ'.

Πέπονα δέ ἐστι τὰ μὲν πτύελα, ὁκόταν γένηται ὅμοια πύῳ· τὰ δὲ οὖρα τὰς ὑποστάσιας ἔχοντα ὑπερύθρους, ὁκοῖον ὀρόβων. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ἀλγήματα τῶν πλευρέων χλιάσματα προστιθέναι καὶ κηρώματα· ἀλείφειν δὲ τὰ σκέ- [162] λη καὶ ὀσφὺν θερμῷ καὶ λίπος ἐγκαταλείφειν· ἐπὶ δὲ ὑποχόνδρια λίνου σπέρμα καταπλάσσειν ἕως μαζῶν. ἀκμαζούσης δὲ τῆς περιπλευμονίης, ἀβοήθητον μὴ ἀνακαθαιρομένου καὶ πονηρὸν ἢν δύσπνοος ᾖ καὶ οὖρα λεπτὰ καὶ δριμέα καὶ ἱδρῶτες περὶ τράχηλον καὶ κεφαλὴν γίγνονται· οἱ τοιοῦτοι γὰρ ἱδρῶτες πονηροὶ, ὑπὸ πνιγμοῦ καὶ ῥωγμῆς καὶ βίης ἐπικρατεόντων τῶν νουσημάτων, ἢν μὴ οὖρα πολλὰ καὶ παχέα ὁρμήσῃ καὶ πτύσματα πέπονα ἔλθῃ· ὅ τι δ' ἂν τούτων αὐτοματήσῃ, λύει τὸ νόσημα.

Οὔτε αὐτοῦ μέμνηται διὰ τῶν ἔμπροσθεν οὕτω γράψαντος ὑπὲρ τῶν πεττομένων οὔρων οὔθ' Ἱπποκράτους

LXIX.

Concocta autem ſputa quidem ſunt, quum puri ſimilia extiterint. Urinae vero, ubi ſedimenta ſubrubra habuerint, quale ervum eſt. Caeteris autem laterum doloribus tepefactoria ac cerata admovere nihil prohibet, crura et lumbos oleo *calido inungere et pinguedine illinere, hypochondriis autem aduſque mammas ex lini ſemine cataplaſma imponere. Quum autem peripneumonia ad ſtatum pervenerit, niſi repurgetur, auxilium non admittit, ac prava eſt ſi aeger difficile ſpiraverit, urinae tenues et acres ſint ſudoresque circa cervicem et caput oboriantur. Hi enim ſudores pravi ſunt, prae ſuffocatione, impetu et violentia morbis ſuperantibus, niſi urinae copioſae ac craſſae procurrerint et ſputa cocta prodierint. Horum autem quodcunque ſua ſponte evenerit, morbum ſolvit.*

Neque ſui ipſius eſt memor, qui *non* ita de coctis urinis ſupra ſcripſerit, neque Hippocratis, qui aliter dixe-

ἄλλως εἰπόντος· οὖρον δὲ ἄριστον, ὁκόταν ὑπόστασις λευκή τε καὶ λείη καὶ ὁμαλή. τὰ δ' ἄλλα τῆς ῥήσεως τὰ περὶ τῶν πλευριτικῶν τε καὶ περιπνευμονικῶν εὔδηλα καὶ χωρὶς τῆς ἐμῆς ἐξηγήσεως, ὅπη τε τῶν ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένων ὁ ταῦτα γράψας ἀποχωρεῖ καὶ ὅπη μάλιστα πάντῃ ἢ ἐκ μέρους γέ τινος ἕπεται.

ο'.

Περιπνευμονίης ἐκλικτόν. κόκκαλον, χαλβάνην ἐν μέλιτι Ἀττικῷ· ἀβρότονον ἐν ὀξυμέλιτι· πέπερι, ἐλλέβορον μέλανα ἀποζέσας καὶ πλευριτικῷ ἐν ἀρχῇσι περιωδύνῳ ἐόντι πίνειν δίδου. ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ πάνακες ἐν ὀξυμέλιτι ἀναζέσαντα καὶ διηθέοντα διδόναι πίνειν καὶ ἡπατικοῖσι καὶ τῇσι ἀπὸ τῶν φρενῶν περιωδυνίῃσιν. καὶ ὁκόσα δεῖ ἐς κοιλίην ἢ (108) ἐς οὔρησιν, ἐν οἴνῳ καὶ μέλιτι· τὰ δὲ ἐς κοιλίην ξὺν ὕδαρεῖ μελικρήτῳ πίνειν πλεῖον δίδου.

---

rit: *Urinam optimam esse, quum sedimentum est tum album, tum laeve, tum aequale.* Quae caetera de pleuriticis ac peripneumonicis in textu narrantur, etiam citra meam explicationem conspicua sunt, tum ubi libri hujus auctor ab Hippocratis recedit sententia, tum ubi maxime vel prorsus vel aliqua ex parte huic astipulatur.

LXX.

Peripneumoniae eclegma. Galbanum et nucleum pineum ex melle Attico dabis, *abrotonum ex aceto mulso. Piper et veratrum nigrum fervefacta pleuritico etiam per initia perdolenti bibenda dato. Confert etiam panacem ex aceto mulso fervefactum percolatumque propinare tum hepaticis, tum septi transversi dolore plurimum affectis. Et quaecunque ad alvum aut ad mictionem impellenda sunt, haec ex vino et melle* dabis. *Quae ad alvum, illa cum mulsa aquosa copiosiore propinato.*

Καὶ τὸ τῶν φαρμάκων πρῶτον καὶ δεύτερον ἀναγωγὰ πτυέλων ἐστί· τὸ δὲ διὰ τοῦ μέλανος ἐλλεβόρου, γαστρὸς ὑπακτικόν· τὸ δὲ διὰ τοῦ πάνακος, οὗτος εἶπεν εἰς ὃ ἂν χρήσιμον ὑπάρχῃ.

οα'.

Δυσεντερίη ἀπόστημα ἢ ἔπαρμά τι παυσαμένη ποιήσει, ἢν μὴ ἐς πυρετοὺς ἢ ἱδρῶτας καὶ οὖρα παχέα καὶ λευκὰ καὶ λίαν ἐπιφανῆ ἢ ἐς τριταίους ἢ ἐς κιρσὸν ἢ ἐς ὄρχιν ἢ ἐς σκέλεα ἢ ἐς ἰσχίον στηρίξῃ ὀδύνη.

Καὶ οὗτος ὁ λόγος ἀδιόριστός ἐστιν, οὔθ' ὁποίαν λέγει δυσεντερίαν ἐνδειξαμένου τοῦ συγγραφέως, οὔτε πᾶσα ἐπαύσατο ταῦτ' ἐπιφέρουσα.

οβ'.

[163] *Ἐν πυρετῷ χολώδει πρὸ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας μετὰ*

Medicamentorum primum et ſecundum ſputa educunt. Sed quod ex elleboro nigro conficitur, alvum ſubducit. Quod vero ex panace eſt, quibusnam utile ſit ipſe recenſuit.

LXXI.

Dyſenteria ſedata abſceſſum aut tumorem aliquem faciet, niſi deſierit *aut in febres aut ſudores aut urinas craſſas et albas valde perſpicuas, aut in tertianas aut in varices aut in teſticulum aut in crura aut in coxam dolor decubuerit.*

Hic quoque ſermo ſine diſtinctione eſt, quod neque qualem dicat dyſenteriam auctor demonſtraverit, et quod neque omnis quae ceſſaverit haec inferat.

LXXII.

In bilioſa febre morbus regius ante ſeptimum diem cum

ῥίγους ἴκτερος ἐπιγινόμενος λύει τὸν πυρετόν· ἄνευ δὲ ῥίγεος ἢν ἐπιγένηται ἔξω τῶν καιρῶν, ὀλέθριον.

Οὐ δήπου πρὸ τῆς ζ' μετὰ ῥίγους ἐπιγενόμενος ἴκτερος λύει τὸν πυρετὸν, οὐχὶ δὲ μετὰ τὴν ζ', ἀλλ' ὁ διορισμός ἐστι τοιόσδε· τοῖς πυρέττουσιν ἴκτερος ἐπιγίγνεται, ἐνίοτε μὲν ὡς σύμπτωμα τῆς κατὰ τὸ ἧπαρ διαθέσεως, ἐνίοτε δὲ τὴν χολὴν τῆς φύσεως ἐκκρίνειν διὰ τοῦ δέρματος ἐπιχειρησάσης, εἶτα μὴ δυνηθείσης αὐτὸ, καθάπερ εἴωθεν ἐπὶ πάντων γίνεσθαι τῶν ἀποστημάτων· εἴρηται δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἰκτέρων ἐν ἀφορισμοῖς.

ογ'.

Τέτανος δὲ ὀσφύος καὶ ἐπὶ μελαγχολικῶν διὰ φλεβῶν πνευμάτων ἀπολήψιες ὁκόταν ἔωσι, φλεβοτομίη λύεται.

Ὅταν δὲ, φησὶ, διὰ μελαγχολικὸν αἷμα πλεονάζον ἐν

rigore ſuccedens febrem ſolvit, citra rigorem vero intempeſtive obortus lethale.

Neque ſane ante ſeptimum diem cum rigore ſuccedens morbus regius febrem ſolvit, neque poſt ſeptimum. Sed ita diſtinguere oportet. Febricitantibus morbus regius ſupervenit, interdum quidem tanquam affectionis hepatis ſymptoma, interdum quoque natura bilem per cutim excernere contendente, ſed id nequeunte, velut in abſceſſibus omnibus fieri conſuevit. Verum in aphorismis de hujusmodi morbis regiis enunciatum eſt.

LXXIII.

Lumborum tetanus atque in melancholicis per venas ſpirituum interceptiones quum fuerint, venae ſectione ſolvuntur.

Quum, inquit, ob melancholicum ſanguinem in venis

ταῖς φλεψὶ πνευμάτων ἀπολήψιες γίνωνται, φλεβοτομία ταῦτα λύει. πνευμάτων δὲ ἀπόληψιν εἰ μὲν τῶν κατὰ τὰς ἀρτηρίας λέγει (καὶ γὰρ καὶ ταύτας φλέβας ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ) τί ἄλλο ἢ ἀσφυξία γένοιτ' ἂν τὸ πάθος; εἰ δὲ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα, πάλιν ἐνταῦθα τὴν καλουμένην ἄπνοιαν αἰνίττεται. δύναται δὲ καὶ πλῆθός τε καὶ πάχος αἵματος οὐ μόνον τὰς ἀρτηρίας πνευματῶσαί ποτε καὶ διέξοδον οὐκ ἔχειν, ἀλλὰ καὶ ταύτας τὰς ἰδίως ὀνομαζομένας φλέβας.

οδ'.

Ὁκόταν δὲ ἀπὸ τῶν τενόντων σφοδρῶς ἔμπροσθεν ἀντισπῶνται καὶ περὶ τὸν τράχηλον καὶ πρόσωπον ἱδρῶτες, ὑπὸ τοῦ πόνου δακνομένων καὶ ξηραινομένων τῶν τενόντων καὶ τῶν οὐρωδέων, οἳ παχύτατοι μὲν τὴν ῥάχιν ξυνέχουσιν, ἢ οἱ μέγιστοι σύνδεσμοι καταπεφυκότες, ἕως εἰς πόδας ἀποτελευτῶσι· τῷ τοιῷδε ἢν μὴ πυρετὸς καὶ ὕπνος ἐπιγένηται καὶ ἑπόμενα οὖρα πέψιν ἔχοντα ἔλθῃ καὶ ἱδρῶ-

redundantem ſpirituum interceptiones fiunt, venae ſectio haec ſolvit; ſi interceptionem dicat ſpirituum, qui in arteriis ſunt (etenim et arterias antiqui venas appellabant) quaenam alia fuerit affectio quam pulſus defectio? ſi vero eorum, qui in pulmone ſunt, *ſpirituum interceptionem dicat*, rurſum et appellatam reſpirationis privationem obſcure ſignificat. Poteſt quoque ſanguinis tum copia tum craſſitudo non arterias modo inflare, ut permeare non poſſit, verum quoque et proprie appellatas venas.

LXXIV.

Quum autem a tendonibus vehementer in anteriorem partem revelluntur ſudoresque circa cervicem et faciem oriuntur, dum prae dolore mordentur ac reſiccantur tendines adusque oſſis ſacri extremum exporrecti, qui quidem craſſiſſimi ſpinam continent, qua parte maxima ligamenta exorta ad pedes usque deſinunt. Huic niſi febris et ſomnus ſucceſſerit et quae ſequuntur coctionem habentes urinae ſudoresque judicatorii prodierint, vinum

τες κριτικοὶ, πίνειν οἶνον Κρητικὸν οἰνώδεα καὶ ἄλητον ἑφθὸν ἐσθίειν καὶ κηρωτῇ ἀλείφειν καὶ ἐγχρίειν, τά τε σκέλεα περιελίσσειν ἕως τῶν ποδῶν, θερμῷ προσβρέχων [164] *ἐν σκάφῃ καὶ βραχίονας ἕως δακτύλων κατελίσσειν καὶ ὀσφὺν ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἕως τῶν ἰσχίων, σίαλον ἐγκηρώσας μαλακῷ δέρματι, ὅκως καὶ τὰ ἔμπροσθεν περιέξῃ καὶ διαλείπων πυρία τοῖσιν ἀσκίοισι θερμὸν ὕδωρ ἐγχέων καὶ περιτείνων σινδόνιον, ἐπανάκλινε αὐτόν. κοιλίην δὲ μὴ λίην λύσῃς ἢν μὴ βαλάνῳ, ἢν μὴ πολὺν χρόνον ᾖ ἀδιαχώρητος ἐοῦσα. καὶ ἢν μέν τί σοι ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον· εἰ δὲ μὴ, τοῦ μόδου τῆς ῥίζης τρίβων ἐν οἴνῳ εὐώδει καὶ δαῦκον πίνειν δίδου πρωῒ νήστει πρὸ τοῦ βρέχειν καὶ ταχὺ ἐπὶ τούτοισι τὸ ἄλευρον ἑφθὸν χλιαρὸν ἐσθιέτω ὡς πλεῖστον καὶ οἶνον ὁκόταν βούληται εὔκρητον ἐπιπινέτω. καὶ ἢν μέν σοι ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον· ἢν δὲ μὴ, προλέγειν.*

Creticum vinoſum bibendum et pultem ſeu farinam coctam edendam exhibeto. Cerato quoque perungere atque illinere convenit et crura ad pedes usque calida in pelvi madefacta, velamentis contingere, ac brachia ad digitos usque involvere lumbosque ac ſpinam a cervice ad coxas usque, molli pelle cerato ex axungia et cera illita obducere, ita ut anteriora etiam contineat. Et ex intervallis per utriculos calida aqua affuſa foveto ac linteo obvoluto, ipſum decumbere jubeto. Alvum autem ne admodum niſi balano ſolveris, niſi ex longo tempore non dejecerit, et ſi quid tibi proceſſerit in melius, ſatis; *ſin minus, modi radicem in vino odorato tritam et daucum mane jejuno ante calidae perfuſionem propina et poſt haec cito farinam coctam tepidam quam plurimam edat vinumque quum voluerit bene temperatum ſuperbibat, et ſi res quidem in melius tibi proceſſerit,* bene habet, *ſin minus, praedicere te* oportet.

Καὶ οὗτος ὁ λόγος ἀδιορίστως εἴρηται μετὰ τοῦ καὶ ἀκύρως ἔνια τῶν ὀνομάτων γεγράφθαι· τὸ γὰρ ὑπὸ τοῦ πόνου δάκνεσθαι τοὺς τένοντας ἀκύρως λέλεκται, δριμέσι χυμοῖς πρέποντος τοῦ δάκνειν ῥήματος, οὐ τοῖς πόνοις. καὶ μέντοι καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως ἐπὶ τοῦ σφοδρῶς ἔμπροσθεν ἀντισπῶνται, μετὰ ταῦτά φησι, ξηραινομένων τῶν τενόντων οὐρωδέων, οἳ παχύτεροι τὴν ῥάχιν συνέχουσι· τοὺς ἄχρι τοῦ οὐραίου καλέσας οὕτως, ὀνομάζουσι δὲ οὐραῖον τὸ πέρας τοῦ ὀστέου. εἰ δ' ἀμφότερα τὰ μέρη δηλῶσαι βούλεται τεινόμενα καὶ περὶ τὰ πρόσω καὶ ὀπίσω, τέτανον ἐπιτείνασθαι δυνατὸν, καθάπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔφη, τετάνοισι δὲ ὀσφύος. οὐκ ἀσφαλῶς δὲ οὐδὲ τῇ πέψει τῶν οὔρων, τὴν ῥαστώνην τῶν παθῶν προγινώσκει· πυρετώδους γὰρ νοσήματος ἀπεψίαι διὰ τῶν οὔρων δηλοῦνται σαφῶς, τῶν δὲ κατὰ τοὺς μῦς οὐκ ἀσφαλὴς ἡ διὰ τῶν οὔρων σημείωσίς ἐστιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν μικρόν· τὸ δ' οἶνον αὐτοῖς διδόναι χωρὶς τοῦ διορίσασθαι πότερον ὑπὸ ψύξεως

Atque hic ſermo indiſtincte prolatus eſt, praeter id quod et nomina quaedam improprie ſcripta ſint. Nam ob labores morderi tendones, improprie dictum eſt, verbo hoc *mordere* acribus humoribus et non doloribus quadrante. Praeterea et quod in principio dictionis dicitur: *Vehementer in anteriorem partem revelluntur.* Deinde ait: *dum reſiccantur tendones ad oſſis ſacri extremum exporrecti, qui craſſiores ſpinam continent*, eos qui usque ad extremum protenduntur, ita vocans. Appellant autem *οὐραῖον* oſſis extremum. Quod ſi partem utramque tendi manifeſtare velit, atque tum in anteriora tum in poſteriora, tetanus intendi ſane poteſt, quomodo paulo ante dixit: *Tetani lumborum.* Non tuto autem morbi facilitatem ex urinarum concoctione praenoſcit. Nam morbi febrem excitantis cruditates per urinas manifeſte declarantur, morborum autem muſculis inſidentium ſecura non eſt per urinas ſignificatio, ſed hoc quidem exiguum. Vinum autem his exhibere, diſtinctione non facta utrumne

ἔπαθον ἢ δι᾽ ἄλλην τινὰ αἰτίαν οὐ σμικρὸν ἁμάρτημά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πάνυ προπετές. ἀλόγως δ᾽ εἴρηται καὶ τὸ, κοιλίην δὲ μὴ λύειν, εἰ μὴ βαλάνῳ· λυθείη γὰρ ἂν ποτε ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὠφελίμως. τὰ δ᾽ ἄλλα τῆς ῥήσεως δῆλα.

οε΄.

Τὰ δὲ νουσήματα πάντα λύεται ἢ κατὰ στόμα ἢ κατὰ κοιλίην ἢ κατὰ κύστιν ἤ τινος ἄλλου τοιοῦδε ἄρθρου· ἡ δὲ τοῦ ἱδρῶτος ἰδέη κοινὸν ἁπάντων.

---

(109) *Οὐκ ἔστιν ὁ λόγος καθόλου, οὐδὲ κοινὸς ἁπάντων· οὐ γὰρ διὰ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ μήτρας καὶ διὰ τῆς ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγίας γιγνομένης αἱ λύσεις γίνονται τῶν νοσημάτων.*

---

ob frigiditatem paſſus aeger fuerit, an aliam ob cauſam, non exiguum eſt delictum, imo ſane praeceps. Citra quoque rationem dictum eſt, ventrem ſolvendum non eſſe, niſi balano. Nam in hujusmodi morbis commode interdum ſolvitur. Caetera textus manifeſta ſunt.

LXXV.

At morbi omnes ſolvuntur aut per os, aut per alvum, aut per veſicam aut alterum quendam ejusmodi articulum. Sudoris autem ſpecies morbis omnibus communis eſt.

Non eſt ſermo univerſalis, neque omnibus communis; non enim per haec ſolum, verum etiam per uterum et per obortam ſanguinis e naribus eruptionem fiunt morborum ſolutiones.

οστ'.

[165] *Ἐλλεβορίζειν δὲ χρὴ οἷσιν ἀπὸ κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα.*

Οὐκ ἀναγκαῖον, ὅσοις ἀπὸ κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα πάντας ἐλλεβορίζειν, ἀλλ' ἐνίοτε τῆς κεφαλῆς μόνης ποιεῖσθαι πρόνοιαν εἰθίσμεθα.

οζ'.

Ὁκόσοι δ' ἐξ ἀποστημάτων ἢ φλεβοῤῥαγίης ἢ δι' ἀκρησίην ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἰσχυρὰν αἰτίαν ἔμπυοι γίνονται, μὴ δίδου ἐλλέβορον τοῖσι τοιουτέοισιν· οὐδὲν γὰρ ὠφελήσει, καὶ ἤν τι πάθῃ, αἴτιον δόξειεν εἶναι ὁ ἐλλέβορος. ἢν δὲ διαλύηται τὸ σῶμα ἢ πόνος ἐν κεφαλῇ ἢ ἐμπεπλασμένα τὰ οὔατα ἢ ῥὶς ἢ πτυαλισμὸς ἢ τῶν γονάτων βάρος ἢ σώματος ὄγκος παρὰ τὸ ἔθος, ὅ τι ἂν συμβαίνῃ, μήθ' ὑπὸ πότων, μήθ' ὑπὸ ἀφροδισίων, μήθ' ὑπὸ λύπης, μήθ'

LXXVI.

Quibus a capite fluxio fertur, his veratrum dare oportet.

Non eſt neceſſarium, quibus a capite fluxio fertur, omnibus veratrum exhibere, imo interdum capiti ſoli providere conſuevimus.

LXXVII.

Quicunque vero ex abſceſſibus aut venae ruptura, aut ob intemperantiam aut ob aliam vehementem quandam cauſam ſuppurati fiunt, his ne elleborum dederis, nihil enim proderit et ſi quid patiatur aeger, *in cauſa eſſe videbitur elleborus. Si vero corpus diſſolvatur, aut dolor in capite ſit, aut oppletae aures aut nares aut ſputatio aut genuum gravitas aut corporis praeter conſuetudinem tumor, quodcunque* horum *contigerit,* dabis, *ſi haec neque a potibus fiant, neque a rebus venereis, neque a moerore, neque a curis, neque a vigiliis obo-*

ὑπὸ φροντίδων, μήθ᾽ ὑπὸ ἀγρυπνιῶν· κὴν μέν τι τουτέων ἔχῃ αἴτιον, πρὸς τοῦτο ποιέεσθαι τὴν θεραπείαν.

Φλεβοῤῥαγίην μὲν λέγει τὴν ῥῆξιν τῶν φλεβῶν. ὅτι δ᾽ οὔτε τοὺς ἐκ τοιαύτης αἰτίας ἐμπύους γενομένους ἐλλεβορίζειν προσῆκεν οὔτε τοὺς ἐξ ἀποστημάτων οὔτε τοὺς ἐξ ἄλλης αἰτίας εὔδηλον· οἱ δὲ δι᾽ ἀκρασίαν ἔμπυοι, κακῶς ἐν τῷ νῦν εἴρηται καταλόγῳ, τῆς ἀκρασίης αὐτῆς καθ᾽ ἑαυτὴν βλαπτούσης τοὺς ἀκρατεῖς, οἷον πλησμονῆς, ἀπεψίας, οἰνοφλυγίας, ἀφροδισίων πολλῶν καὶ ἀγρυπνιῶν, ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα. προειπὼν δὲ τίσιν ἐλλέβορον οὐ χρὴ διδόναι φησίν· ἢν διαλύηται τὸ σῶμα, τουτέστιν ἐὰν ἔκλυτον ἱκανῶς γένηται, χωρὶς προφάσεως δηλονότι ἢ πόνος ἐν κεφαλῇ χρόνιος καὶ δύσλυτος (ὑπακοῦσαι γάρ σε τοῦτο κἂν τῷ τῆς κεφαλῆς χρὴ πόνῳ καὶ τοῖς ἐφεξῆς εἰρημένοις ἅπασι, τοῖς ἐμπεπλασμένοις ὠσὶ καὶ ῥινὶ καὶ τῷ πτυαλισμῷ) προστίθησι δὲ γονάτων βάρος καὶ πόνον καὶ σώματος ὄγκον παρὰ

riantur. Et ſi quid ſane horum cauſam fecerit, ad id curationem inſtituere oportet.

Phleborrhagiam venarum ruptionem dicit. Quod autem neque iis qui ex hujusmodi cauſa, neque iis qui ex abſceſſibus, neque iis qui ex cauſa alia ſuppurati facti ſunt, dare elleborum oporteat, perſpicuum eſt. Sed qui ob intemperantiam ſuppurati ſunt, male in hoc catalogo recenſentur, intemperantia ipſa per ſe intemperantes laedente, ut redundantia, cruditate, crapula, venere multa, vigiliis et quibusdam ſimilibus. At ubi praedixit, quibus elleborum exhibere non oporteat, inquit: *Si vero corpus diſſolvatur*, hoc eſt, ſi viribus fractum admodum reddatur, citra manifeſtam cauſam nimirum, aut *dolor in capite* diuturnus et ſolutu difficilis fuerit (nam et id te ſubaudire oportet in capitis dolore, ac deinceps in iis quae ſerie continuata dicuntur omnibus, oppletis auribus, naribus et ſputatione). Adjicit et genuum gravitatem, dolorem et corporis praeter conſuetudinem tumorem. In

τὸ ἔθος· ἐπὶ πάντων γὰρ τούτων ἄνευ φανερᾶς αἰτίας γενομένων ἐλλεβορίζειν συμβουλεύει, διελών τε τὸν καθόλου τοῦτον λόγον εἰς τὰ κατὰ μέρος ἔφη, μήθ' ὑπ' ἀφροδισίων, μήθ' ὑπὸ λύπης, μήθ' ὑπὸ φροντίδος ἢ ἀγρυπνιῶν, τῶν εἰρημένων γεγονότων· εἰ γὰρ ἐκ τούτων τινὸς εἴη γεγονότα, πρὸς τὸ ποιῆσαν αἴτιον ἁρμόττεσθαι κελεύει. τίνα δ' ἐκ τούτων ἁπάντων ὧν εἶπεν ἀληθῶς ἀκριβῶς εἴρηται καὶ τίνα μὴ μεμαθήκατε κἀκ τῶν Ἱπποκράτους βιβλίων καὶ τῶν ἡμετέρων πραγματειῶν.

οη'.

[166] *Τὰ δὲ ἐκ πορείης ἀλγήματα πλευρέων, νώτου, ὀσφύος, ἰσχίων καὶ ὁκόσα ἀναπνέοντες ἀλγέουσι πρόφασιν ἔχοντες· πολλάκις γὰρ μεμάθηκε φοιτᾶν ἐκ κραιπαλέων καὶ βρωμάτων φυσωδέων ἀλγήματα καὶ εἰς ὀσφὺν καὶ ἐς ἰσχίον. οἷσι δ' ἂν αὐτέων ᾖ τοιάδε δυσουρέεται· τούτων δὲ πορείη αἰτίη καὶ κορυζέων καὶ βράγχων.*

his enim omnibus quae ſine manifeſta cauſa facta ſunt, vult elleborum exhibere. Ac divertens hunc ſermonem univerſalem ad particularia, inquit: *Modo neque a venereis, neque a moerore, neque a curis, neque a vigiliis, dicta facta ſint.* Si enim ex horum aliquo facta ſint, adverſus efficientem cauſam idonea praeſcribere jubet. Quae vero ex omnibus his quae recenſuit vere diligenter dicta ſint et quae non, didiciſtis tum in Hippocratis libris tum in commentariis noſtris.

LXXVIII.

Dolores autem laterum, dorſi, lumborum, coxarum, qui ex itinere contingunt et quaecunque inter ſpirandum ex cauſa manifeſta dolent. Saepius enim dolores ex crapulis cibisque flatulentis ad lumbos et coxas venire conſueverunt. Quibus vero ipſorum talia fuerint, his urinae difficultas accedit. Horum autem iter cauſa eſt gravedinis quoque et raucedinis.

Οὐ τεταγμένως ἡρμήνευσε ταῦτα· προειπὼν γὰρ τὰ ἐκ πορείης ἀλγήματα, πλευρῶν, νώτου, ὀσφύος, ἰσχίων, ἔμφασιν ἐποίησεν ὡς μέλλων ἐρεῖν ὅπως τὰ τοιαῦτα θεραπεύηται· κἄπειτα παρενθεὶς, πολλάκις γὰρ μεμάθηκε φοιτᾷν ἐκ κραιπαλέων καὶ βρωμάτων φυσωδέων, μετὰ ταῦτα ἐπήνεγκεν, ὅσα ἂν ᾖ τοιάδε δυσουρέεται. καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν ἐφεξῆς ἔφη, τούτων δὲ πορείη αἰτίη καὶ κορύζέων καὶ βράγχων· ἀκέφαλον, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐργασάμενος τὸν λόγον.

οθ'.

Ὁκόσα δὲ ἀπὸ διαιτημάτων, τὰ μὲν πολλὰ ἕκαστος, ὡς ἂν παρὰ τὸ ἔθος διαιτηθῇ, μάλιστα ἐπισημαίνει· καὶ γὰρ ὁκόσοι ἂν μὴ μεμαθηκότες ἀριστᾷν, ἢν ἀριστήσωσιν, ὄγκος πολὺς αὐτοῖσι τῆς γαστρὸς καὶ νυσταγμὸς καὶ πληθώρη· ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι, κοιλίη ἐκταράσσεται. ξυμφέρει δὲ τουτέοισιν ἐκλουσαμένοισι καθεύδειν, κοιμηθέντας δὲ περιπατῆσαι βραδέως συχνὴν περίοδον· καὶ ἢν μὲν λαπαχθῇ,

Non ordine haec interpretatus eſt. Nam praedicens dolores ex itinere, laterum, dorſi, lumborum et coxarum, rei inanis exhibitionem fecit, perinde atque quonam modo haec curentur eſſet dicturus, Deinde facto ita additamento: *Saepius enim ex crapulis cibisque inflantibus venire ſolent*, poſtea intulit, quibus talia fuerint, urinae difficultas accedit. Poſt haec rurſum inquit: *Horum iter cauſa eſt, coryzae item, ac raucedinis*; acephalum, ut quispiam dixerit, rei faciens ſermonem.

LXXIX.

Quaecunque ex victus ratione contingunt, multa quidem unusquisque, prout praeter conſuetudinem victu uſus fuerit, maxime obſervat. Etenim qui prandere non conſueverunt, ſi pranſi fuerint, his ingens ventris tumor oboritur, tum dormitatio, tum plenitudo. Si vero ſupercoenaverint, alvus exturbatur. His a balneo dormire confert et a ſomno lenta deambulatione multos

δειπνῆσαι καὶ πιεῖν οἶνον ἐλάσσονα ἀκρητέστερον· ἢν δὲ μὴ λαπαχθῇ, ὑποχρίσασθαι τὸ σῶμα θερμῷ· κἢν διψῇ, ὑδαρέα οἶνον λευκὸν ἢ γλυκὺν ἐπιπιόντα, ἀναπαύεσθαι· ἢν δὲ μὴ ἐγκοιμηθῇ, πλείω ἀναπαύεσθαι, τὰ δὲ ἄλλα ὁμοίως τοῖσιν ἐκ κραιπάλης διαιτάσθω. τὰ δὲ ἀπὸ πομάτων, ὁκόσα μὲν ὑδαρέα βραδυπορώτερά ἐστι καὶ ἐγκυκλέεται καὶ ἐπιπολάζει περὶ ὑποχόνδρια καὶ εἰς οὔρησιν οὐ κατατρέχει· τοιούτου δὲ πόματος πληρωθεὶς μηδὲν ἔργον ὀξέως διαπράξῃ, ὁκόσα τῷ σώματι ξυνταθέντι βίῃ ἢ τάχει πονέειν ξυμβαίνει· ὡς μάλιστα δὲ ἡσυχαζέτω, μέχρι καταπεφθήτω μετὰ τῶν σιτίων. ὁκόσα δὲ τῶν πομάτων ἀκρητέστερά ἐστιν ἢ αὐστηρότερα, παλμὸν ἐν τῷ σώματι καὶ σφυγμὸν ἐν τῇ κεφαλῇ ἐμποιέει· τούτοισι καλῶς ἔχει ἐπικοιμᾶσθαι καὶ θερμόν τι ῥοφέειν πρὸς ἅπερ μάλιστα ἥδιστα ἔχουσι· νηστείη δὲ πονηρὸν πρὸς τὴν κεφαλαλγίην καὶ κραιπάλην. ὁκόσοι δὲ μονοσιτέουσι,

conficere circuitus. Quod ſi quidem alvus evacuata fuerit, coenare et paucum vinum, ſed meracius bibere. Si vero alvum non exorneraverint, corpus oleo calido illinere. Et ſi ſitis urgeat, epoto vino aquoſo albo aut dulci quieſcere, ſi vero non dormierint, amplius quieſcere. In reliquis his ſimilis victus ratio, qualis crapula gravatis, inſtituatur. Ex potionibus autem quae quidem aquoſiores ſunt, tardioris ſunt tranſitus, ac velut in orbem actae circum hypochondria fluitant et ad mictionem non decurrunt. His vero potionibus repletus nullum celeriter ex iis abſolvet opus, quae contendenti corpori vi et celeritate elaborare accidit. Quam maxime autem quieſcat, donec cum cibis concoctae fuerint. Quaecunque vero potiones meraciores et auſteriores ſunt, palpitationem in corpore atque in capite pulſationem efficiunt. His belle fuerit, ſi ſuperdormiant et calidum quid ex iis quae potiſſimum ſuaviſſima ipſis ſunt ſorbeant. At vero jejunium ad capitis dolorem et crapulam malum eſt. Qui ſemel tantum

κεῖνοι καὶ ἀδύνατοί εἰσιν καὶ οὐρέουσι θερμὸν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγέοντες· γίνεται δὲ καὶ στόμα ἁλικὸν καὶ πικρὸν καὶ τρέμουσιν ἐν παντὶ ἔργῳ καὶ κροτάφοις ἐπιξυντείνονται καὶ τὸ (110) δεῖπνον οὐ δύνανται πέσσειν, ὅκωσπερ ἢν ἠριστηκότες ἔωσιν. τούτους δὲ χρὴ πίνειν [167] ἔλασσον ἢ μεμαθήκασιν καὶ ὑγροτέρην μάζαν ἀντὶ ἄρτου· καὶ λαχάνων, λάπαθα ἢ μαλάχην ἢ πτισάνην καὶ σεῦτλα. πίνειν δὲ κατὰ τὸ σιτίον οἶνον ὁκόσον σύμμετρον καὶ ὑδαρέστερον· καὶ ἀπὸ δείπνου περιπατῆσαι ὀλίγον, ἕως οὖρα καταδράμῃ καὶ οὐρήσει. χρήσθω δὲ καὶ ἰχθύσιν ἑφθοῖσι· βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει.

Μεμνήμεθα δήπου τοῦτον ἅπαντα τὸν λόγον ἐπὶ τῷ γνησίῳ μέρει τοῦ συγγράμματος ἱκανῶς ἐξειργασμένον· ἐξ ἐκείνων οὖν δυνήσῃ ὡσαύτως εἰρημένα καὶ ταῦτα διαγνῶναί τε καὶ κρῖναι, ἐμοὶ δ' οὐκ ἀναγκαῖον ἐν τοῖς τοιοῖσδε μηκύνειν. βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει. οὐκ ἐκ λόγου

die cibum assumunt, hi et imbecilli sunt et calidum mejunt, praeter consuetum vasis vacuatis, os ipsis tum salsum tum amarum efficitur, in omni opere tremunt, tempora distenduntur coenamque perinde ac si pransi fuissent, concoquere nequeunt. Hos autem minus bibere oportet quam consueverunt liquidioremque mazam pro pane assumere, atque ex oleribus rumicem aut malvam aut ptisanam et betas. At vinum in cibis, quantum liceat moderatum ac dilutius bibendum est, atque a coena paululum deambulandum, donec excurrat urina minxerintque. Piscibus etiam coctis utantur. Edulia vero de se potissimum praebent indicia.

Totum hunc sermonem in legitima libri hujus parte abunde elaboratum esse scimus. Ex illis igitur quae dicuntur modo simili, potueris et haec tum discernere tum judicare. Neque mihi diutius morari in his necesse est. *Edulia vero de se potissimum praebent indicia.* Edulio-

τινός; ἀλλ' ἐμπειρίας προσήκει κρίνεσθαι τῶν ἐδεσμάτων τὴν δύναμιν· οὐ διοίσει δὲ νῦν βρώματα λέγειν ἢ ἐδέσματα. καὶ μέντοι καὶ ὁ γράψας ταυτὶ τοιοῦτόν τι δηλοῖ διὰ τοῦ ἐπισημαίνειν· ἐπίσημον γάρ, φησί, τοῖς σώμασι γίνεται καθ' ἑκάστην ἀλλοίωσιν ἐξ ἰσχυρῶν ἐδεσμάτων. εἶθ' ἑξῆς αὐτὰ καταλέγει.

π'.

Σκόροδον φῦσαν καὶ θέρμην περὶ τὸν θώρηκα καὶ κεφαλῆς βάρος καὶ ἄσην καὶ εἴ τι ἄλλο ἄλγημα εἴη μεμαθηκὸς πρόσθεν, παροξύνειεν ἄν· οὐρητικὸν δὲ καὶ τοῦτο ἔχει ἀγαθόν. ἄριστον δ' αὐτοῦ φαγέειν ἢ μέλλοντι ἐς πόσιν ἰέναι ἢ μεθύοντι.

Εἰ τῇ πείρᾳ χρὴ κρίνειν ἓν ἕκαστον τῶν ἐσθιομένων, οὐκ ἂν ὀρθῶς λέγοιτο φυσῶδες εἶναι τὸ σκόροδον, οὐδὲ θέρμης πλείονος ἢ κατὰ κρόμμυον, αἴσθησιν φέρον τοῖς φαγοῦσιν, οὔτ' ἐν ἄλλῳ τινὶ μέρει τοῦ σώματος οὔτ' ἐν τῷ

rum facultates non ex ratione aliqua, ſed experientia judicari convenit. Neque hic refert cibos vel edulia dicere. Caeterum qui haec ſcripſit, tale quiddam oſtendit per *de ſe indicia praebere.* Nam indicium corpori fit, inquit, ſecundum unamquanque, quae ex cibis valentibus fit, mutationem. Conſequenter autem ea enumerat.

LXXX.

Allium flatum et calorem circa thoracem, capitis gravitatem et jactationem et ſi quis alius dolor antea fieri conſueverit, eum exacerbaverit. Urinas autem ciet, idque habet bonum. At ipſum edere aut ad compotationem profecturo, aut inebriato optimum eſt.

Si unumquodque eduliorum experientia judicandum ſit, non recte dictum eſſe videtur flatulentum eſſe allium, neque caloris majoris ſenſum quam caepam comedentibus inferre, neque in ulla alia corporis parte, neque etiam

θώρακι· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδ᾽ ἄσης, καὶ μάλιστα, ἄν τις αὐτὸ βραχὺ προαποζέσας προσάρηται. τὰ δὲ πολλὰ τῶν ἐδεσμάτων, ὅταν μὲν πληθωρικὸν ᾖ τὸ σῶμα, θερμαίνει, ὅταν δὲ προκεκενωμένον ᾖ, ξηραίνει γε ἱκανῶς. ἡμάρτηκεν οὖν ὁ συγγραφεὺς τοῦ βιβλίου, χωρὶς διορισμοῦ τὴν ἀπόφασιν ποιησάμενος· ἄμεινον γὰρ ἦν διορίσαι, καθὸ λέλεκται, νυνὶ δὲ ἁπλῶς εἰπὼν ἀπεφήνατο περὶ σκορόδου· βέλτιον δ᾽ ἦν εἰπεῖν ξηραίνειν καὶ θερμαίνειν αὐτὸ καὶ ἄφυσον εἶναι· οὐ κατὰ γὰρ ἀδιορίστου ἀποφαίνεσθαι ἔθος ἐστίν. προσυπακούειν δ᾽ ὅταν ἐν καιρῷ δοθῇ, ὃ τῷ προπαρεσκευασμένῳ τῷ σώματι δηλοῖ· προπαρασκευάζεται δὲ μήτε πληθωρικὸν μήτε κακόχυμον ὄν. οὐκ ὀρθῶς οὖν οὐδὲ κεφαλῆς βάρος ὑπ᾽ αὐτοῦ γίνεσθαί φησιν· ἐὰν γὰρ προκενώσας τὸ σῶμα προσενέγκῃ σκόροδον καὶ κεφαλῆς βάρος ἰάσῃ καὶ παντὸς ἄλλου μορίου. θαυμάζω δὲ πῶς ἃ μέχρι τοῦ νῦν διῆλθεν ἐπ᾽ αὐτοῦ προειπὼν ἐφεξῆς φησιν· ἄριστον δ᾽ αὐτὸ φαγεῖν μέλλοντι ἐπὶ πόσιν ἰέναι ἢ μεθύοντι. φαίνεται δὲ

in thorace, neque ſimili modo jactationem et potiſſimum ubi quis ipſum parum ante fervefactum aſſumpſerit. Eduliorum autem multa, quum corpus plethoricum fuerit, calefaciunt, quum vero ante vacuatum fuerit, ſiccant abunde. Peccavit igitur libri hujus auctor, qui citra diſtinctionem enunciationem fecit, nam melius erat ut dictum eſt definire. Nunc autem ſimpliciter de allio cenſuit, ſed melius feciſſet, ſi et exiccare et calefacere ipſum dixiſſet et non flatulentum eſſe. Nam adverſus rem indiſtinctam ferre ſententiam conſuetudo non eſt. Subaudire autem oportet, ubi tempeſtive datum fuerit, quod parato ante corpore manifeſtat. Ante autem paratur, ſi neque plethoricum, neque cacochymum fuerit. Non recte igitur capitis gravitatem ab eo fieri ait, nam ſi praevacuato corpore allium obtuleris, capitis gravitatem ſanabis partisque alterius omnis. Demiror autem quonam pacto quae hucusque percurrit, de eo praefatus, deinceps dixerit: *At ipſum edere, aut ad compotationem profecturo aut inebriato optimum eſt.* Videtur autem ex his

